

ESTADO LIBRE ASOCIADO
DE PUERTO RICO
Jala A
Código 03
Tabla 48
Número

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

F 80

~~H~~ ~~H~~

3
8-5

4
1-11

| | |
|---------------------|----|
| REPUBLICA DE PANAMA | |
| ESTADO | |
| Clase | A |
| Edificio | 3 |
| Fecha | |
| Valor | 48 |

F. 80

~~H. 11~~

4

H. 11

3
8-5

B

(R. 2243) R. 10. 215

J. O. B A P T I S T Æ
DE LUCA
V E N U S I N I,
S. R. E. Presbyteri Cardinalis;
COMMENTARIA

Ad Constitutionem Sanctæ Mem. INNOCENTII XI.
DE STATUTARIIS SUCCESSIONIBUS;
Cum Particulis Statutorum, & Legum excludentium
Fœminas propter Mafculos, tam intra Statum Ecclesiasticum,
quàm extra illum,

A C C E D I T

DE PENSIONIBUS ECCLESIASTICIS
Ad ornatum Constitutionis ejusdem PONTIFICIS, de illis ultra
medietatem non transferendis;

CUM VARIIS INDULTIS TRANSFERENDI,
Ac retinendi Ecclesiasticas Pensiones.



VENETIIS, MDCCXXVI.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

I N D E X A R G U M E N T O R U M

Quæ continentur in singulis Paragraphis hujus Operis
de Statutariis Successionibus.

Præfatio, fol. 5.

Constitutio super Statutariis Successionibus, fol. 6.

§. I.

De pluribus personis formalibus, quæ in Papa diversis respectibus concurrunt, & ex qua persona ista lex condita sit, & de aliquibus effectibus singularibus mixturæ dictarum personarum. fol. 8.

§. II.

Sub nomine Status Ecclesiastici quænam loca veniant, & qualis sit Status immediatus, & qualis mediatus, illeque describitur, atque in Legationes, & Gubernia distinguitur; & de Statutis locorum dominantium quomodo attendi debeant in locis subiectis. fol. 10.

§. III.

Quales essent antiqui, & medii mores Romanorum, & Italicorum in hac successionum materia, & de veritate legum eorundem Romanorum, seu civilium in eadem materia, & de historia legali. fol. 25.

§. IV.

An, & quando consensus populorum in legibus sit necessarius, & exquiri debeat. fol. 28.

§. V.

Quomodo, & quando Princeps exaudire debeat preces subditorum, & an debeat esse facilis, vel difficilis ad gratias. fol. 29.

§. VI.

De clausulis *Motu proprio*, *ex certa scientia*, *De plenitudine potestatis*, & *Quorum tenores*, &c. earumque operatione. fol. 30.

§. VII.

Quare Constitutio disponat super successionibus imposterum tantum aperiendis, & de differentia in legibus, quando fiunt per viam novæ provisionis, & quando per viam declarationis. Et quare Constitutio restringatur ad illa, quæ habent confirmationem Apostolicam, & de istius variis speciebus. fol. 31.

Card. de Luca de Statut. Success.

§. VIII.

De non comprehensione sub statuto bonorum existentium extra territorium, & quænam sint. fol. 32.

§. IX.

De antiqua exceptione à statuto bonorum existentium in territorio statuentis, de directo dominio Ecclesiarum, vel personarum Ecclesiasticarum, quamvis à laicis possideantur, per Constitutionem sublata. fol. 34.

§. X.

De exemptione personarum Ecclesiasticarum à statuto, an illa procedat solum respectu personarum exclusarum, vel etiam respectu defuncti, de cujus successionem agitur; & an personæ Ecclesiasticæ exemptæ gaudeant beneficio statuti ad eorum favorem, in exclusionem aliorum; & quæ sint personæ Ecclesiasticæ exemptæ. fol. 35.

§. XI.

An per istam Constitutionem dirimentem exemptiones personarum, & rerum Ecclesiasticarum aliquod resultat præjudicium Ecclesiasticæ immunitati, & de ratione vera, cui innixa sint ista statuta. fol. 37.

§. XII.

De casu mixto, quando scilicet adsunt in medio personæ non exclusæ, an faciant cessare statutum, etiam quoad exclusas. fol. 40.

§. XIII.

De diversis dubiis, & quæstionibus in ista materia cadentibus, quæ compendiosè insinuantur, ad effectum ostendendi cur ista provisio facta sit, & quænam sit prærogativa particularis matris. fol. 42.

§. XIV.

De combinatione statutorum utriusque loci, personarum, & bonorum, an locum habere debeat, & quando. fol. 46.

A 2

§. XV.

§. XV.

De loco existentiae bonorum qualis dicatur, & quare ultra verbum *existere*, adjiciatur verbum *posidere*, & qualis possessio sufficiat, fol. 47.

§. XVI.

De eodem, de quo in §. precedenti super existentia bonorum in loco, & quando illa in uno, vel in altero loco esse dicantur, fol. 48.

§. XVII.

De exaequatione forensium, & non subditorum civibus, & subditis qualem rationem habeat, & an commendatione, vel reprobatione digna fol. 49.

§. XVIII.

An, & quando lex inducere possit praesumptionem, ex qua resultet praedictum non subditis, fol. 50.

§. XIX.

Statutum exclusivum feminarum an cesset ubi defunctus decedit, condito testamento, & de statuti operatione in casu restatae successio- nis, fol. 51.

§. XX.

De constitutionibus Apostolicis, ac etiam de statutis particularibus contra forenses ad acquirendum, & retinendum bona jurisdictionalia, & alia stabilia; & de materia civilitatis, & quando haec verificari dicatur, fol. 53.

§. XXI.

De operationibus, & effectibus clausulae *sublata*, & *decreti irritantis*, quae in hoc §. continetur, an procedat in legibus, & Constitutionibus universalibus, & de materia aperiitionis oris adversus hujusmodi clausulas, fol. 60.

§. XXII.

Quod notitia legis necessaria sit ad hoc ut obliget, & quando ejus ignorantia excuset, vel suffragetur, & de regulatione anni, & quare ejus, ac mensis, & diei expressio requiratur, & de forma subscriptionum Pontificalium, fol. 62.

Particulae Statutorum, & Legum Status Ecclesiastici excludentium feminas propter masculos, fol. 68.

Particulae dictorum Statutorum, & Legum extra Statum Ecclesiasticum, fol. 133.

Responsum R. P. D. Marcelli Severoli in Causa Florentina Legitima de Feroniis, fol. 142.



P R A E F A T I O.



PERTUS in diuturno penè tricennario exercitio Advocacionis in Romana Curia quantum absonae exorbitantes, magnarumque litium absonae productivae essent quaedam interpretationes, vel restrictiones, quae per Doctores, & Tribunalia traditae fuerunt

Statutis, adeo frequenter, penèque univèrsaliter in temporalis Ecclesiae ditione Italiae videntibus, favore masculorum de agnatione, in exclusionem foeminarum, & cognatorum à successione, ut conjici facile potest ex iis, quae habentur in meo Veritatis & Justitiae Theatro, a Evocatus autem in gravi aetate, quae potius quietem (jam derelicto foro comparatam) exigeret, ad munus Auditoris Sanctissimi Domini Nostri D. Innocentii Undecimi post plures labores, & diligentias adhibitas in primis tribus hujus muneris annis super quamplurimum abusuum reformatione, aliisque justitiae rectam administrationem, Cameraeque Apostolicae ac Populorum, & Communitatum utilitatem, ac levamen concernentibus, ex iis, quae habentur adnotata in ejusdem Theatri Supplemento; b in anno ejusdem muneris quarto, ex consueto veritatis & justitiae amore, publicique boni zelo, ex quibus solum (Deo teste) omnes quos Mundus videt labores, libenter sustinui, inter alia animum applicui, ut quo magis fieri potest, atque humana conditio patitur, enuntiatae dirimerentur lites, & exorbitantiae, quas praefatae Doctorum, & Tribunalium interpretationes, & restrictiones producant, & per quas penè inutile remanere solent statutorum, aliarumque localium legum, justae, nimiumque rationabiles provisiones. Huic autem desiderio conformes, ac promptos comperii prudentissimos, & rectissimos sensus enuntiatum Pontificis, utpote populorum, ejus, ac Sedis Apostolicae regimini commissorum, utilitati, quieti, & tranquillitati intentissimum. Verum quia ejusdem Pontificis commendabilis quidem ab initio fuit, & perseverat stylus, in gravibus determinationibus procedere praevio maturo sapientium consilio, idcirco ex ejus mandato quindecim in legali facultate peritissimorum, ac primi nominis Praelatorum, & Advocatorum evocavi Congregationem, in qua negotio ad trutinam redacto, ex penè concordati sensu proditit resolutio, ut in reverentiam tot Rotae decisionum, & DD. auctoritatis, à jam receptis, ac firmatis conclusionibus recedendum non esset, illa ratione praesertim assignata, quod si populi crederent exinde praedicta, & damna eis inferi, verisimiliter conquirentur, eorumque preces pro opportuna provisione porrigerent. Quare ex hoc edoctus, praedictum

nimum optato publici boni sine assequendo, cum litteris circularibus Provinciae, Civitatum, Oppidorum, & eorum respectivè Legatis, Praefidis, Gubernatoribus, & Officialibus directis, curavi de magis communi populorum voluntate, ac desiderio certificari, quod feliciter juxta votum sequutum est, quoniam omnes concorditer, communique sensu, non solum id velle, ac desiderare declararunt, sed enixas preces Sanctissimo porrexerunt; hisque sic stantibus iidem sapientes, immutata sententia, desuper juxta populorum sensum provideri debere concordè praestiterunt votum; Et quamvis aliqui non desuerint contradictores, ex motivo, quod id aliquod Ecclesiasticae immunitati praedictum inferre posset, communis tamen sensus fuit, nullam desuper cadere dubitandi rationem, ex motivis, de quibus infra §. 11 unde propterea in initio quinti anni Pontificatus, edita fuit Constitutio, cujus tenor proxime infra registratur. Verum quia nil in hujus mundi rebus intellectualibus, ob ingeniorum varietatem, adeo firmiter, & clarè statui potest, ut varii intellectus, variaeque interpretationes, à Legislatoris intentione saepius extraneae, non sequantur; idcirco, ut huic malo, quantum humanae conceditur imbecillitati, consulatur; ex eodem jam enuntiato veritatis & justitiae, publicique boni zelo, & sine, opportunum censui sequentes super dicta Constitutione edere glossas, & adnotationes, per quas rectè scio malum omnino tolli non posse, minus tamen effici debere spero; easdem interpretationes distinguendo, juxta proxime registrandae Constitutionis distinctos Paragraphos, conclusivo, & discursivo potius, quam disputativo, & collectorio stylo, tum ut genio satisfaciam collectoris partes nimium abhorrenti; tum quia ob temporis jam notas angustias, cum solo memoriae beneficio in subsequutivis horis id perfici potuit, relatione habita ad proprios labores in Theatro contentos, in quibus aliae auctoritates perquiri poterunt, ac etiam quia, ex alias protestatis, profiteor cum Apostolo *scientibus legera loqui*. Si quod autem superfluae repetitionis earumdem rerum vitium dignoscitur, condonandum est eidem memoriae, quae in senio commiseratione digna est, dum primum senectutis vulnus in memoria esse solet, si tamen vitium dicendum est, dum ad eradicandos jam impressos, & inveteratos errores, replicatae, conculcatae, & continuatae repetitiones necessariae potius videntur.

Sequitur tenor Constitutionis.

- a Lib. 11. de Succession. ab intestat. ac etiam lib. 9. tit. de testam. & tit. de legitim. & alibi.
- b part. 4. in princ. ac etiam in aliquorum votorum Diversorio, forsan Divina assistente gratia, publicae luci suo congruo tempore dando.

Card. de Luca de Status. Success.

SANCTISSIMI D. N. INNOCENTII
Divina Providentia PP. XI.

CONSTITUTIO

Super Statutariis Successionibus.

INNOCENTIUS PP. XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

- §. I. **R**ASTORALIS officii debitum, quo universis, præsertim verò populis nostræ curæ, & sollicitudini, etiam in temporalibus creditis, tenemur, exigat, ut ea provideri, statui, ordinari, & declarari debeant, per quæ illorum commodis, utilitati, quieti, & tranquillitati consultum sit, litiumque dispendia, & incommoda, quantum fieri potest, tollantur, & cessent.
- §. II. Cum itaque nostra Urbe, penèque in omnibus aliis Civitatibus, Oppidis, & Locis nostri, & S. R. E. Status, & ditionis temporalis Italiæ ordinata sint, atque vigeant statuta, seu decreta, aliæque leges, & ordinationes, Apostolica expressa, vel tacita, sive à jure præsumpta confirmatione, & approbatione munita, per quæ, ut agnationum, & familiarum nobilitas, & decor, mediantibus bonis, & divitiis conserventur, intestate successiones agnatis masculis, exclusis feminis, aliisque per eas cognatis, intra certos respectivè gradus, deferuntur.
- §. III. Compertum verò sit, quò nonnullæ Doctorem, & Tribunalium interpretationes, ac limitationes, vel restrictiones præmissum finem à populis, juxta eorum, ac regionis antiquos, & continuatos mores impediunt, præfatasque leges, ac provisiones penè inanes reddunt, sive frequentes producunt lites, perturbationes, incommoda, & dispendia, adeòut quandoque expediat potius non deferri, nec aperiri successione beneficium, quod ita in maleficium propriæque assis iacturam convertitur.
- §. IV. Unde propterea idem populi præfati nostri Status Ecclesiastici tam immediati, quàm mediati Italiæ apud Nos eorum voluntatem, ac desiderium explicantes, preces porrexerunt, ut desuper opportunè providere dignaremur, præfatorumque statutorum, ac legum, seu provisionum, generalem, ac indefinitam observantiam, prout jacent, & disponunt, demandarem, quibuscumque Doctorem, & Tribunalium rejectionibus, adeòut universalis, ac uniformis in quolibet loco sit ordo succedendi, ad propriorum respectivè Statutum, & legum normam, seu præscriptum.
- §. V. Hinc Nos præmissorum populorum, qui Nobis, & Apostolicæ Sedi, etiam in temporalibus, tam immediatè, quàm mediatè crediti sunt, commodò, utilitati, quieti, & tranquillitati, quantum fieri potest, consulere cupientes, eorumque votis, & supplicationibus annuere volentes.
- §. VI. Motu proprio, ex certa scientia, & de Apostolicæ protestatis plenitudine, omnium, & singulorum Statutorum, Decretorum, Legum, Constitutionum, & provisionum hujusmodi in dicta nostra Urbe, & universo nostro, & Sedis Apostolicæ Statu Ecclesiastico immediato, & mediato existentium tenores pro expressis habentes, perinde ac si de illis expressa, & individua mentio facta esset.
- §. VII. Hac nostra perpetuo valitura constitutione, mandamus, & decernimus, & statuimus, ut in successionebus impostero, & post præsentium publicationem aperiendis, & deferendis, illa statuta, decreta, leges, constitutiones, & ordinationes, quæ in præfatis nostris Urbe, & Statu Ecclesiastico expressam in forma specifica, vel etiam in sola forma communi Apostolicam habeant confirmationem, & approbationem, sive illam habeant tacitam, & præsumptam, quæ ex juris dispositione ob longissimi temporis observantiam inducitur generaliter, & indefinitè, prout jacent, ac disponunt ad favorem masculorum de agnatione, in universo asse attendi, & servari debeant.
- §. VIII. Quacumque sublata consideratione, vel differentia bonorum, eorumque situationis, intra, vel extra territorium, ubicumque existant.
- §. IX. Et sive sint libera, & allodialia, seu feudalia, vel Emphyteotica, seu livellaria, etiam de directo dominio Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum, & seu personarum Ecclesiasticorum, ubi lex investitura non obstat, quæ salva remaneat.
- §. X. Sublata quoque omni, & quacumque differentia, vel consideratione subjectionis, & respectivè exemptionis personarum, tam decedentium, quàm succedentium, vel excludentium, & exclusarum, cujuscumque sint status, gradus, & conditionis, & quamvis agatur de Clericis, vel Regularibus utriusque sexus, aut de Ecclesiis, & Monasteriis, aliisque personis, & locis Ecclesiasticis, vel alias quomodolibet exemptis, & privilegiatis, quantumvis expressa, & speciali nota dignis.
- §. XI. Dum non ex ipsorum Statutorum, vel statuentium aliqua jurisdictione, vel potestate, sed ex nostra dumtaxat Apostolica autoritate hunc succedendi ordinem in dicto nostro Statu immediato, & mediato Italiæ, ex justis causis, animum nostrum dignè moventibus, servari volumus, ac statuimus, attenda solum, ac generaliter naturali qualitate agnationis, & sexus pro dicto fine assequendo.
- §. XII. Nullaque etiam ratione habita mixturæ personarum non exclusarum in medio existentium, aliæque qualitate, ob quam hujusmodi Statutorum, & legum cessatio, & reversio ad jus commune prætendi valeat, adeòut unicum, uniforme, ac universale sit jus, & ordo successione ad ipsorum respectivè Statutorum præscriptum, ex præfato agnationis favore.
- §. XIII. Quodque in quolibet casu dubio, & quomodolibet disputabili favore masculorum de agnatione in exclusionem feminarum, & cognatorum, tam ascendentium, etiam matris, quàm descendentium, & collateralium, hujusmodi legum, & statutorum interpretatio faciendâ sit.

§. XIV.

- §. XIV. Ubivero contingat non verificari Statutorum, personarum, & bonorum unionem, similitudinem, & combinationem, quam attendi, ac servari debere decernimus, vel quod non ad sint statuta personarum; sive illa extantia, ob enunciatas Doctorem, & Tribunalium interpretationes, & restrictiones, aut alias quomodolibet suum non fortiantur effectum.
- §. XV. Tunc sublata (ut præmissum est) omni differentia exemptionis, & subjectionis personarum, & bonorum respectivè, generaliter, & prout jacent, attendi, ac servari volumus, decernimus, & mandamus Statuta locorum, in quibus bona existunt, ac possidentur.
- §. XVI. Sive agatur de bonis stabilibus, sive de mobilibus, censibus, locis montium, officiis vacabilibus, nominibus debitorum, juribus, & actionibus, & aliis, quamvis de illis esse dignoscatur, quæ loco non circumscribuntur, sed personam sequuntur.
- §. XVII. Et quamvis tam decedentes, quàm excludentes, & exclusi exteri sint, Nobis, & Sedi Apostolicæ in temporalibus non subditi, dum etiam exteri acquirentes, ac retinentes præfata bona, & jura in prædictis Urbe, & Statu, censentur (contraria voluntate expressè non declarata) in animo habuisse hujusmodi bonorum, & jurium successionem regulari debere, juxta leges, & ordinationes locorum, in quibus existunt, ac retinentur.
- §. XVIII. Prout hunc animum præsumendum esse decernimus, statuimus, & declaramus.
- §. XIX. Quæ verò de intestatis successionebus hætenus, ut supra, statuta, & disposita sunt, in testamentariis quoque successionebus attendi, & observari debere volumus, ac statuimus, quacumque pariter bonorum, & personarum differentia, & consideratione, ut supra, sublatis, in iis casibus, in quibus eadem statuta, & leges locales in hac specie testatæ successione masculorum de agnatione favore disponunt, quoties decedentium contraria expressa voluntas non adverteatur.
- §. XX. Non intendimus autem per præsentem Constitutionem, atque in ea disposita in aliquo derogare & præjudicare Constitutionibus Apostolicis recol. memoriæ Nostrorum Prædecessorum, Sixti Papæ Quinti, Clementis Papæ Octavi, Pauli Papæ Quinti, Urbani Papæ Octavi, Innocentii Papæ Decimi, Alexandri Papæ Septimi, & aliorum, si quæ ad sint, super inhabilitatione forensium dicto nostro, & Apostolicæ Sedis dominio in temporalibus non subditorum, qui statutis temporibus ad habitandum non veniant, & non observent ea, quæ in eisdem Constitutionibus disponuntur, ac demandantur, sed illæ salvæ, integræ, & in suo robore, ac firmitate permanent.
- §. XXI. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & Commissarios, quavis autoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, seu Vicelegatos, aut Camera Apostolicæ Præsidentes, ac Clericos, & quoscumque alios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, ubique locorum judicari, definiri, ac sententiarum debere, nec non quidquid fecus super his à quoquam, quavis autoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.
- §. XXII. Ut autem præsentis ad notitiam omnium deducantur, Volumus, & eadem autoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, quod illarum Transumptis, etiam per impressionem factis, manu alicujus Judicis, seu Prælati, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subscriptis, & sigillo alicujus Notarii publici munitis, quemadmodum adhiberetur originali, si præsentaretur, ubique adhibeatur tam in judicio, quam extra illud, plena, & indubitata fides. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ M.DCLXXX. Sexto decimo Kalend. Decembris Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Placet Motu proprio B.

Die decima octava Novembris 1680. Supradictus motus Proprius affixus, & publicatus fuit ad Valvas Curie, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me M. Aurelium Pelliciam Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Pro Magistro Curforum, Agapitus de Magistris Curf.

Card. de Luca de Statut. Success.

§. I.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Pastoralis officij debitum, quo univcrfis, præfer- tim verò populis nostræ curæ, & sollicitudini, etiam in temporalibus creditis tenemur, exigit, ut ea provideri, statui, ordinari, & declarari debeant, per quæ illorum commodis, utilitati, quieti, & tranquillitati consultum sit, litiumque dispendia, & incommoda quantum fieri potest, tollantur, & cessent.

ARGUMENTUM.

De pluribus personis formalibus, quæ in Papa diversis respectibus concurrunt, & ex qua persona ista lex condita sit, & de aliquibus effectibus singularibus mixtura dictarum personarum,

S U M M A R I U M.

- 1 Summus Pontifex est omnium pater, ideoque eorum salutis, utilitati, & sollicitudini incumbit.
2 Præcedit etiam cum infidelibus, vel hæreticis.
3 De aliqua majori cura, & sollicitudine erga eos, qui etiam in temporalibus illi subiacent.
4 De variis personis formalibus, quæ concurrunt in Papa.
5 De ratione assumpti, de qua n. 3.
6 Ex qua persona Pontifex istam legem condere voluerit.
7 Quare in Statu Ecclesiastico clerici, & personæ ecclesiasticæ subiciantur gabellis, & oneribus publicis.
8 De ratione, ob quam clerici, & ecclesiastici non teneantur ad onera publica.
9 Et quare in Statu Ecclesiastico ad dicta onera teneantur.
10 De praxi supponendi ecclesiasticos etiam aliis Principatibus.
11 In quo consistat partes boni Principis, & quomodo iste distinguatur à Tyranno.
12 De Matrimonio politico inter Principem, & Rempublicam.
13 De malis effectibus litium, & quod Princeps studere debet earum rescissioni.
14 De natura, & operatione proœmii.

§. I.

Univcrfis debitorem, ratione pastoralis officii, merito Summus Pontifex se appellat, ut eorum commodis utilitati, & tranquillitati consultum sit, quoniam omnium universalis est pater; ideoque sicuti carnales parentes ex naturæ lege, vel instinctu ad filiorum mundanas felicitates, & utilitates curandas obligati sunt, ita Pontifex totius Orbis populorum in Domino spiritualis pater ad eorum spirituales profectus, salutem, felicitatem obtinendas esse sollicitus, idque nedum in catholicis fidelibus, in gremio, & sinu S. R. E. existentibus procedit, sed etiam in omnibus aliis, qui ratione infidelitatis, vel hæresis, aut schismatis extra præfatæ Ecclesiæ gremium vivunt, ut eorum salutem, & veritatis cognitionem curet, atque ad veram fidem reducat, cum juxta evangelicam parabolam, non minus pater de salute filii obedientis, qui in paterna domo vivit, quam de alterius prodigi extra illam vagantis, malèque viventis sollicitus esse teneatur, si ve juxta alteram, ut bonus pastor, non ovium tantum, intra ovile sunt, curam, & sollicitudinem habere debeat, sed etiam illarum, quæ perierant, unde in deserto illas querere oporteat.

Aliqua verò majori obligatione adstrictus videtur erga illos populos, qui Apostolicæ Sedis curæ, & administrationi, etiam in temporalibus commissi sunt, non quidem inspecta persona Papali, quæ cum omnibus æqualis esse debet, dum Papa omnium æquè pater est, sed inspecta illa diversa persona formali Principis temporalis, quæ in eisdem Papæ materiali personâ concurrit, juxta jam notas varias personarum species in Papa concurrentes, unam nempe Papæ, universalis Ecclesiæ supremi Episcopi, alteram Patriarchæ Occidentis; Tertiam Episcopi particularis Romanæ Urbis; Et quartam Principis ditionis temporalis Romanæ Ecclesiæ, ut frequenter in Theatro advertitur; Alii namque populi, qui proprios habent Principes, jam suum habent Pastorem, & Ducem, à

quo in temporalibus regantur; ideoque Pontificia pastoralis cura in spiritualibus tantum indigent, ac etiam in iis temporalibus, quorum mala administratio, fidei, & æternæ salutis præjudicium parere possit, cum tunc eadem in temporalibus quoque intret Pontificia, & pastoralis cura. Isti verò populi, utpotè proprio separato Principe, ac Duce temporali destituti, utraque indigent pastoralis cura, & sollicitudine, ideoque eorum respectu duplex dignoscitur obligatio, & duplex vinculum; Et per consequens prudenter Noster Ss. Pontifex in istius Constitutionis, & proœmio aliquam particularem, magisque præcisam profertur obligationem erga populos, qui ejus curæ, & sollicitudini, etiam in temporalibus crediti sunt, ut probat illa distinctio præsertim, quæ aliquam denotat specialitatem, dum in iis, quæ temporalia respiciunt, providere quoque tenetur, illas Principis partes in hac ditione supplendo, quas in aliis ditionibus proprii Principes explent. Itaque lex principaliter condita est per legislatorem, non uti Papam, sed uti Principem cum populis, qui in temporalibus ei commissi sunt, quamvis alteram quoque Papæ personam adhibere voluerit pro Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum comprehensione, qua voluntate accedente nulla cadit ratio dubitandi, intrare solita, quando in iis, quæ concernunt regimen temporale hujus ditionis incerta sit voluntas an Pontificiam quoque potestatem committere, & adhibere voluerit, ut in locis citatis advertitur, & habetur infra in §. XI. ubi de inspectione, an hæc Constitutio aliquod ecclesiasticæ immunitatis præjudicium faciat.

Ista verò mixtura utriusque ecclesiasticæ, & temporalis supremæ potestatis in eadem persona aliquas in hujus Principatus regimine producitur singularitates, quæ in aliis Principatibus non permittuntur, neque juridicè praticari possunt absque Apostolica auctoritate, & concessione; unde propterea quando sine tali auctoritate praticantur, illicita, & de facto potius, quam de jure censeri debet praxis; puta quod aliquibus gabellis, aliisque oneribus personalibus, vel mixtis subiciantur ecclesiæ, & personæ ecclesiasticæ, quamvis in dignitate constitutæ, quæ sine dubio in aliis Principatibus illis non subiacent, cum similibus ecclesiasticam immunitatem, & libertatem concernentibus, & quibus conquiri solent ministri aliorum Principum, ac etiam scandalum concipiunt aliqui, illud efformando dilemma, quod aut justum, & rationabile est; ut ecclesiastici contribuant in supportatione publicorum onerum, & indigentiarum, aut non, si non est justum, & rationabile, utique non debet id Pontifex praticare in ejus Principatu, cum ipse debeat esse aliorum exemplar, & magister in pietate, & justitia colendis, & praticandis; Et si est, tunc idem permittit debet aliis Principibus ex regula, quod quisque Juris &c. ac etiam ex illo evangelico oraculo. Ut quemadmodum ego factus, ita & vos faciatis. Verùm hæc per superficialium, non autem sapientum, atque rerum medullam, veramque rationem penetrantium ora volitare merentur, utpote probabili fundamento destituta; Alii namque Principes illa solum supportare solent onera, quæ necessaria sunt pro ipsius Principatus custodia, & regimine, ideoque in hujusmodi oneribus intrat eadem ratio, quæ consideratur in oneribus communitatis (ultra alteram rationem exemptionis à jurisdictione, & potestate,) quod scilicet ecclesiastici supportant onera spiritualia in gratiam laicorum, ideoque intrat mutua compensatio; Et quod magis est, quoniam pro illis expensis, quæ concernunt commune commodum populorum, ac regimen, & custodiam Principatus, ut plurimum sufficienter redditus, & proventus naturales ejusdem Principatus, absque necessitate imponendi collectas, & gabellas, aliaque onera, ad quæ frequentius deveniri solet ob extraordinarias impensas belli inter possessorem Principatus, & alterum Principem æquè christianum, & catholicum contententem de ejusdem Principatus acquisitione, vel occasione belli ejusdem defensione; & sic ex causa non tangente ecclesiasticos, quorum (secluso motivo fidei, & religionis) nil interest, an Principatus obtineatur ab uno, vel altero Principe æquè christiano, & catholico; ideoque cessante ratione propriæ causæ, propriæque necessitatis, vel utilitatis, totum onus provenit à jurisdictione, & potestate, cui ipsi non subiacent. E converso autem onera, quæ supportantur in hoc Pontificio Principatu, pro notabili parte proveniunt ab expensis, quas facere oportuit, atque in dies, & tempora oportet, pro servitio, & defensione fidei, in subventionibus nempe Principum mili-

tantium cum infidelibus, vel cum hæreticis, vel alias pro tuitione Ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis, ut ad evidentiam patet ex Camere Apostolicæ authentice libris, & regestis quidquid ignarum vulgus ex imperitia, vel malignitate obloquatur.) Atque ad hujusmodi expensas, ut in suis sedibus advertitur, magis tenentur Ecclesiastici, quam seculares, quoniam in casu invasionis infidelium, vel hæreticorum, ipsorum, & Ecclesiarum longè majus est damnum, adeo ut juridicè possent pro hujusmodi impensis collectari etiam Ecclesiastici aliorum Principatum, sed Pontifex abstinere, & contentus est solum gravare illos Principatus proprii, unde propterea deberent Principes, eorumque Ministri gratias agere. Et si dicatur, quod etiam aliqui Principes hujusmodi subiacent oneribus, & impensis belli, quod sustinere oportet adversus infideles, vel hæreticos, facilis est responsio, quoniam, hujusmodi accedente causa, Papa eis concedere solet Ecclesiasticorum subventiones, si unde punctus est in potestate cogendi ad id Ecclesiasticos, ut illa non resideat, nisi penes Papam, cum auctoritate cujus, quando justa causa concurrat, interposita solita, id sequatur juxta formam ab eodem præscribendam, non autem cum propria potestate laicali; atque in hoc dignoscitur clarum aliquorum æquivocum.

Illud autem debitum, quo noster Pontifex se adstrictum agnoscit curandi providit, ut populi ejus regimini commissi à litibus, & perturbationibus, quo magis fieri potest, immunes fiant, atque vitam quietam, commodam, & tranquillam ducant, commune est omnibus Principibus, inter quos, & populos eis commissos ille innotuit dicitur quasi contractus correctivus hinc inde obligatorius, ut populi solvant tributa, & collectas, aliaque personalia, & realia servitia, nec non obedientiam; subjectionem; & reverentiam præstent Principi; iste verò est converso eis vitam felicem, tranquillam, & commodam procuret eis custodiendam ab hostibus, & à latronibus, ac pyratibus, & homicidiis, aliisque malefactoribus, & publice quietis perturbatoribus, nec non justitiam per Judices, & officiales bene administrari curet; ut cuique suum jus tribuatur, & conservetur; unde propterea non tanquam dominus cum servis tractet, sed tanquam prudens, ac benevolus pater cum filiis. Ideoque ex veriori, magisque recepto sapientum sensu redollet Principatus figuram politici matrimonii, quod contrahitur inter Principem ipsam, & Rempublicam ipsam, quæ propterea sponso tradat dotem consistentem in ejus publicis bonis, & redditibus, nec non in jure collectandi populos, ut ex istius dotis fructibus onera hujus matrimonii supportet, dotemque bene administrat, & conservet, atque sponfam, & ejus filios, qui sunt populi, bene tractet, istorum commoda, utilitatem, & tranquillitatem principaliter querendo, non autem utilitatem, & commodum proprium, quod illi populorum postponere debet. In hoc enim distinguitur Princeps à Tyranno, quod iste principaliter, ac magis querit utilitates, & commoda propria, quæ illi populorum anteponi, unde propterea juxta evangelicam parabolam assimilatur mercenario, qui solum incumbit perceptioni lactis, lanæ, & sęrum, non curat verò salutem ovium, atque lupus veniente fugit; ille vero commoda, utilitates, & felicitates subditorum querit magis quam proprias, atque tanquam bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis, ut ita distinguendo Principem à Tyranno habetur pluries in opusculo Italici idiomatis, cui titulus est, il Principe pratico per totum, & præsertim cap. 2. Et 6.

Inter majora verò incommoda, perturbationes, & onera, quibus populi subiacent, recenseri merentur illa, quæ oriuntur ex litibus, quarum quidem maximi, ac deplorabiles sunt mali effectus, tum ob gravia dispendia, quæ secum ferunt, adeo ut frequentius expedierit magis illa bona, vel jura derelinquere, cum (ut bene in Constitutione dicitur) sæpius fortunæ, vel casus beneficium, in maleficium, propriæque jam obtentæ substantiæ jacturam converteratur, tum ob magnam animi inquietudinem, & frequenter ob inimicitias, jurgia, & bella exinde resultantia; neque minoris ponderis sunt tyrannide Judicium, Advocatum, Procuratorem, Notarium, & similia, quas pati oportet. Unde propterea cum ex Statutorum, quæ de intestatis successionebus disponunt, asperis, & superstitiosis interpretationibus magnè in dies oriantur lites, juxta tot adeo frequentes casus, qui le-

gantur in voluminibus Decisionum Rotæ Romanæ, aliorumque Tribunalium, ac etiam apud consulentes, & de quorum plerisque particulariter à me agitur in Theatro incidenter verò in plerisque aliis ejusdem Theatri titulis, idcirco optimi Principis, bonique Pastoris partes noster zelantissimus Pontifex ita cum hac Constitutione adimplere curavit, occurrendo, quo magis fieri potest, hujusmodi litibus, & controversiis, ad ejus subditorum tranquillitatem, & utilitatem comparandam.

Consuetudo esse Glossatorum, sive Commentatorum alicujus legis in parte proœmiali multa retexere super vi, & operatione proœmii, ut illud probet causam, ob quam ea lex, vel alia dispositio condita est, atque denotet mentem legislatoris, vel disponentis, unde propterea ab eo tota lex, vel dispositio regulari, atque interpretationem recipere debeat, nimium desuper cum consueto leguleico, & collectorio stylo se diffundendo, magnumque cum improbo labore faciendo allegationum cumulum, seu verius nauseantem, & contemptibilem confarcinationem. At istæ non sunt meæ partes, tum quia otium non concedit; tum fortius, quia genius, & stylus nimium hæc abhorrent; tum demum quia revera desuper certa, & generalis non potest statui regula quibuscumque casibus adaptabilis, cum facti potius, quam juris iste punctus esse dignoscatur, quando scilicet pars proœmialis denotet, nec ne causam dispositionis, vel pro quâ ditione stylo ita concipi solet, ideoque potius in substantia eorum, quæ in lege disponuntur immorandum est, quam in hujusmodi scholarum occupationibus.

- a Præsertim lib. 15. Relatione Curia disc. 2. lib. 6. de Dote disc. 22. & 143. & alibi pluries.
b Ut advertitur eodem disc. 2. in Relatione Curia.
c Et præsertim d. disc. 22. & 143. de Dote.
d Ex deductis disc. 58. de regal. 1. & sequent. in miscellan. Ecclesiast. lib. 14. & alibi.
e Lib. 4. miscell. ecclesiast. disc. 3. num. 10. & lib. 2. & de regal. disc. 55. n. final. latius verò, & clarius in compendio leg. Itali idiomatis, cui titulus est, il Dottor volgare, lib. 14. de immunitate Ecclesiastica, cap. 10. & in tractatu de locis montium cap. fin. & alibi.
f Juxta casum, de quo in miscellan. Ecclesiast. disc. 4. cum aliis notoriis in Rege Hispaniarum, aliisque Principibus. g Lib. 11. de successione ab intest.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Cum itaque in nostra Urbe, penecque in omnibus aliis Civitatibus, Oppidis, & Locis nostris, & S. R. E. Status, & ditionis temporalis Italiæ ordinata sint, atque vigeant statuta, seu decreta, aliæve leges, & ordinationes, Apostolica expressa, vel tacita, sive a jure præsumpta confirmatione, & approbatione munita, per quæ, ut agnationum, & familiarum nobilitas, & decor, mediantibus bonis, & divitiis conferuntur, intestatæ successiones agnatis masculis, exclusis feminis, aliisque per eas cognatis, intra certos respectivè gradus, deferuntur.

ARGUMENTUM.

Sub nomine Status Ecclesiastici quænam loca veniant, & qualis sit status immediatus, & qualis mediantis, illeque describitur, atque in Legationes, & Gubernia distinguitur; & de statutis locorum dominantium quomodo attendi debeant in locis subiectis.

S U M M A R I U M.

- 1 Quare Constitutio resingatur ad statum Ecclesiasticum Italiae.
2 Quare distinguatur iste Principatus, & recensentur singulorum locorum statuta.
3 In concursu statutorum paricularium loci subditi, & illorum Civitatis dominantis attenduntur propria, in quorum subsidium attenduntur illa Civitatis dominantis.

- 4 Quid ubi disponitur, ut in casu omisso per statum particulare recurratur ad jus commune, de quo iure intelligi debeat.
- 5 De diversis speciebus Civitatum dominantium, earumque statutorum, & de distinctione inter veras dominantes & improprias.
- 6 Quae sit ratio conclusionis, de qua n. 4 & 5.
- 7 Quae sit veritas, & proprium jus commune Principatus.
- 8 De tertia specie illarum Civitatum dominantium, quae verè fuerint tales, nunc autem non sunt.
- 9 Quae sit ius commune in Statu Ecclesiastico.
- 10 Castra, & loca districtus, vel comitatus si erigantur in feudum, & concedantur alteri, an desinant esse de districtu, etiam quoad statuta, & collectas.
- 11 Qualis dicatur Status Ecclesiasticus immediatus, & qualis mediatus, & de differentia inter loca infeudata pleno iure, & illa quae sub Baronibus & Dominicis.
- 12 De generali descriptione Status Ecclesiastici Italiae, cum distinctione Legationum, & Guberniorum.
- 13 De Urbe Romana, ejusque districtu.
- 14 An Roma sit communis Patria, & de apprehensis in Curia.
- 15 De Civitatibus Metropolitanis, & impropriis.
- 16 Statuta Urbis quantum se extendant.
- 17 Non sunt leges Pontificiae, sed Civitatis.
- 18 Quod non comprehendant personas Ecclesiasticas.
- 19 Qualis sit districtus Urbis.
- 20 Quae statuta habeantur in Urbe de successione intestata.
- 21 Et de statutis in successione testamentaria.
- 22 Describuntur loca existentia intra districtum Urbis, & quanam habeant statuta particularia.
- 23 De Legatione Civitatis Bononiae, ejusque pertinentiis.
- 24 De Legatione Civitatis Ferrariae, ejusque pertinentiis.
- 25 De Legatione Status Urbini, ejusque divisione in varios Principatus, & dominia.
- 26 De Legatione Provinciae Emiliae, seu Romandiole, ejusque Civitatibus, & Locis.
- 27 De Gubernio Marchiae, vulgo Maceratae.
- 28 De Gubernio Umbriae, vulgo Perusii.
- 29 De Gubernio Patrimonii, vulgo Viterbii.
- 30 De Gubernio Maritimae, & Campaniae, vulgo Frusconi.
- 31 De Gubernio Anconae.
- 32 De Gubernio Principatus Firman.
- 33 De Gubernio Spoletii.
- 34 De Gubernio Camerini.
- 35 De Gubernio Ascoli.
- 36 De Gubernio, seu Praefectatu Montis Alti.
- 37 De Gubernio Urbis veteris.
- 38 De Gubernio Aesino.
- 39 De Gubernio, seu Praefectura Nursinae.
- 40 De Gubernio Beneventi.
- 41 De Gubernio Fani.
- 42 De Gubernio Civitatis Castellii.
- 43 De Gubernio Fabriani.
- 44 De Gubernio Sabinae.
- 45 De Gubernio Sancti Severini.
- 46 De Gubernio Reatin.
- 47 De quibusdam aliis inferioribus guberniis, non dependentibus ab aliis, de quibus supra.
- 48 De aliis Provinciis, & Locis Italiae, in quibus eadem vigent statuta.
- 49 De aliis Provinciis, & Populis extra Italiam.

§. II.

Restringitur Constitutio ad Leges, & ordinationes Civitatum, Oppidorum, & Locorum Status Ecclesiastici Italiae, exclusivè ad alteram temporalem Romanam Ecclesiae ditionem in Gallia, consistentem in Civitate Avenionensi cum annexis, & in Statu, seu Comitatu Venetiano, quoniam illorum populorum non supervenerunt illae praesces, & instantiae, quae ab istis Italiae habitantibus sunt, ac etiam quia praxis docet, ibi non adesse, vel saltem non ita frequentes lites, & controversias super hujusmodi statutorum, & ordinationum interpretatione, ideoque de hac restrictione interrogatus, & cur illi ditioni pariformiter consultum non fuerit, assignatis praefatis rationibus, respondi, quod si illi populi iudicabunt ibi quoque idem expedire, de facili poterunt pro extensione supplicare, probabiliter non deneganda.

Opportunum autem videtur, quantum fieri potest,

recensere quanam sint statuta, & ordinationes, quae in hac successione materia in isto Principatu habentur, & quomodo disponat, & super quibus disputationes habitae sint, ut ita facilius dignoscatur iusta causa, quomam ad istam legem devenire oportuit, ac etiam ut ita distinguatur eorundem statutorum, & provisionum diversa dispositio, cum non omnia eundem habeant tenorem, neque eundem operentur effectum; cumque idem Principatus, ultra Urbem, ejusque districtum, in plures distinguantur Legationes, Praefecturas, & independentia Gubernia, idcirco eadem distinctio desuper adhibetur, ut infra.

Sed quoniam quamplures Civitates habent proprium districtum, vel comitatum, qui intra ejus fines quamplura Oppida, Castra, & Loca complectitur, unde propterea Civitas titulum, seu nomen dominantis habet, in periferique verò hujusmodi districtualibus, vel comitatensibus Oppidis, Castris, & Locis propria, & particularia adesse solent statuta, in aliquo diversificantiis statutis, & legibus Civitatis dominantis, idcirco antequam ad praefatam distinctionem deveniatur, praenotanda est recepta regula, seu conclusio, quod in concursu statutorum generalium Civitatis dominantis, & statutorum particularium illius loci, in quo successio aperitur, atque respectivè performatur, & bona existunt, ista propria, & particularia illius praevaleant, atque magis attendi debent, & iuxta eorum dispositionem procedendum est; ad generalia verò Civitatis dominantis recurrendum est in subsidiis, & quatenus particularia non disponant, vel etiam ubi adsunt, sed ambigua sint, adeo ut egeant interpretatione desumenda à statutis generalibus Civitatis dominantis, ad quae in casibus omissis est recurrendum.

Quaestione cadente, quando statum particulare loci inferioris disponit, ut in casibus in eo non dispositis, recurri debeat ad Jus commune, an istud juris communis vocabulum congruat potius juris loci dominantis, quod omnibus civilibus, & districtualibus est commune, vel potius juris civili Romanorum, iuxta compilationem Justiniani, quod ubique commune dicitur; atque ubi cum consueto modernorum Pragmaticorum stylo procedendum sit cum sola caeca fide auctoritatum, & quid magis praesertim in Curia fit receptum, ista posterior pars dicenda est verior, & sequenda, utpotè magis communiter apud modernos recepta, & per Rotam firmata, rejecta contraria sententia, quae antesignanum habet Romanum.

Verum pro meo sensu frequenter sub diversis materiis explicato, error est cum hac generalitate procedere, quoniam ista dicenda videtur quaestio voluntatis, ideoque facti potius, quam juris, ex singulorum casuum qualitate, & circumstantiis decidenda; atque in primis pro quadam regula generali adhibenda videtur distinctio pluries in Theatro tradita inter Civitates, quae comparativè ad Castra, & Loca existentia intra earum districtum, vel comitatum, & ob aliquam dependentiam, quae ista habent ab illis, dicuntur dependentes, improprie tamen, quoniam ipsae sunt aequè servae, & subdite communi domino, & Principi, ideoque verum, ac plenum non habent dominium, & illas Civitates, quae habent verum, & plenum dominium locorum subjectorum cum mero, & mixto imperio, & cum jure Principatus, & cum facultate condendi leges, easque revocandi, vel in eis dispensandi; In prima namque specie Civitatum subditarum non habentium jura imperii, & supremi Principatus, cum facultate condendi leges, verior, atque sequenda videtur posterior opinio, ut sub nomine juris communis veniat jus civile, non autem statutarium; non quidem pro meo iudicio ex legale ratione assignata per Bald. cum quo alii pertranteunt, quod scilicet ex dispositione text. in §. sed quoties, & §. autem Institui, de jur. natural. gent. & civil. sub nomine juris communis veniat illud Romanorum, non autem illud, quod sit particulare alicujus Civitatis, cum revera ista ratio hodie non procedat, attenda hitoria legali, de qua infra; sed quia hujusmodi Civitatum subditarum jus non habet veram, & propriam naturam legis, quae omnibus sit communis, cum solum liget subditos subalternos, unde propterea ei congruit vocabulum, seu terminus legis municipalis, quae ad differentia juris communis, ex communi usu loquendi, explicari solet cum vocabulo statuti; Ac etiam probabilius, quoniam dum Communitas loci inferioris, vel districtualis concedere voluit propria statuta,

ita

ita ejus animum declarasse censetur, nolle vivere cum legibus Civitatis dominantis, sed cum propriis, & in istarum defectum cum illis, quae omnibus sunt communes, idque congruum habet rationem, quoniam quantum docet quotidiana praxis, ut plurimum inter Civitatem dominantem, & Castra, & Loca districtus, vel Comitatus vigere solet quaedam emulatio, quinimò in Congregatione Boni Regiminis, & in altera Consultae audiuntur in hoc Principatu frequentes lites, & discordiae non leves inter Civitates, & Castra, seu Loca districtualia, seu Comitatenfia. Verum ista opinio retenta, illa solum operatur quamdam juris praesumptionem, contrariis probationibus, imò fortioribus praesumptionibus elidibilem, cum revera, ut praemissum est, non sit quaestio juris, sed facti, & voluntatis.

In altera verò specie illarum Civitatum, quae verè, & proprie sunt Metropolitanicae, & dominantes, quia jura Imperii, & Principatus habentes, leges suo condant, atque Oppidorum, Castrorum, & Locorum intra earum fines existentium dominium etiam jurisdictionale, & territoriale cum imperio habeant, & tunc secus dicendum; Tum quia res non provenit a voluntate inferiorum, qui in proprio loco particularia statuta condiderunt, sed à defectu potestatis; dum solum ex licentia, vel tolerantia ipsius Civitatis superioris in casibus expressis attenduntur; tum etiam, quia, ut alibi advertitur, & reflectendo ad ibi enunciatam historiam legaleam, de qua latius alibi verum, ac proprium, & primum jus commune in eadem ditione est illud proprii Principis, vel propriae Civitatis dominiae, & imperantis, cui male adaptatur terminus, vel vocabulum statuti, vel juris municipalis; Ideoque in istius defectum subintat jus commune Romanorum, potius ex auctoritate proprii Principis vel Civitatis, quam ex illa Imperatoris Justiniani, atque in hoc sensu loqui videtur Roman. d. cons. 2. 18. qui propterea immeritò reprobat.

Objici verò poterit quod ad rem nostram, ista sit inutilis digressio, ex eo, quod in Statu Ecclesiastico non adsunt Civitates habentes sub se Oppida, Castra, & Loca in pleno dominio jurisdictionali, & imperio, ut prius habebat antiqua Roma, & nunc in Italia habent Civitates Venetiarum, Januae, Florentiae, Senarum, Luciae, & similes, quamvis aliquarum regiminis forma immutata sit ex Aristocratico, vel Democratico, aut Oligarchico in Monarchicum; Verum si bene considerentur historiae, censenda non erit inutilis digressio, quoniam, ut praesertim advertitur in Feudali Sede; h Sub diversis temporibus, iuxta notas Italiae calamitatis, & revolutiones, praesertim verò de tempore absentiae Sedis Apostolicae ab ea, quando spatio annorum circiter 70 à Clemente V. usque ad Gregorium XI. residentiam habuit in Civitate Avenionensi, & partim de tempore tertissimi, & longævii schismatis annorum circiter 44. ab Urbano VI. ad Martinum V. ac etiam postea, ob alia accidentia, pleraque Civitates libertatem sibi vindicando, se constituerunt in Statu Republica; à quo postea transferunt ad proprios tyrannos respectivè, ideoque cum locis intra earum districtum existentibus, vel aliis acquisitis, tanquam Dominæ cum Imperio, & jure Principatus se gesserunt, ac propterea licet postmodum cessaverit, atque ad pristinam Sedis Apostolicae obedientiam, ac subjectionem redierint, adhuc inspiciendum est pro lata, vel respectivè stricta hujusmodi legum interpretatione, aliique effectibus, de quo tempore conditae sint, ob magnam differentiam, quae dignoscitur inter leges conditas à Domino, & Principe habente, vel exercente potestatem legis condendae, & leges conditas à Civitate subdita; Atque ad id reflectendum venit pro congrua intelligentia.

Retenta item dicta opinio magis recepta, ut jus commune, non autem particulare Civitatis dominantis attendi debeat, quamvis Doctores, uno alterum de more transcribente, se restringant ad illud jus commune Romanorum, quod Civile dicitur, iuxta compilationem Justiniani; Attamen in hoc Pontificio Principatu id continere videtur errorem, quoniam, ut advertitur in Judiciorum Sede; Jus commune istius Principatus est Jus Canonicum, in cuius defectum, & quando ipsum non disponit, subintat praefatum jus civile, quod tamen in hac materia successione pro frequentiori contingentia, etiam in hoc Principatu attendendum venit, eo quia jus canonicum in hac materia nil disponere videtur, sed quando in ista, vel in altera materia disponeret, tunc istud dicendum est jus

commune, quod ad rem nostram consideratione dignum est pro decisione quaestionis, de qua infra in §. XIII. super computatione graduum, an iuxta unius, vel alterius juris dispositionem facienda sit.

Posito item, quod Oppida, Castra, & Loca districtus, cessante proprio, ac particulari statu, vivant cum statutis, & legibus Civitatis dominantis, altera disputari solet quaestio, quid dicendum sit, si aliqua ex hujusmodi Castris, vel Locis concedatur alicui in feudum, vel Baroniam cum jurisdictione, & imperio, an exinde sequi dicatur talis dismembratio, ut dictis statutis, & legibus Civitatis dominantis subiacere non debeant, ideoque potius regulanda sint cum dispositione juris communis, & super quo puncto sufficit se referre ad ea, quae habentur in Theatro, m dum nimia digressio esset istam quaestionem formiter hic examinare, potissimè quia neque otium concedit, & conferunt in idem ea, quae habentur in eodem Theatro super quaestione an Castra, & Loca ita erecta in feudum, & dismembrata, desinat esse de territorio Civitatis dominantis, ad effectum collectarum, aliorumque onerum, quod etiam disputatum fuit in Anconitana Castris Ferretti in Congregatione particulari deputata, ac etiam in Congregatione Avenionensi, in Avenionensi feudi, seu collectarum, super qua Deo annuente habebitur votum in Diversorio.

His itaque praenotatis, atque descendendo ad praemissam distinctionem istius Principatus, ad effectum dignoscendi ubi nam hujusmodi statuta feminarum, & cognatorum exclusiva vigeant, & quomodo inter se differant; Illud quoque praenotandum venit, quod antiqui Doctores, cum quibus moderniores abique alio dicuntur in sola verbali auctoritate procedunt, ut distinguere ditionem temporalem Ecclesiae ab aliis ditionibus Principum saecularium, illos terminos adhibere consueverunt, Terrarum Ecclesiae, & Terrarum Imperii; Cumque de terris Ecclesiae alique in magna parte essent infeudatae in feudum majus, vere dignitatis cum regalibus, ac jure Principatus, adeo de facto diversos Principatus constituant, se praetendentes Principes merè temporales, non autem Ecclesiasticos, ut sunt Regnum Siciliae, seu Neapolis, & Ducatus Parmae, & Placentiae, ac prius ante devolutionem erant Ducatus Ferrariae, & Ducatus Urbini, in quibus occasione praesertim text. in c. cum esset de testam. nimium disputant Doctores, an jus canonicum etiam in profanis attendi debeat, illudque juri civili praevaleat; exinde nonnulli putant, ac putant, quod ista loca sic infeudata veniant sub nomine, seu vocabulo Status Ecclesiastici mediati, ad differentiam illius Status, qui immediatè regitur per Papam, quodque propterea cum in constitutionibus, aliique provisionibus Pontificiis super regimine temporali Status Ecclesiastici dici solet, ita disponi in universo statu, tam immediato, quam mediato, ut etiam in hac nostra Constitutione habetur, de praefato statu mediato quoque eadem constitutiones, & provisiones intelligi debeant esse. Verum id continere videtur equivocum, quoniam licet dicta feuda majora, directi domini, & feudalitatis ratione dicantur etiam de terris Ecclesiae, ad differentiam terrarum Imperii, & ne de istis dici valeant; attamen pro loquendi usu in hujusmodi provisionibus, quae Principatus, & populorum regimem, & administrationem concernunt, sub nomine Status Ecclesiastici venit solum illa ditio inferioris describenda, quae est sub omnimodo gubernio, imperio, & jurisdictione Pape, ut occasione agendi de Bulla Baronum advertitur in Theatro; Illa verba Status tam immediati, quam mediati adjici solent respectu illorum Oppidorum, Castrorum, & Locorum, quae jure minoris feudi propriae, vel improprie possidentur per Barones, & Dominicellos, quorum dominium est tantum utile, magisque subordinatum alio, & directo dominio, quod plene jure est penes Papam, adeo quodam perpetuorum Gubernatorum figuram potius quam feudatariorum facere vel personam gerere dicantur, ac propterea talia loca dici non possunt dismembrata à principatu, & constituere diversam, & separatam ditionem, & sic est quaedam mediatio impropria, cuius tamen merito fieri solet ad dirimendam omnem quaestionem, quae forte antiquioribus vigere solebat, quando hujusmodi Barones aliquam de facto sibi assumere solebant majorem licentiam, & de quibus distinctionibus habetur quoque actum in superius enunciatum Opusculo Italici idiomatis, cui titulus est, Il Principe pratico, cap. 47.

Distinguendo itaque illum Statum Ecclesiasticum Italiae, de quo, ut supra nostra Constitutio loquitur, iuxta praesentem

tem gubernii formam, neglectis illis antiquioribus variis divisionibus, quas historiarum docent, atque procedendo cum ordine, vel scilicet Consultæ, abtque eo quod alicui præjudicaretur, illum constituunt Urbis Roma cum ejus districtu; Quatuor Cardinalitatis Legationes, Civitatis nempe, & Comitatus Bononiæ, Status Ferrariæ, Status Urbini, & Provincia Æmaliz, seu Romandiolæ; Et Gubernia, quorum aliqua prædictas, vel Præfecturæ nomen habent, & quandoque legationis nempe Provincie Marchiæ, vulgò Maceratæ; Provincie Umbriæ, vulgò Perusii, Provincie Patrimonii, vulgò Viterbii, Provincie Campaniæ, & Maritimæ, vulgò Frusini; Et Civitatum Anconæ, Firmi, Spoleti, Camerini, Asculi, Montis-Alti, Urbis veteris, Æsii, Nursiæ, Beneventi, Fani, Civitatis Castellii, Fabriani, Sabinæ, S. Severini, Reatis, & aliorum locorum independentium, quare de illis distinctè agendo.

De Urbe Roma cum ejus Districtu.

Aniquitatis Romanorum legibus, ac factis, & profanis scriptoribus Romam appellantis Patriam omnium communem, totiusque Orbis caput, Metropolim, Dominam, & Magistratam; Aliqui moderni, ad temporum, & rerum diversitatem non reflectentes, præsertim verò Pragmatici Juristæ cum consueta legale simplicitate, & cum sola auctoritatum littera procedentes, ad præsens quoque eidem Civitati præfata attributa congruere credunt, præsertim verò præfatis legibus innixi, ut communis patria, opinantur quod personaliter in ea apprehensi de ejus foro efficiantur, illumque declinare non valeant, quamvis nulla jus fori competentie accedat ratio, originis, vel domicili, si ve contractus, aut delicti, vel rei sitæ. Clarum autem errorem id committit, quoniam post dissolutum antiquum Romanum Imperium, adeoque magnam rerum Mundi sequutam immutationem, omnia hæc attributa in sæculari, seu profana Roma evanuerunt, ac perierunt, illis respectivè adhuc durantes in Roma sacra, potius tamen formali, quam materiali, tanquam loco residentie Summi Pontificis, ejusque Curie, quæ Romana dicitur, non ratione ipsius materialis Civitatis, sed ratione Summi Pontificis, hujus residentie loco, ubicumque sit, ista metropolitica qualitas congruit, ut de his latius in Relatione Romanæ Curie disc. 1. & 2. ac etiam occasione enunciati articuli, an apprehensio in Curia impudat, necne fori competentiam, alibi habentur; p. Ad rem verò nostram, agitur solum de hac particulari Civitate in profanis, considerata tanquam una ex Civitatibus, locis hujus Principatus, cujus neque veram habet metropolitam qualitatem, quæ improprie solum, & de facto in ea concurrere videtur, ratione residentie Principis, ejusque Curie, & Tribunalium, eodem modo, quo contingit in Civitate Neapolis respectu illius Regni, aliisque similibus, ut in plerisque locis advertitur, latius verò, & clarus in enunciato opusculo de Principe practico, cap. 5. & 48. Unde propterea dicitur solum Civitas dominans respectu Oppidorum, Civitatum, Castrorum, & Locorum existentium intra ejus districtum, cum illa pariter dominatione impropria, quæ consideratur in aliis Civitatibus subditis, ex sola ratione comitatus, vel districtus, non autem in dominatione vera, & propria pleni domini, & imperii, juxta distinctionem, de qua supra; ac propterea ejus statuta municipalia jure censenda sunt, ad instar statutorum aliarum Civitatum subditarum; in quarum territorio, seu districtu Oppida, Castra, & loca existant, ut in eis eadem statuta servanda sint, eodem modo, quo in Civitate, quatenus tamen propria, & particularia ipsius loci statuta non adsint, vel extantia non dissonant de casu controverso, minusque relatio ad jus commune habeatur, ut supra.

17 Quamvis enim hæc statuta Urbis, immutata eorum antiqua forma sub Gregorio XIII ad illam, quam de præfenti habemus, commentata per Fenzon. & Galgauer redacta sint de ejusdem Pontificis mandato, à quo etiam approbata, & confirmata fuerunt, non per hoc tamen leges Summi Pontificis, vel supremi Principis dicendæ sunt, sed leges particulares, ac municipales ipsius Civitatis, ejusque districtus, cum Pontificia approbatio, & confirmatio earum naturam non immutat, sed solum operetur validitatem ob juris communis regulam, fortius verò in hoc Principatu, ob Ægidianam constitutionem, ut subditæ Civitates, & Loca, leges, & statuta sine Principis licentia, & approbatione condere non possint, ut etiam

habetur infra in §. VII. Quinimò hæc approbatio, juxta sensum modernorum in praxi magis receptum, facta censetur per Papam uti Principem temporalem, non autem uti Papam, vel uti Episcopum, ut propterea non comprehendant Ecclesias, & personas, ac res Ecclesiasticas, nisi ubi expressè dicatur, vel per verba adeo generalia, & effrenata, ut eadem voluntas comprehendendi dignoscatur, ex iis, quæ habentur alibi deducta. q

19 Qualis autem sit Urbis districtus, tam ad effectum operationis statutorum, quam etiam illius cumulativæ jurisdictionis, quam etiam in prima instantia intra illum habent Senator Urbis, & Curia Capitolii, nec non Gubernator Urbis, & Auditor Cameræ, five ad effectum exemptionum, & privilegiorum Civium Romanorum à collectis, aliisque oneribus, vel effectum juris paritatis cum similibus, de quibus in suis sedibus agitur. r. Loquendo solum de districtu temporali ut supra, non autem de districtu spiritali Episcopatus particularis Urbis, vel ejus Provincia, de quo alibi agitur. / Antiquitus, & prius quam sub enunciato Gregorio Decimotertio, sequenter Statutorum Urbis reformationes in ea forma, quæ hodie habetur, id videbatur nimium incertum, adeo, ut frequentes essent controversiæ super aliquorum locorum comprehensione in hoc districtu, ut præsertim de Tiburtina Civitate sequebatur, quoniam ille certum, ac determinatum non habebat ambitum, sed solum de districtu Urbis dicebatur illa loca, in quibus verificabantur requisita salis, & focatici. t. Hodie verò ad hujusmodi dubietates, & frequentes controversias dirimendas, juxta dictas novas reformationes, statutum est, ut sublata dicta differentia salis, & focatici, districtus complectatur ambitum, seu circuitum quadraginta miliarum circumcirca ipsam Urbem, ex territorio tamen Status Ecclesiastici, ut in locis citatis advertitur.

20 In hoc itaque proposito intestatæ successione, & exclusionis feminarum, & cognatorum propter masculos agnatos, in Urbe habentur duo Statuta, nempe juxta modernas reformationes, cap. 145. & 146. In quorum primo disponitur, quod si quis intestatus decesserit superstitibus filiis masculis, five nepotibus masculis ex ejusdem filii masculis prædefunctis, filiar, vel neptes feminarum, si jam sunt dotatæ, nil petere valeant, sed contentæ sint suis dotibus; si verò non fuerint dotatæ, teneantur masculi eas dotare de paragio; si minus succedant cum masculis, prout jura disponunt; ipsæque filiar feminarum, nec matres, nec avie in concursu dictorum masculorum succedant, atque de hoc statuto in aliquibus locis agitur. u.

In altero autem cap. 146. agitur de successione collateralium, quod scilicet fratri sine filiis decedenti superstitibus fratres masculi, tam utrimque, quam ex latere paterno tantum conjuncti, vel eorum prædefunctorum filii masculi succedant, exclusa matre, præterquam à legitima, & exclusis sororibus, & amicitis etiam utrimque conjunctis cum eadem obligatione illas dotandi, quatenus non sint dotatæ, reservata dispositione juris communis in successione matris; & de hoc etiam statuto agitur in locis suprascriptis; ejusque particula registratur in sine Operis, erique in ordine la 181.

21 Prout etiam in exclusionem feminarum, favore masculorum, in casu testamentariæ successione adest statutum cap. 141. per quod filiar feminarum dotatæ, vel dotæ destinata, acquiescere debent iudicio patris disponentis favore collateralium de agnatione; de hoc autem statuto agitur infra in §. XIX. ubi de successione testamentarias, ibique circa dorem feminarum expenditur differentia, quæ dignoscitur inter hoc statutum 141. & dictum statutum 145. circa punctum, an dos succedat, nec ne loco legitime, & de hoc agitur in Sede Legitimæ, & atque in eodem §. XIX. insinuantur illa statuta 143. & 144. circa filios illegitimos, in quo succedant, & quantum eis relinqui possit, de quibus statutis agitur in Sede Testamentorum. y

Sub dicto autem moderno circumdario quadraginta miliarum circumcirca, juxta novas reformationes constituite districtum temporalem Urbis, multas continentur Civitates, Oppida, Castra, & Loca inferius recensenda, cum distinctione; quænam sint baronaliæ, & quæ non, dum in baronalibus adicitur littera B. ipsarumque aliqua sunt sub diversis Provinciis, & Guberniis, nempe sub illa Patrimonii, seu Viterbii, & sub altera Campania, & Maritimæ respectivè, atque intra ipsummet districtum adest Gubernium Sabinæ, quod quodammodo efformare videtur quandam parvam Provinciam,

ob multitudinem locorum sub illo cadentium, seu verius constituitur videtur unam Civitatem sparsam, ac divisam in quâplures pagos, seu villas, juxta speciem illarum Civitatum, & Locorum, quæ sunt in Regno Neapolitano, præsertim in Provincia Principatus Citra, & inter quas est Civitas Cavarum propè Salernum ita divisa in fortè majorem numerum Pagorum, & Castrorum, ibi vulgò casalium, quam sit ista Provincia Sabinæ; id autem non tollit istam qualitatem districtualem Urbis, quoniam stant simul, ut hæc loca sint sub proprio, & particulari Gubernio, etiam Prælatio, ut sunt enunciatum Gubernium Sabinæ, & aliorum Tiburtinæ Civitatis, vel sub Gubernio dictarum Provinciarum, vel sint sub propriis Baronibus, & Dominicis, & tamen sint etiam de districtu ad effectum comprehensionis sub statutis, ac etiam ad alium effectum supra enuntiatum concursus cumulativi, tam Fori Capitolini, quam Gubernatoris Urbis, & Auditoris Cameræ cum propriis Gubernatoribus, vel Baronibus, ad instar illius cumulativi concursus, quem etiam in prima instantia habet Vicarius Urbis cum sex Episcopis Cardinalibus in Diocesis, & locis existentibus de districtu spiritali.

Civitates autem, Oppida, Castra, & Loca intra istud circumdarium existentia, non mutiliter describuntur ad plures effectus, ad quos id scire proficuum esse poterit, præsertim verò ad rem nostram, ad distinguendum ubi nam in materia, de qua agitur, adsint statuta propria, & particularia, cum quibus procedendum sit, ut ubi desint, cum Statutis Urbis præcedi debeat, illaque ordine alphabetico disposita sunt ad tollendam omnem dubitationem circa eorum nominationem per prius, & posteriorius; Sunt autem

CIVITATES.

Albanen. B.
Anagnina.
Aquipendii, quæ habet statutum feminarum exclusivum, prout ex particula in calce operis impressa particula 10.
Braccianum B. habet consimile statutum, ut ex particula 18.
Civitas Castellana.
Corana habet statutum, ex particula 62.
Hortana, quæ idem habet statutum impressum infra in particula 82. & de quo meminit Rota in Hortana reintegracione 2. Decembris. 1680. coram Rondinino.
Hostiensis diruta.
Nepefina.
Portuensis diruta.
Prænestina B.
Sabinen. diruta.
Signina B.
Sutrina, quæ habet statutum feminarum exclusivum, prout ex particulis 163. in calce, & de quo agit Gabr. conf. 4. lib. 2.
Tiburtina habet pariter statutum, ut in particula 169. de quo differit Bich. decis. 88. num. 1. & 2.
Tusculana.
Veliterna habet statutum, ut infra particula 172. quod examinat Rot. post Michalor. de fratr. decis. 18. numer. 4.
Reatina est in questione, atque probabilior reputatur negativa.

Oppida verò, & loca digna consideratione, neglectis parvis castris, & pagis, sunt.

Affili.
S. Angeli B.
Anagninaria B. ubi viget simile statutum impressum in fine, particula 6. & de quo meminit Spada. conf. 138. to. 3.
Anticoli B.
Arcis Antiquæ B.
Arcis Cantoriani.
Arcis Cavarum B.
Arcis Grandulphorum.
Arcis Juvenis.
Arcis Maximorum B. ubi per statutum excluduntur feminarum, prout in ejus particula in ordine la 21.
Arcis Medie.
Arcis Papæ B.
Arcis Prioris.
Arcis Sinibaldi B.

Arcis S. Stephani,
Arcis Vicianæ,
Ardea B.
Aricia B.
Arfoli B.
Afcra B.
Afcra.
Austa.
Balnearia, ubi adest consimile statutum prout ex particula 20.
Barbaranum.
Bascianum B.
Bascianum B.
Bassanum Sutrinum B.
Bassanum Hortanum.
Bassanellum B. habet statutum feminarum exclusivum, ut in particula 27.
Belmontis B.
Bleda.
Bochignianum.
Bormartis B.
Burgettum.
Calcata B.
Calvi, seu Carpi.
Camerata.
Campanianum B. habet statutum, de quo in particula 35. & de quo agit Rot. decis. 267. p. 16. & decis. 94. par. 18.
Canepina.
Canis mortui B.
Cantalupum B.
Cantorani.
Capranica habet statutum, ut in particula 38.
Capranica Prænest. B.
Caprarola.
Carbognianum B. ubi per statutum disponitur de feminarum exclusione in particula 39.
Carpinetum B. idem habet statutum, ut in particula 40.
Castri Juliani B.
Castri Madamæ B.
Castri novi.
Castri novi in Sabina.
Castri S. Eliæ.
Castri S. Petri.
Castri veteris B.
Castinum B.
Cavarum.
Cetæ B.
Cerchiara.
Cerreti.
Cervarta.
Cerveteris B. habet statutum feminarum exclusivum, ut in particula 51.
Cefanum B.
Ciciglianum B.
Ciciglianum.
Cincianum B.
Cisterna B.
Civitas Lavinia B.
Civitas Vetula, ubi eadem viget statutaria dispositio, de qua in particula 59.
Civitella Canis mortui B.
Civitella Casia B.
Civitella Sublacen.
Collis Ferri.
Collis Pardi B.
Collis parvuli B.
Collis Veteris.
Columna B.
Confinii.
Contilianum.
Corchianum.
Cotanelum.
Cretonis B.
Eliæ Reatis.
Fabrica B.
Fara.
Fara.
Felicianum B.
Filestinum.
Flavianum, vulgò Fianum B.
Flavianellum, seu Fianellum B.
Folia B.
Foranum B.

Formellum B. habet Statutum fœminarum exclusivum, ut in particula 72.
 Fraxum B.
 Gabinianum B.
 Galleria B.
 Gallefum B.
 Gallicapum B.
 Genazanum B.
 Genestra B.
 Genne.
 Gerani.
 Gorga B.
 Graffignianum B.
 S. Gregorii B.
 Guarceni.
 Infula.
 S. Joannis Reatis.
 Jovium B.
 Julianelli B.
 Licentia B. ubi per statutum de fœminarum exclusione disponitur, ut in particula 86.
 Lipignianum.
 Longonium.
 Lugnanum B. ubi pariter fœminæ excluduntur per statutum, cujus particula est la 87.
 Lugnula.
 Malianum.
 Malianum Reatis.
 Maranum.
 Marenum B.
 S. Martini B.
 Mazzanum B.
 Mentana B.
 Molaria B.
 Mompæum B.
 Monteranum B.
 Montis Afulæ.
 Montis Boni.
 Monticellorum B. cujus statuti fœminarum exclusivi adest infra impressa particula in ordine la 99.
 Montis Compatrium B.
 Montis Flayii B.
 Montis Fortini B.
 Montis Lanici.
 Montis Libretti B.
 Montis Portii B.
 Montis Rosoli.
 Montis Rotundi B.
 Montis S. Joannis.
 Montis S. Mariæ.
 Montis S. Pauli.
 Montis Virgillii B.
 Montopolum.
 Montorium Sabinen.
 Montorium Petesæ B.
 Moriconis B. habet statutum ut in particula 116.
 Morlupum B. habet pariter statutum, de quo in particula 120.
 Morolum B.
 Nazanum B.
 Nerula B.
 Nerni B.
 Norma B.
 Neptunum.
 Olibanum B.
 S. Orestis, ubi reperitur statutum fœminarum exclusivum, prout in particula 148.
 Oriolum B.
 Ornanum.
 Palumbaria B. ubi viget idem statutum, de quo in particula 127.
 Palianum B.
 Pantanum B.
 S. Pauli.
 Penna B.
 Petesæ B.
 Pili B.
 Pifcianum B.
 Podium Catinum.
 Podium Fidonis.
 Podium Majanum B.
 Podium de Mortitis.

Podium Nativum B. habeat statutum, ut in particula 133.
 Podium Perusinum.
 Podium S. Laurentii.
 Podium Victianum.
 Poli B.
 Ponticellum B.
 Pontis Gennarum.
 Ponzanum.
 Porciglianum B.
 Pozzalia B.
 Pratica B.
 Procenum B.
 Rianum B.
 Rignanum B.
 Rivifrigidi B.
 Rocchetarum.
 Rojanum B.
 Roncilionis.
 Roratæ.
 Rota B.
 Salizanum.
 Salvatoris majoris.
 Sambuci B.
 Sarcinescum.
 Saxum B.
 Scrofanum B. habet statutum fœminarum exclusivum, de quo agitur disc. 3. de success. & ejus particula est impressa infra particula 153.
 Sermonetta B.
 Seronis B.
 Sezia est in quæstione an sit intra districtum.
 Silicis B.
 Silvestri.
 Sopitum B.
 Stabia B.
 Stimiglianum.
 Stripis B.
 Sublaci.
 Surianum B. ubi fœminæ non succedunt extantibus masculis, prout ex particula statuti in ordinatione la 159.
 Tarranum.
 Toffia.
 Trebis.
 Trivignianum B. habeat statutum confimile, de quo in particula 166.
 Tulphæ habet pariter statutum, ut in particula 168.
 Turris B.
 Turrta B.
 Vaconis B.
 Valentanum.
 Valeranum.
 Vallis-frigidæ B.
 Vallis Montanæ B.
 Vallis Petræ, ubi idem per statutum disponitur, ut in particula 170.
 Vetralla habet statutum, per quod fœminæ non succedunt extantibus masculis, ut in particula 173.
 Vianum B. idem habet statutum, & de quo in particula 174.
 Vicovarium B.
 Vicum.
 Vignanellum B. ubi adest dispositio statutaria pro excludendis fœminis, ut in particula 175.
 Viti.
 Viti Prænestin. B.
 Utricolum.
 Vulsinium habet statutum fœminarum exclusivum, de quo agit Gabr. conf. 14. lib. 2. & cujus particula est infra la 184.
 Zagarola B.

Ista verò enumeratio non excludit alia loca non descripta, minùsque excludit statuta particularia, quæ in locis descriptis fortè adfunt, quorum notitia non sit habita.

De Legatione Bononiæ.

Ista Civitas conspicua, quæ Magistra, & Mater Studiorum appellari consuevit, de legali facultate nimium benemerita, (unde in legibus per Divum Thomam unicè recensetur inter quatuor illorum temporum celebres Universitates, nempe Parisium in Theologia, Aurelianum in Artibus, Salernum in Medicina, & Bononia in Legibus,) habet in subjecta materia statuta fœminarum exclusiva pro-

propter agnatos masculos descendentes, & respectivè transversales, (aa) eorumque particulae sunt impressæ in calce Operis, particula 27. Cùmque regatur per unum Cardinalem Legatum, sub ejus Legatione continentur Oppida, & Loca infra scripta.
 S. Agatha, ubi viget Statutum fœminarum exclusivum, ut in particula 142.
 Balnea Porrettæ B.
 Budrium.
 Castrum Bolognesii.
 Castrum Franchi.
 Castrum Ghelfii B.
 Castrum Samperii.
 Castillonis B.
 Crevacorii.
 S. Georgii.
 S. Joannis in Perciceto.
 Medicina.
 Pianum B.
 Podietum Massumatici.
 Podium Benaticum B.
 Silva B.
 Extant quamplurimæ aliæ Communitates, & Pagi, qui consultò omittuntur.

De Legatione Ferrariæ.

Illustris hæc Civitas cum annexis illum Statum constituentibus per plura sæcula fuit de illo Statu magis mediato, de quo facta est mentio supra num. 11. utpotè in feudum, seu vicarium, cum regalibus, & jure Principatus possessa per Illustræm familiam Atestinorum, sive Estensium, cùm dignitate prius Marchionali, postmodum, ex concessione Pauli II. Ducali, eaque devoluta fuit, & restituta priori ejus corpori, undè propterea effecta est de Statu immediato per mortem sine prole Ducis Alphonsi II. sub Clemente VIII. prævia concordia cum Duce Mutinæ, & R. Regii Cæsare Estense, præfati Alphonsi hærede, inita in Civitate Faventia, ideoque vulgò concordia Faventina dicitur, sæpius enunciata in Theatro bb Ista verò occasione Clemens VIII. multa huic Civitati concessit privilegia, atque regitur per Cardinalem Legatum, qui quædam figuram antiqui Ducis facere videtur, & continuat cum ejus Statutis, inter quæ est istud fœminarum exclusivum, quod est impressum infra particula 70. & de quo alii qui agunt. dd.

Habebat prius sub ejus districtu qualificatum Oppidum Carpii, postea dismembratum, adhuc tamen quæstio est, an adhuc ibi ejus Statuta servari debeant. ee Sub hodierno autem Statu, seu Legatione, relinquendo locum veritati, an, & quæ sint districtus, & subjecta Civitati dominantis, comprehenduntur sequentia loca considerabilia, neglectis parvis villis, & pagis.

Argentia, quæ habet Statutum fœminarum exclusivum impressum in fine Operis particula 12.

Arianum.
 Bagnacaballum, ubi fœminæ sunt per Statutum exclusæ,stantibus masculis, de quo loquitur Cephal. conf. 22 num. 12. lib. 1. Riminald. Jun. conf. 649. Gabr. conf. 7. lib. 2. & est in particula 19.

Centum habet confimile Statutum, de quo meminit Riminald. Jun. conf. 604. num. 3. & est impressum in particula 49.

Codegonum.
 Comaclum.
 Contignola habet statutum fœminarum exclusivum, ut in particula 65.

Crespinum.
 Fossignanum B. ubi pariter fœminæ excluduntur per statutum, ut in particula 76.

Lugum, ubi viget dispositio Statutaria pro fœminarum exclusionem, de qua agit Menoch. conf. 168. & adest particula 89.

Massa Lombarda habet Statutum, cujus particula est la 92.
 Melaria.
 Plebs Centi habet statutum, ut in particula 132.

Trecenta.

De Legatione Status Urbini.

Quamvis à Civitate Urbini ille Dux, ejusque Status, antequam sequeretur devolutio per mortem ultimi masculi investiti, juxta seriem, de qua in Theatro ff de nominationem acciperet, atque de facto ob Ducum, ejusque Tribunalium, & consiliorum residentiam, figuram

faceret Metropolis, potissimè ob sequentiam hoc intuitu erectionem illius Cathedralis in Metropolitanam sub Pio IV. cùm assignatione in suffraganeas illarum Ecclesiarum Cathedralium, quæ sub ejusdem Ducis ditione essent. gg Non per hoc tamen vera Metropolis erat, adeo ut dicenda esset Civitas dominatrix aliarum Civitatum, Oppidorum, & Locorum, ex quibus ille Status constar; solumque dicta qualitas Dominantis verificari fortè videtur in illis Oppidis, Castris, & Locis, quæ antequam sequeretur in eadem persona unio plurium dominiorum, & successive erectio in Ducatum, erant de pertinentiis domini Urbini, sive Feltrensis, dum dominia, seu Principatus Civitatum, Pifauri, Eugubii, Calli, & Senogallia, & Vicariatus Monti Avii, Sancti Laurentii, & Montis Follii obvenierunt ex diversis titulis, adeo ut fuerit quædam unio accidentalitatis plurium Principatum, & dominiorum in eadem persona, seu linea, quolibet ipsorum propriam retinente naturam, juxta illam plurium dominiorum unionem in eadem persona, de qua agitur in Theatro. bb Et quamvis Paulus III. de anno 1548. ex his omnibus efformaverit Ducatum Urbini, insignito de ista Dignitate Guidobaldo de Ruvere ejus nepote, adhuc tamen declaratum fuit, ut non exinde vera unio, & incorporatio facta censeretur, sed quolibet dominium adhuc propriam retineret naturam, jura, & præminentias; ii ideoque varia sunt singularum Civitatum, & Locorum Statuta officina solum illa Castra, Oppida, & Loca, quæ respectivè sint de cujuslibet Civitatis districtu, seu comitatu, & pertinentiis. Verum ista materia successionum cum exclusionem fœminarum regulatur generaliter in toto Statu, potius ex Decretis generalibus factis per Duces, quæ propterea Decreta Ducalia etiam hodiè appellantur, adhuc vigentia, quæve sunt impressa in fine, particula 179. dum sequuta devolutio sub Urbano VIII. ita prudenter statutum, ac provifum fuit, ut ille Status cum antiquis ejus legibus, decretis, & stylis regeretur sub Cardinali Legato, tanquam subrogato in locum Ducis, cujus figuram, & partes faceret, ii licet forte quælibet Civitas, aut Locus habet etiam propria statuta conformia huic Decreto Ducali, de quo agitur disc. 52. de success. à quo discordare non solent, adeo ut illud soleat principaliter attendi.

Constat itaque iste Status ex Civitatibus, Urbini, Pifauri, Eugubii, Senogallia, Forosempronii, Calli, Urbanæ, S. Angeli in Vado, & Feretrana, & ex multis Oppidis, & Castris considerabilibus, neglectis aliquibus parvis villis, vel pagis; Quia verò, ut præmissum est, diversa sunt dominia ex diversis titulis, & cum diversis iuribus obvenientia, ut præsertim de titulo Principatus Pifauri liquet ex disc. 4. de feud. & sic de aliis; idcirco Oppida, Castra, & Loca describuntur distinctè sub quolibet Principatu, vel dominio, de cujus pertinentiis erant antè dictam unionem.

De pertinentiis itaque Domini Urbini sunt.

Aqualania.
 Auditorium.
 Capallinum.
 Collordulum.
 Franeta.
 Fermignanum.
 Gaisa.
 Infula Urbini.
 Mons Guiducius.
 Paginum.
 Petrianum.
 Pramicilla.
 Ripa Massana.
 Sanctus Donatus.
 Tabulerum.
 Talacchium.
 Via plana.

De Pertinentiis Pifauri, ubi viget Statutum proprium fœminarum exclusivum datum in particula 130. de quo agit Goned. conf. 11. vol. 1.

Candelaria.
 Castrum Medium.
 Castrum Novum.
 Farnetum.
 Fiorentiola.
 Gabcia.
 Genestretum.

Gradaria. Granarolia. Mons Baroccus. Mons Cicardus. Mons de Verulis. Mons Gaudius. Mons Lurus. Mons S. Mariæ. Novilaria. Tumba.

De pertinentiis Eugubii, ubi pariter adest Statutum feminarum exclusivum, de quo agit Rot. post. Paitell. expedition. decif. 5. & decif. 10. Et etiam sit mentio disc. 13. de Doc. ejusque particula est la 66.

Baccarera B. Bisepa B. Branca. Camporegianum. Cantianum. Carestum. Carpianum. Castilionis B. Colcelle. Colpalumbum. Colugnula. Costacciarum. Dana. Frontonis B. Galgata. Geomesium. Insula Fossaria. Mons Brevis. Mons Loverconus, & S. Benedi. Pafcelupum. Petra. Schegia. Scriptum. Serra Brunamontis. Serra Partuccii. Serra S. Abundii. Stole.

Tebinum. Turris de Calcolarii. Turris Ulmi. Vallis Fabrica. Vallingenium.

De pertinentiis Senogallæ, ubi viget Statutum feminarum exclusivum, de quo meminere Corn. conf. 9. r. num. 1. lib. 3. Giovagn. conf. 70. lib. 8. egomet de fideicom. disc. 144. cujus particula est la 155.

Roncitellum. Scapetianum.

De pertinentiis Forisempronii, de cuius statuto meminit Bich. dec. 41. 3. nu. 20. Rot. post. Paitell. expedit. dec. 17. nu. 17. & ejus particula est in calce in ordine la 75.

Bellaguardia. Cartocetum. Caserpestum. Castrumgagliardum. Mons Altus. Mons Felcinus. Mons Montanarius. S. Blasius. S. Gervasius. S. Hippolytus. Turriceia.

De pertinentiis Callii, ubi pariter per statutum particulare excluduntur à successione feminae propter masculos, ut in particula 32. quod perdidit Rota coram Dunozet. Sen. decif. 136. sunt.

Carda. penilium.

De pertinentiis Urbaniæ, olim Castrum Durantis, seu Massæ Trabaræ.

Barche. Belfortis. Castrum Plebis.

Castrum Vetus. Ceresium, Dese. Figianum. Fractæ. Frontinum. Lamolum. Lunanum. Mercatellum. Mondavium. Mondulphum. Mons Alfolius. Mons Bellus. Mons Fatronius. Mons Major. Mons Majus. Mons Molus. Mons Radus. Mons Siccus. Mons Vetus. Orcianum. Parchilium. Pelium. Pergula. Petra Acuta. Piaggie. Podium. Reforzatum. Ripæ. Rupolium. Sanctus Andreas. Sanctus Constantius. Sanctus Georgius. Sanctus Laurentius in Campo. Sanctus Martinus. Santus Vitus. Secchianum. Tausanum. Tumba. Turriola. Uffolium. Viglianum. Villa Montis.

De pertinentiis Civitatis Feretrane.

Caboleum. Castrum Ilicis. Macerata. Macianum. Majolum. Mons Buagine. Mons Cerignonus. Mons Copiolus. Mons Gellius. Mons Grimanus. Mons Itastus. Mons Licianus. Mons Sanctæ Mariæ. Pinna. Petrarubbia. Ripalta. Rontagnanum. S. Agatha. S. Donatus. S. Leo. Sartianum. Savignanum Righi. Saxum. Saxum Corbarium. Sonatellum. Svania. Turriceia. Vallis S. Anastaffi.

De pertinentiis demum Vicaratus Montis Aviti sunt in presenti.

Cavallaria. Ceresia. Mons Major. Podium. Sanctus Georgius.

De Legatione Provinciæ Æmiliæ, seu Romandiolæ.

Completitur sub se ista Legatio sequentes Civitates, quæ Omnes habent hæc statuta propria favore agnationis, omnesque constituunt propriam Universitatem cum suo districtu, vel comitatu, in quo sunt castra, & villæ, adeout una non habeat dependentiam ab altera, procedendo cum consueto ordine alphabetico, & sunt. Ariminum, quod habet statutum feminarum exclusivum, ut infra in particula 13. sub cuius jurisdictione, & statu degunt.

Catholica. Curianum. Mons Gridulphus. Sanctus Joannes in Marignano.

Britinorium, ubi licet non adsit statutum feminarum exclusivum, extat nihilominus breve Gregorii XIII. per quod ipsæ à successione repelluntur in favorem agnationis, quod est in calce particula 30.

Cervia habens statutum, ut in particula 52. Cæsena habens statutum, ut in particula 53. de quo loquitur Theodof. de Rub. 2. tom. singular. pag. 611. necnon Seraphin. decif. 99. num. 5. Duran. decif. 126. num. 15. cui subsunt.

Buora. Cæsenaticum.

Faventia, in qua viget Statutum feminarum exclusivum, prout in particula 69. de quo meminit Theodof. de Rub. tom. 2. singular. disc. 3. de Succession. num. 22. pag. 612. Rota post Fenzon. decif. 107. & in recent. decif. 59. par. 1. & sub sua jurisdictione sunt.

Granarolum. Oriolum.

Bussi.

Forumlivii, ubi adest consimilis statutaria dispositio, ut in particula 73. de qua agit Menoch. conf. 187. eique subsunt.

Ars Elmicia. Fiumana. Redappia.

Forum Pompilii habens simile statutum, ut in particula 74. Imola, ubi per statutum disponitur feminarum exclusio, sicuti in particula 83. de quo loquitur Rota decif. 43. part. 7. & decif. 360. num. 22. part. 17. & in disc. 3. de successione. num. 23. eique submissa reperiuntur.

Balnearia. Casola. Mordanum. Rioium.

Ravenna, ubi à statuto excluduntur feminae propter masculos, ut infra in particula 136. de quo agit Theodof. de rub. tom. 2. singular. pag. 619. Rot. decif. 548. part. 1. recent. & decif. 644. par. 2. Otthob. decif. 149. & post Michalor. de frat. decif. 51. num. 5. sub se autem habet.

Primarium. Sanctum Albertum.

Sarsina B. cujus statutum feminas à successione propter masculos repellit, sicuti in particula 151. Ulerius adfunt in Legatione Romandiolæ infra scripta.

Oppida, & Castra. Brisighella, quæ habet statutum exclusivum, prout in particula 29. de quo loquitur Rota dec. 428. n. 4. part. 14.

Burgum. Castrum Novum.

Castrum Rivi, ubi viget consimile statutum, prout in particula 47. Civitella.

Corianum. Dolia B.

Gambettola. Gatteaum. Cragiolum, ubi pariter adest statutum, ut in particula 78. Livaria.

Lonzanum.

Meldula B. habens pariter statutum exclusivum, ut in particula 93. Mercatum Saracenum B. ubi similis adest dispositio statutaria, de qua in particula 94.

Miavola, & Ciola B. Mondanum ubi per statutum feminae à successione bus arcentur ob masculos, ut in particula 97.

Card. de Luca de Statut. Success.

Mons Floris idem habens statutum, de quo in particula 107. Mons Scudulus, ubi idem reperitur per statutum determinatum, ut in particula 116.

Montianum B. Planum Mileti. Roncofreddum B. ubi feminarum exclusio pariter per statutum cavetur, ut in particula 141.

Roverfanum. Saludecium. Sanctus Joannes in Galilea.

Sanctus Archangelus, ubi masculis per feminarum exclusionem, à statuto providetur, ut videtur est in particula 144.

Sanctus Martinus in Conventu. Sanctus Maurus.

Savignanum. Scorticata. Soglianum. Solarolum.

Survivolum B. Tornanum.

Tuffignanum B. Verucchium.

De Gubernio Marchiæ, vulgò Maceratæ.

Elebrem quidem indifferenter Marchiæ Anconitanæ Provinciam reddunt frugum, præsertim tritici copia, Alma Domus Lauretana, & portus Anconitanus; in forensibus verò non minus celebrem illam reddunt Ægidianæ Constitutiones, quæ vulgò Constitutiones Marchiæ appellantur; id autem provenit non ex eo, quod Cardinalis Ægidius sub Innocentio VI. illarum auctor, fuerit solum istius Provinciæ Legatus, ut aliqui male opinantur, quoniam fuit Legatus à latere in universa Italia, sed quia dictæ Constitutiones publicam lucem primò post annos centum, & ultra receperunt in Ælina Civitate, deinde que ad alios annos centum, & ultra innovatæ, atque in parte immutatæ fuerunt per Cardinalem Pium de Carpo nuncupatum, qui Marchiæ tantum fuit Legatus sub Paulo III. ut latius in particulari discursu super Ægidiana Constitut. circa appellationes in possessorio habetur, idcirco prodiit nuncupatio.

Latus verò ista Provincia se extendit, quàm hoc Gubernium, de quo agitur, dum intra eandem quamplura sunt Gubernia in capite, sive independentia, ut sunt illa Firmi, Anconæ, Ascoli, Camerini, Montis alti, Æfii, Fabriani, & Fani, & alia; ideòque istud nomen accipit à Provincia, ratione majoris partis, quæ sub illo cadit, atque vulgò dicitur Maceratæ, ex causa residentie in hac Civitate, in qua etiam Sixtus V. Rotam, ad instar Rotæ Romanæ, erexit, cujus decisiones habentur apud Gratianum, & Thomatum; non autem quod dicta Civitas aliquod jus Metropolitanum habeat, adeout ad effectum ita-tutorum, de quo agitur, dici valeat dominans; nisi forte respectu aliquorum non considerabilium locorum in ejus territorio, vel districtu existentium. Completitur autem istud Gubernium Civitates Auximi, Maceratæ, Recineti, & Tolentini; quamvis enim intra ejus circumdarium adsit etiam Civitas Lauretana, nihilominus illa est sub Gubernio Protectoris Almæ Douus, qui Gubernatorem ibi deputat. In districtibus Civitatibus singillatim adest statutum feminarum exclusivum ob conservationem agnationis, ut de statuto Auximi videre est infra in particula 18. de Statuto Maceratæ in particula 90. de statuto Recineti, de quo etiam loquitur Buratt. decif. 838. sub num. 1. in particula 138. & de statuto Tolentini in particula 164. Oppida verò, & loca considerabilia sunt.

Amandola, quæ pariter habet statutum impressum infra in particula 3. de quo agitur disc. 17. de success. Apirum, ubi consimile viget statutum, de quo in particula 7. Appignanum, cujus statuti exclusivi particula est infra la 8. Belfortis, ubi idem viget statutum, prout in particula 23. Caldarella, ubi similiter per statutum feminae à successione bus arcentur propter masculos, ut in particula 31. Castrum Fidarum, ubi pariter idem reperitur statutum, ut in particula 44. de quo loquitur Buratt. dec. 310. sub n. 1. Cingulum, cujus statutum agnationi favor per feminarum exclusionem, ut in particula 54. de quo meminit Rota decif. 180. part. 4. tom. 2.

Civitas Nova, quæ idem habet statutum, ut in particula 116.

ricula 56. & de eo agit Thomat. *decifion.* 104. num. 3. Coccin. *decifion.* 111. & in *discur.* 143. & 144. de *fidei-*
commiss.
Cornaldum, quod habet statutum, prout in particula 63.
& de eo loquitur Rota *decif.* 171. & *decif.* 301. *part.* 16. &
de *success.* *disc.* 23.
Mathelica.
Montechii, ubi adest statutum fœminarum exclusivum,
prout in particula 98.
Montis Bodii, ubi confimile reperitur statutum, prout in
particula 100.
Montis Cassiani, ubi fœminæ à successione removentur à
statuto extantibus masculis, ut in particula 101.
Montis Caularii B.
Montis Fani, in quo statutum exclusivum reperitur, prout
in particula 105.
Montis Filatrani, ubi pariter viget huiusmodi statutum,
ut in particula 106. de quo loquitur Theodol. *de rubr.*
tom. 2. singular. pag. 615. Rot. in *recent. decif.* 417. *part.* 1.
& *decif.* 165. *sub n.* 47. *vers. nec subsistit par.* 7.
Montis Georgii, ubi locum habet confimile statutum,
prout in particula 108. & de eo agit Thomat. *decif.* 152.
Montis Granarii idem habentis statutum, ut in particu-
la 109.
Montis Leponis.
Montis Marciani.
Montis Milonis, ubi per statutum fœminarum exclusivum
disponitur, ut in particula 111.
Montis Novi, ubi idem per jus municipale statuitur, ut
in particula 112.
Montis Sancti, ut quo fœminarum exclusivum similiter per
statutum sancitur, prout in particula 113.
Montis S. Martini, ubi pariter statutum exclusivum exi-
stit, ut in particula 114.
Montis S. Petri habet statutum, ut in particula 115.
Monti Ulmi, in quo eadem statutaria dispositio adinvenit-
ur, ut in particula 117.
Murri de Valle, ubi etiam id per Statutum determinatur,
ut in particula 122.
Pinna, quæ pariter habet statutum fœminarum exclusivum,
de quo in particula 129.
Rocca Contrata simile habet statutum, prout in particu-
la 139.
Sancti Ginesii, ubi statutum adest exclusivum, ut in particu-
la 146.
Sancti Iusti, ubi simile viget statutum, ut in particula 147.
Sancti Lupidii, seu Elpidii, ubi pariter id per statutum de-
cernitur, ut in particula 145.
Sarnanum habet statutum, ut in particula 150.
Serræ Comitum, ubi etiam reperitur statutum fœminarum
exclusivum propter masculos, ut in particula 156.
de quo agit Honded. *conf.* 10. *lib.* 1.
Serræ Sancti Quirici, ubi confimile statutum in usu est, ut
in particula 57.
Staffoli.
Urbifalia, in qua etiam statutum existit, quo fœminis
successiones vetantur propter masculos, ut in particu-
la 182.

De Gubernio Umbriæ, vulgò Perusii.

Quamvis istud dicatur Gubernium Umbriæ, quæ est
valde considerabilis Provincia formam habens ali-
quando Legationis, non tamen illud universam comple-
ditur Provinciam, dum quamplura ad sunt Gubernia non
subordinata huic Gubernatori, sed immediate Congrega-
tionis Consultæ, ut exempli gratia sunt Gubernium
Spoleti, Præfectura Nursiæ, & Gubernium Civitatis
Castelli.
In duplici autem specie consideranda venit Civitas Pe-
rusina, una scilicet Metropolitana impropria, tanquam
residentialis Gubernatoris, & Rotæ, undè propterea denomi-
nationem vulgò tribuit Gubernio; & altera propria, &
particulari, illam consideranda tanquam unam ex Civita-
tibus Provinciæ, vel Præfecturæ, atque in hac posteriori
specie dicitur Civitas dominans respectu Castrorum, &
Locorum existentium in ejus territorio, & districtu, eo
modo, quo aliæ sunt Civitates, non autem in priori spe-
cie, quia nullam habet super aliis dominationem.
In prima itaque specie lata continet istud Gubernium
plures Civitates, quarum singulæ proprios habent Guber-
natores, etiam Prælatos, cum aliqua subordinatione, ut

exempli gratia est Tudertum, & quandoque Fulgineum,
atque habet proprium districtum, in quo existunt Castra,
& Loca, quorum respectu dicitur Civitas dominans. Ci-
vitates verò sunt, eodem retento ordine alphabetico, &
omnes habent Statutum.

Ameria cujus particula est la quarta, & de eo loquitur Pen-
decif. 349. num. 1.
Assisium, cujus particula est la 17. & de agunt Bald. *confil.*
111. lib. 2. Cirocc. disc. 41. Honded. *confil.* 11. *vol. 1.*
Rota *decif.* 484. num. 1. *part.* 4. *tom.* 1.
Fulgineum, cujus particula est la 77. & de eo agunt Caran-
conf. 19. Cirocc. *disc.* prima, & 34. Put. *decif.* 3. 38. &
127. lib. 3. & in disc. 19. de *legitim.* & *detract.* & *disc.* 51.
de *succession.*
Nuceria, cujus particula est la 124. & de eo loquitur Ci-
rocc. *disc.* 40.
Perusium, cujus particula est la 128. de quo habetur in
disc. 1. & 2. de *success.*
Tudertum, cujus particula est la 167. & de eo meminere
Bald. *conf.* 4. *lib. 2. & conf.* 57. *lib. 4.* Angel. *conf.* 119. Se-
raphin. *decif.* 885. Rota *decif.* 256. num. 2. *par.* 11. & in
disc. 6. & 7. de *succession.*

Oppida verò, & Loca considerabilia, quæ habent pro-
prium Statutum cum eodem ordine alphabetico sunt.

Arquata, cujus particula est la 14.
Bastia, cujus statuti particula est la 22.
Bistonium cujus statutum recensetur in particula 25.
Cannaria habet statutum, ut in particula 37.
Castilionis Lacus, ubi viget idem statutum, ut in particu-
la 41.
Ceretum, cujus particula est la 50.
Citerna, cujus particula est la 55. & de eo loquitur Ludov.
decif. 255. & *decif.* 279.
Civitas Plebis habet statutum, prout in particula 58.
Collestatum, cujus statuti particula est la 61.
Gualdum, cujus particula est la 80. & de eo loquitur Theo-
dof. *de rub. tom. 2. singular. pag.* 612. Rot. *decif.* 51. *par.* 1.
& *decif.* 18. *part.* 4. *tom. 1. recent. & in disc.* 18. num. 1. de
success.
Hispellum, cujus particula est la 81. & de eo agit Honded.
conf. 4. *vol. 1.* Theodof. *de rub. ubi supra pag.* 614. Cirocc.
disc. 36. num. 2.
Massa cujus statuti particula est la 91.
Mevania cujus particula est la 96.
Mons Castellum habet statutum, ut in particula 102.
Mons Falcus, cujus statuti particula est la 103.
Saxoferratum habet statutum, de quo in particula 152.
Trebium, cujus particula est la 165. & de eo agunt Theo-
dof. *de rub. loc. cit. pag.* 621. Cirocc. *disc.* 33. *sub nu.* 1.
Rot. *dec.* 463. *part.* 1. *recent.* Manzaned. *dec.* 365. num. 1.
& *seqq.*
Valtopina, cujus statuti particula est la 171.
Vissium cujus particula est la 177.

De Gubernio Patrimonii, vulgò Viterbii, & Sta-
tutum Valentani, & Roncilionis, vulgò Castr.

Uas locorum species istud Gubernium sub se continet, 29
unam antiquam, quæ Patrimonii dicitur, vulgò Vi-
terbii, ex eadem in præcedentibus enunciata ratione resi-
dentia, non autem, quod esset Civitas dominans, & me-
tropolitica; & alteram moderno tempore additam Statui
Castris divisi in duos Status, Roncilionis, & Valentani, qui
prius jure feudi possidebatur per Ducem Parmæ, & Placen-
tiæ ex investitura Pauli III. nunc vero ex concordia sub
Alexandro VII. incorporatus, & effectus de Statu imme-
diato, ex iis, quæ habentur *disc.* 80. de *Regal.*
Prima species complectitur Civitates.
Aqipendii, cujus statuti particula est la 10.
Balneoregen.
Civitatis Castellana.
Corneti, cujus Statuti particula est la 64.
Hortæ, cujus statu particula est infra la 104. & de eo lo-
quitur Rota in una Hortana reintegrationis 2. Decemb.
1680. cor Rondin.
Montis Falisci, cujus statuti particula est la 104. & de eo
loquitur Soccin. Sen. *conf.* 36. *sub n.* 2. *lib.* 1. Coccin. *dec.*
958. *n.* 4. & 10. & *dec.* 1451. *n.* 2.
Nepis.
Sutrii, cujus statuti particula est la 163.
Tuscanellæ.

De Gubernio Anconæ.

Viterbii, ubi viget Statutum exclusivum fœminarum, ut
in particula 178. de quo meminit Rot. *dec.* 144. num. 9.
& *decif.* 290. *n.* 6. *part.* 8. & agitur *disc.* 16. de *success.* &
disc. 43. *n.* 9. *cod. iii.*

Oppida verò, & Loca considerabilia sunt.

Alvianum.
Balnearia, cujus statuti particula est la 20.
Bassanum.
Bleda.
Bysentium.
Cellenum, cujus statutum est in calce impressum in parti-
cula 48.
Latera habet statutum, ut in particula 85.
Lugnanum habet statutum in particula 88.
Mugnanum habet famuliter Statutum, de quo in particula
121.
Sanctus Laurentius.
Trivignanum, cujus Statuti particula est infra la 166.
Vetralla, cujus Statutum habetur infra in particula 173.
Vulfinium habet Statutum, ut in particula 184.

De secunda verò specie, idest de Statu Valentani sunt.

Caninum.
Caput Montis.
Celsiteris.
Gradolarum.
Gryptarum.
Ischia.
Marta.
Mons-altus.
Tessenanum.
Valentanum.

Et de eadem secunda specie, nempe de Statu Ronci-
lionis sunt.

Canepina.
Caprarola.
Castrum S. Eliæ.
Castilianum Tyberinæ.
Corchianum.
Fabrica.
Insula.
Roncilionis.
Valleranum.

Omnia ista Loca secunde speciei gubernantur cum statuto
Castris, quod similiter favet agnationi excludendo fœmi-
nas à successione, ut in particula 43. de quo loquitur
Marian. Soccin. *conf.* 36. *lib.* 1. & in *disc.* 41. num. 37. &
disc. 71. de *success.*

De Gubernio Maritimæ, & Campaniæ, vulgò Frusini.

Notabilis pars locorum istius Gubernii est intra distri-
ctum Urbis, non tamen illa desinit esse sub isto
Gubernio, cum solum id operetur concurrens præventi-
vum, ut supra, ac etiam in magna parte loca sunt Baro-
nalia, neque dignoscitur aliqua Civitas Metropolis, vel
dominans, ut in aliis Provinciis, vel Guberniis contingit.
Sub Gubernio autem Campaniæ sunt Civitates.

Alatrina.
Anagnina.
Ferentina.
Signina B.
Verulana.

Oppida, & Loca considerabilia sunt.

Baucum.
Ceperanum.
Filettinum.
Frusinonum, locus Residentiæ Gubernatoris, & Tribu-
nalis.
Fumorum.
Guercinum.
Pons-corvus.
Sonninum.
Turrice.

Sub Maritima verò sunt.

Pipernum.
Sermoneta.
Setia.
Terracina.

Card. de Luca de Statut. Success.

Quamvis juxta latinam eloquutionem Æsina Civitas 31
nomen tribuere videatur Provinciæ Marchiæ, dum
illi populi Æsini dicuntur; attamen vulgò ista nobilis An-
conitana Civitas potius illi nomen tribuit, locum ad
differentiam Marchiæ Trivisanæ, aliarumque Regionum,
confimilem nuncupationem habentium, dicitur Marchia
Anconitana, valdeque celebris est ejus portus, cujus ratio-
ne dici potest benemerita de legali facultate in materia
mercantij affecurationum, & decoctionum, ex iis, quæ
in hac Civitate, & super ejus negotiis scripsit Stracca.

Istudque Gubernium continet sub se antiquam Civita-
tem Humanam, penè dirutam, adeout parvi Castris figu-
ram faciat, & Oppida, ac respectivè Castra Siroli, Po-
dii, Massignani, Camerani, Varani, Montis Sancti
Viti, Cameratæ, Falcanariæ, Offaniæ, Pulverisii, Ar-
guliani, Galignani, Paterni, Montis Securi, & Castris
Æmilii, quæ omnia sunt de districtu, vel comitatu Civi-
tatis, cum cujus statuto vivunt, & de illo habetur *disc.* 10.
de *succession.* & *decif.* 25. numero 2. post Paitell. *expedition-*
emque particula est infra la 5. Adest etiam intra eundem
districtum Castrum Ferretti, quod obtinetur in feudum
propriam, vel improprium per Anconitanam nobilem fa-
miliam de Ferrettis, desuper tamen viget controversia,
quæ pendet indecisa inter dictam familiam, & Guberna-
torem, ac Magistratum Civitatis, tam super jurisdic-
tione, quam super jure collectandi, aliisque oneribus, præ-
tendente Civitate, quod sit de ejus membris, & pertinenti-
is; è converso autem dicta familia prætendente contra-
rium, super quo nil asseritur, sed relinquitur locum veri-
tati.

De Gubernio Firmi.

Ultra prærogativam in hac Marchiæ Provincia singu- 32
larem, quam ista Civitas in spiritalibus gaudet, ju-
ris Metropolitanici per Sixtum V. ejus civem, vel comita-
rentem sibi concessi, cum prius esse Cathedralis exem-
pta, & Sedi Apostolicæ immediatè subjecta, illi assignan-
do suffraganeas Ecclesias Maceraten. & Toletin. unitas,
Montis Alti, & Sancti Severini; gaudet in temporalibus,
ex antiquo jure per Historicos recensito, titulo
Principatus complectentis quadraginta octo Oppida, &
Castra respectivè, quorum omnium dominatrix est; Un-
de propterea propria, & particularia statuta non habentia
reguntur cum illo Civitatis Dominantis, de quo ad
rem nostram, Rota *decifion.* 461. num. 2. *part.* 2. *recentior.*
& *coram Caval.* *decifion.* 296. numero 5. ejusque particula
est infra in ordine la 71. cumque exceptis Cardinalitiis
Legationibus, de quibus supra, reliqua omnia Gubernia,
etiam primaria, ut recensentur illa Marchiæ, &
Umbriæ, & similia subjaceant Congregationis Consulta-
tionum Status Ecclesiastici, quæ Consulta vulgò appel-
latur; illi tamen ex quadam observantia subjacere non
consuevit istud Gubernium utpotè residere solum penes
illum Cardinalem, qui Nepos dici solet, juxta insinuata
disc. 6. num. 12. in *Relat. Cur.* vel alium Pontificis conjun-
ctum habentem titulum Gubernatoris, quamvis in Cu-
ria residentem, jure potius cujusdam superintendentia,
& gubernii habitualis, actuali existente penes Præla-
tum, qui ad instar aliorum gubernatorum in loco residet,
titulum Vice Gubernatoris propterea habentem, à quo
ad gubernatorem recursus haberi solent. In hoc autem
Pontificatu D.N. Innocentii XI. in quo huiusmodi Nepo-
tum, & Conjunctorum Officia, munia, emolumenta,
& prærogativæ in desuetudinem abierunt, ipsa Civitate
supplicante, & ne huic prærogativæ præjudicaretur, il-
lud gubernium habituale, vel super intendentiale, quod
esse consuevit penes Cardinalem Nepotem, vel alium
conjunctum, residet penes Congregationem Deputatam
aliquorum Prælatorum, sub præsentia, seu præfectura
Cardinalis Secretarii Status, Primi Ministri, ideoque
ista Congregatio dici potest quedam parva Consulta, dum
adamussim gerit ejus partes, atque facit in isto particula-
ri Gubernio id, quod generaliter Consulta facit in omni-
bus aliis.

Non extra propositum tamen, neque vagatoriè, sed ad
rem hæc insinuatur pro Statutorum istius Civitatis inter-
pretatione, quoniam si condita, & ordinata fuerunt de tem-
pore, quo juxta hystorias, se gubernabat, sub proprio Principi-
pe, vel ad formam Republicæ, cum imperio, & regalibus,
ac jure Principatus, recognoscendo solum quodam altum
domi-

dominium, ac superioritatem Sedis Apostolicæ, ut contingit in illo Statu, qui magis remotè mediatus dicitur, & prout juxta illorum temporum contingentias pleræque aliæ Status Ecclesiastici Civitates se regebant, & tunc statum regulandum non est ad formam juris municipalis conditi per Civitatem subditam, & omnino subordinatam, sed potius tanquam jus commune, ideoque favorabile, non autem odiosum, secum è contra; juxta distinctionem plurius insinuatam, & repetitam, semper tamen opportune.

Oppida verò, & Loca istius Principatus sunt.

Altera.
Altidona.
Aquaviva.
Belmontis.
Campi Felonis.
Carassanum.
Cerretum.
Collina.
Falleronis.
Francavilla.
Grypta ad Mare.
Grypta Azzolina.
Gualdum.
Lorum.
Maglianum.
Maranum.
Maffa.
Maffignanum.
Moglianum.
Morilianum.
Montis Aponis.
Montis Falconis.
Montis Giberti.
Montis Leonis.
Montis Ortonis.
Montis Ranaldi.
Montis S. Petri in Morico.
Montis Vidonis Cambatii.
Montis Vidonis Corradi.
Morecum.
Orretianum.
Pedasum.
Pedrona.
Petriolum.
Petrilium.
Portus Firmi.
Poufanum.
Rapagnanum.
S. Andreas.
S. Angelus.
S. Benedictus.
S. Elpidius in Morico.
Servilianum.
Smerillum.
Trochianum.
Turris Palmæ.
Turris S. Patritii.

De Gubernio Spoleti.

33 **L**ongobardorum dominatio in Italia celebrem reddidit istam Civitatem, à qua uber, & delitiosa Vassis Umbriæ denominationem desumpit. Cum enim illorum Imperium divisum esset in quamplures Ducatus, inter quos fuit etiam Romanus, unde prodiit Ducati vocabulum in illa moneta aurea, quæ aliis scutorum largorum Solis dicebatur, Ducatus Spoletinus erat ex majoribus, & potentioribus, adeo ista Civitas, ut Ducis residentiam, Metropolis totius illius Principatus figuram de facto gereret. Hodie verò sub dominio Ecclesiæ Romanæ; vel Sedis Apostolicæ regitur per proprium Gubernatorem Prælatum independentem à Præfide Provinciæ Umbriæ, in qua sita est. Habet ista Civitas proprium statum exclusivum fœminarum, & cognatorum ut infra in particula 161. de quo agit Rota in *rec. dec. 9. p. 6. & dec. 20. & dec. 11. 5. & dec. 2. 75. n. 2. p. 8.* ejusque Gubernium complectitur loca infra scripta.

Aceram.
Aglanum, quod habet proprium statutum, ut in particula 2.
Apuginum, ubi simile statutum viget, ut in particula 9.
Astellum, & Palatium.

Arronem, ubi adest idem statutum, de quo in particula 15.
Bonacquistum, quod pariter habet statutum, ut in particula 26.
Cammorum, cujus statuti particula, est infra particula 34.
Campellum, ubi reperitur consimile statutum, prout in particula 36.
Castrum Lacus, quod habet statutum, ut in particula 45.
Castrum Ritaldum, quod pariter habet statutum proprium, ut in particula 46.
Castrum Sancti Felicis.
Casum.
Cerquetum.
Civitellam.
Collem Marchesii, ubi similiter statutum viget, de quo in particula 60.
Gavellium.
Gianum.
Glebam.
Grypta, ubi idem statutum repetitur in particula 79.
Messenarum, cujus statutum est infra in particula 95.
Montecchium.
Montem Francum.
Montem Sanctum.
Montem Sancti Viti.
Morcicchiam, & Morianum, ubi proprium adest statutum, ut in particula 118.
Orzanum, quod pariter habet statutum, ut in particula 126.
Paternum, & Meggianum.
Pessignanum, ubi consimile viget statutum, de quo in particula 131.
Pontem, ubi fœminæ à statuto excluduntur, ut in particula 134.
Postignanum, ubi idem statutum servatur, ut in particula 135.
Rocchettam, cujus statuti particula est infra la 140.
Sancta Anatoliam.
Sanctum Joannem.
Schiagginum.
Sillantum, ubi idem per statutum cavetur, ut in particula 158.
Spinam, cujus statuti particula est infra la 160.
Tertii Sancti Severi.
Vallis.
Vallis Penacchiæ.
Villæ Paganicæ, ubi idem statutum viget, ut in particula 176.

De Gubernio Camerini.

Jamdiu fuit ista Civitas cum annexis, constituentibus ejus Statum, de mediata Ecclesiæ ditione, utpotè jure feudi, vel Vicariatus sub immediato regimine familiaris de Varanis, qua defecta, ita factus esset locus devotioni sub Paulo III. hic de illa in festivum Petrum Aloysium Farnesium, cujus dominatio brevem habuit durationem, ob celebrem permutationem sub eodem Pontifice sequutam, cum præsupposito evidentis utilitatis Sedis, & Cameræ Apostolicæ, cum Civitatibus, & Ducatibus Parmæ, & Placentiæ; quod attentò illorum temporum statu, ac locorum situatione non est ab aliqua probabilitate alienum, quamvis attentò præfenti in statu nimium improbabile videatur; ac propterea à dicto tempore est de statu immediato; sed quamvis in Provincia Umbriæ sita sit, non tamen ejusdem Provinciæ Gubernatori, vel Præsidi subest, nullamque ejus Gubernator habet dependentiam, vel subordinationem. Habet hæc Civitas suum statutum, à quo fœminæ excluduntur, ut in particula 33. & de quo agunt Cornel. *conf. 323. numer. 3. lib. 3. Thomat. decis. 187. ex numero primo, Rota decis. 176. num. 15. part. 16. & in decis. 91. de dot. & in ejus districtu, vel territorio sunt quamplura Castra, & Loca parum considerabilia, quæ proprium, & particulare statutum non habent, sed vivunt cum illo Civitatis. Sub Gubernio tamen, utpotè de enunciato Varanorum dominio, vel statu, sunt Oppidi S. Anatoliæ, & Castrum Sefrii, quorum singula ad rem nostram habent proprium, & particulare statutum, cum quo vivitur, non autem cum illo Civitatis, ut de primo in particula 143. de secundo in particula 154.*

De Gubernio Afculi.

Sita est hæc qualificata quidem Civitas in extremitatibus Provinciæ Marchiæ, utpotè confinans cum provin-

vincia Aprutina Regni Neapolitani, & de ejus plurimum graduum, vel specierum nobilibus habetur actum in *tit. de præminent. discurs. 48.* atque si aliquibus Historicis credendum est, & præsertim ejus concivii particularis historiæ hujus Civitatis non ineleganti latina lingua Scriptori, post dissolutum Romanum Imperium, per quamplura sæcula se rexerit ad formam Reipublicæ, quædam sibi vindicata libertate, sub regimine Episcopi, qui Principis, vel Capituli Reipublicæ figuram gerebat, utpotè per Innocentium IV. de Provincia Marchiæ investiti fuerant Comites Atefinesi, & sic ista Civitas, utpotè de præfata Provinciæ pertinentiis sub illa comprehensa fuit investitura, qua finita incidit cum eadem Provincia in regimen immediatum Sedis Apostolicæ, sub quo perseverat sub proprio tamen Gubernatore independente à Gubernatore Marchiæ, seu Maceratæ, ut sunt pleræque aliæ Civitates, & Oppida ejusdem Provinciæ, ut de illa agendo advertitur supra numer. 27. Continet autem istud Gubernium quàm plura Castra, quæ omnia intra ejus territorium, vel districtum existunt, atque cum ejus statutis vivunt, locales verò Gubernatores, & Officiales deputantur à Magistratu Civitatis, cum distinctione graduum, de qua *d. disc. 48. de præminent.* illaque magis considerabilia, & neglectis aliis nimium parvis, sunt Appignanum, Anguillara-Sanctæ, Communantiæ, Montisprandoni, Montis Sancti Pauli, Spinetoli, & Venerottæ, & alia minora usque ad numerum dictæ Provinciæ Aprutinæ duo alia Castra, vel Oppida, in quibus Magistratus Civitatis nullum habet jus, nec ipse Gubernator solet se ingerere, quorum unum, quod Ancharanum nuncupatur, est sub dominio, & jurisdictione, etiam in temporalibus, Episcopi; & alterum, quod dicitur Maldignani, sub dominio, & jurisdictione, etiam in temporalibus, Capituli Cathedralis; Ambo verò, & præsertim Episcopus prætendunt dicta loca possidere quodam jure Principatus independentis, utpotè obvenientia ex Imperialibus concessionibus, & confirmationibus respectivè Caroli Magni, Pipini ejus filii, & quamplurimum successorum in Imperio, quæ habentur registratæ apud præfatum Historicum Afculanum, ac etiam apud Ughellium *tom. 1. Italia Sacre* agendo de Ecclesia Afculana; Ideoque licet observantia daret, quod concederetur illis subditis in temporalibus recursum ad Congregationem Consulatæ, negabat tamen Episcopus posse appellari, vel recursum haberi ad alia Tribunalia Urbis, & præsertim ad illud Auditoris Cameræ; quare desuper per Sanctissimum Innocentium XI. deputata particulari Congregatione Cardinalium, & Prælatorum, atque inter istos, me tunc Præfato interveniente, dicebam, istam prætensionem omnino vanam censendam esse; tum quia ubietiam verum esset hoc præsuppositum, adhuc loca effecta erant de alto dominio Ecclesiæ Universalis, & Sedis Apostolicæ, juxta deducta *discurs. 60. de feud.* unde propterea majorem jurisdictionem haberet Auditor Cameræ, qui est Judex appellationum, & recursum ab Episcopis, etiam in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus, exceptis beneficialibus, quàm haberet Consulata, ad quam datur solùm recursum à Gubernatoribus in temporalibus Statu Ecclesiastici; tum etiam, quia cum sint in confinio Status Ecclesiastici immediati, & dicti Regni Neapolitani, quod est etiam de Statu Ecclesiastico mediato, ut advertitur supra *num. 11.* non videtur quale jus desuper haberent Imperatores; Ostendendo quoque minus probantem dictorum Imperialium diplomatum fidem, dum illud præsertim Caroli Magni habet datam anni 878. & tamen ipse creatus Imperator de anno 800. & obiit, de anno 813. five 814. quem errorem agnoscit Ughellius, eumque corrigere fatogit, sed absque substantia, ut latius in quodam meo Voto, seu Discursu desuper edito, ideoque sine dubio ista Oppida, vel Castra dicenda sunt de Statu Ecclesiastico, licet non de isto Gubernio, atque in mappis existentibus in Palatio Vaticano sunt descripta. Habet autem ista Civitas suum particulare statutum, per quod fœminæ à successionibus repelluntur in favorem mascululorum, de quo agit Dunozet. *Jun. decis. 929. num. 8.* ejusque particula est infra la 16.

De Gubernio, seu Præsido Montis-alti Marchiæ.

36 **C**ontinet sub se Civitates Montis-alti, quæ est residentialis, & Ripæ Transonæ, atque infra scripta Oppida, & loca considerabilia.

Card. de Luca de Statut. Success.

Castignanum.
Cofignanum.
Force.
Montis Elpati.
Montis Floris.
Montis Fortini.
Montis Galli.
Montis Novachi.
Montis Monembris.
Montis Rubliani.
Offidam.
Petrignonis.
Porchiam.
Rotellam.
Sanctæ Victoriæ.

De Gubernio Urbis veteris.

Habet ista Civitas statutum fœminarum exclusivum, 37 de quo loquuntur Cornel. *conf. 246. lib. 2.* Rota post Michalor. *de frat. dec. 16. & coram Duran. decis. 36. & coram Bich. decis. 350. num. 31. & in recentior. decis. 523. n. 1. part. 4. tom. 3.* ejusque particula est impressa infra in ordine la 183. Oppida verò, & Loca magis considerabilia, quæ sunt in districtu, seu comitatu dictæ Civitatis, atque sub ejusdem statuto degunt, sunt.

Abbatia.
Alberona.
Alvianum.
Benanum.
Bottum.
Carnajola B.
Casterubellum B.
Castilionis Tyberinæ habet statutum, ut in particula 42.
Castrum Floris B.
Castrum Georgii B.
Castrum Vicardum B.
Civitella Agliani.
Civitella Comitum B.
Collis longus.
Corbaria B.
Eabrum B.
Ficulle.
Hospitalettum.
Lubrianum.
Mealla B.
Meana B.
Montis Gabionis.
Montis Jovis B.
Montis Leonis.
Montis Rubialei B.
Montis Sancti Petri B.
Palatium Bovarinum.
Parranum B.
Poranum.
Ponellum B.
Prodam B.
Ripalta B.
Ripalvella.
Rota Castellum.
Sala B.
Salcis B.
Sanctus Venantius.
Sanctus Vicus.
Sermugnanum.
Suranum.
Titignanum B.
Trivignanum.
Turris Alfinæ.
Turris Fama B.
Turris SS. Severi, & Martirii B.
Vicenum B.

De Gubernio Æsini.

UT dictum est supra *num. 27.* agendo de Gubernio Marchiæ, vulgò Maceratæ, latina elequutione atrenta, ista Civitas tradere videtur nomen Provinciæ, cujus incolæ Æsini populi appellantur, quod unde proveniat meæ occupationes inquirere non permittunt; Probabile verò est, quod antiquioribus temporibus ista esset Civitas residentialis Præfidi Provinciæ, quod sermo ex eo, quod cum Cardinalis Ægidius

De Gubernio Civitatis Castellii, aliàs Tipherni.

Apostolicæ Sedis Legatus in universa Italica Ditione sub Innocentio VI. sex compilasset libros Constitutionum, quæ Ægidianæ appellantur, illæ post annos centum, & ultra prima vice impressæ, & publicatæ fuerunt in hac Civitate, ut patet ex earum antiquo volumine, quod tamen rarum est, cum præ manibus volitaret secunda impressio sequuta sub Cardinali Pio, seu Carpeni in Pontificatu Pauli III. cum earumdem Constitutionum reformatione, & additione respectivè, ut latius magisque distinctè in discursu de Constitutione Ægidiana super appellatione in possessorio.

Quamvis autem ista Civitas existat penè in centro dictæ Provinciæ, attamen à proprio regitur Governatore, independentè ab illo Provinciæ, illaque in ejus districtu, vel territorio habet decem, & octo Castra, quæ vivunt cum statuto Civitatis, quod nimium obscurum, maleque conceptum videtur, ideoque litium productivum, ut videre est in ejus particula impressa in calce in ordine la. de quo ulterius agunt Rlmin. Junior. *confil. 759. in princ. & numer. 85. Gabr. confil. 7. lib. 2.* proindeque nimium commendabilis esset aliqua ejus declaratio, vel extensio; ab illa Communitate faciendâ, cum approbatione Pontificia, ut in plerisque aliis opportunum esset, & laudabile.

De Gubernio, seu Præfectura Nursiæ.

Quamvis legaliter, juxta consuetudinem Italiæ, & stylum Datariorum, & Cancellariæ Apostolicæ huic loco nomen, seu vocabulum Oppidi conveniat, eo quia non est insignium prærogativa Ecclesiæ Cathedralis, utpotè de Diocesi Spoletana, adhuc tamen de facto gaudet honorifica nuncupatione Civitatis, ut in plerisque aliis locis verificatur, ut insinuatis in Sympontina Cathedralitatis *disc. 2. de præminent.* & merito ob populi numerum, & qualitatem, aliasque circumstantias, illam præsertim, quod quamplurimum Castorum, & Villarum in ejus territorio, vel districtu existentium dominationem hanc statutariam, aliasque territoriales prærogativas habet, ejusque mentio habetur *decif. 110. de regal.* occasione agendi de quadam prærogativa fortè singulari, qua potitur circa pretium falis, magnumque sortitur splendorem ex eo quod fit parria S. Benedicti, ut insinuat *disc. 30. de præminent.* ac fertur quod esse patriam Vespasiani Imperatoris, quod tamen est in quæstione cum Reatina Civitate, vel aliquo ejus Castro. Quamvis verò sit in Provincia Umbriæ, non tamen ejus Governatori subjacet, sed habet proprium independentem Governatorem Prælaturam, qui Præfecti nuncupationem habet; Itaque Præfectura sub se complectitur Oppida Montis Leonis, Arquata, & Cerreti, quorum singula habent proprium, & particulare statutum, ut de illo Arquata in particula 14. de illo Cerreti in particula 50. de illo Monti Leonis in particula 110. ista tamen Oppida non sunt de districtu Nursiæ, uti sunt quamplura alia Castra, & Villæ, quæ vivunt cum statuto loci dominantis, cujus particula in ea parte, in qua fœminæ excluduntur, est infra la 125. & de eo loquitur Honded. *conf. 12. lib. 1. Rot. decif. 68. n. 8. p. 6. Peuting. decif. 65.*

De Gubernio Beneventano.

Ista Civitas est extrâ circumdarium Status Ecclesiastici immediati, cum sit in Regno Neapolis in Provincia Principatus ultrâ, undique à dicti Regni, & respectivè Provinciæ territorio circumdata, sed ex antiquis conventionibus non est comprehensa in dicti Regni investitura, ideoque est de omnimodo dominio, regimine, & Statu immediato Ecclesiastico, habetque idem statutum, cujus particula est in calce la 24. & de quo fit mentio infra §. 19. agendo de testamentaria successione; sed non complectitur alia loca, ideoque dominans dici non potest, cum ejus dominium, & gubernium respectivè restrictum sit ad solam Civitatem, ejusque territorium, in quo alia non sunt Oppida, seu loca habitata.

De Gubernio Fani.

Celebre in Curia effectum est istius Civitatis statutum ob casum adeo acriter in Rota disputatum, de quo *disc. 15. de success.* Istudque Gubernium, ultrâ Civitatem, continet sub se quamplura loca, quæ omnia vivunt cum statuto ejusdem Civitatis; quod datur in calce in particula 68.

Continet istud Gubernium ipsam Civitatem, quæ habet statutum, de quo fit mentio per Bald. *confil. 112. & conf. 248. lib. 3. Coccin. decif. 958. num. 4. & 10. & decif. 1451. num. 2. & disc. 9. numer. 12. de emphy.* & datur in particula 56. & duo Oppida Citerne, & Petrelongæ, ultrâ villas, & loca non considerabilia; ex dictis autem Oppidis posterius Petrelongæ regitur cum statuto Civitatis; alterum verò Citerne habet statutum proprium, de quo loquitur Ludovif. *decif. 279. & prius decif. 255. & ejus particula est infra la 55.*

De Gubernio Fabriani.

Quamvis iste locus Episcopali dignitate, & per consequens juxta Italiæ mores, Civitatis titulo, & prærogativa non sit decoratus; nihilominus attentis Populi numero, divitiis, industriis, præsertim in arte lanæ, in quibus tamen ab aliquo tempore citrà ex universalibus totius Italiæ, præsertim verò istius Principatus calamitatibus notabiliter defecit, ac etiam prærogativa jurisdictionali, quam habet in quampluribus Castris, & Locis sibi subditis, ut infra, multas Provincie Marchiæ Anconitanæ, in qua situs est, superat Civitates, propriumque habentes Episcopum; Non subjacet autem ejusdem Provincie Præfidi, vel Governatori, sed habet proprium Governatorem Prælaturam immediatè subordinationem Consultæ, ex ea ratione, quæ plerisque aliis Civitatibus, & Locis ejusdem Provincie, ac alterius Umbriæ, eadem prærogativam habentibus, communis videtur, quod scilicet juxta enunciata in *disc. 3. de feud. in princ.* & alibi ob notoria Italiæ motus quamplures Civitates, & loca, præsertim de tempore, qua Sedes Apostolica ab hac Provincia abfuit, deinde durante ultimo schismate, sibi vindicarunt libertatem, ad formam Rerumpublicarum se gubernandam, vel à Tyrannis occupata fuerunt; unde propter Sedes Apostolica ut ad pristinum dominium; pristinamque obedientiam reduceret, cum hujusmodi prærogativa allicere prudenter curavit, propter abominatam subordinationem alteri ejusdem Provincie Civitatis, in qua Præfes, vel Governator præsideat, cum qua prius æmulationes, & bella habuerint. De potentia præsertim, & jurisdictione istius Oppidi, quod bellum cum finitimis locis habere solebat, liquet ex iis, quæ habentur *sub tit. de feud. disc. 49. & discurs. 135.* ubi de concordia inita cum Comitibus de Genga super quatuor Castris, vel Villis, in quibus ista Communitas quoddam dominium, vel superioritatem habere prætendit, ut absque controversia in plerisque rebus habet in quatuordecim aliis Castris, seu locis existentibus in ejus districtu, vel comitatu, & per consequens cadentibus sub ejus gubernio, in quibus omnibus idem servatur statutum fœminarum exclusivum, quod in eodem Oppido Dominanti viget, cujus particula est infra la 67. & de quo loquitur Rota *decif. 177. num. 3. part. 4. tom. 2. cum præfata Castra, seu Loca subdita proprium, & particulare statutum non habeant.*

De Gubernio Sabiniæ.

Agendo supra de districtu Urbis dictum est; quod penè omnia Loca huic Gubernio subiecta, sunt infra districtum, quodque licet nuncupationem habeat Provincie, attamen dici meretur potius unica Civitas divisa in Pagos, eo modo, quo in Regno Neapolitano sunt Civitates Cavarum, aliasque similia Loca, ex insinuatis *disc. 24. de jurisdiction.* & alibi: Continet autem sequentia Loca. Aſpera. Calvi, seu Carbi. Cicignianum. Collaltum B. Confinnii. Cottanellum. Labrum. Lugnula. Montis Aſulæ. Montis Boni. Montis Leonis. Montis S. Joannis. Pedelveum. Petefia B. Sancti Pauli. Scandriia. Simiglianum.

Stro-

Stronconium, de cujus statuto fœminarum exclusivum loquitur *Corn. conf. 127. lib. 1. & datur in particula 162.* Tararum. Utricolium.

De Gubernio Sancti Severini.

Pontifex Sixtus V. Picenus propriæ Provinciæ amantissimus quampluribus illam decoravit privilegiis, præsertim verò erecta in Metropolitanam Ecclesiâ Firmam, ut est insinuatum supra *numer. 32.* agendo de Gubernio Firmi, in quampluribus Oppidis sub diversis Diocesis existentibus, illa ab eis dismembrando, erexit Ecclesias Cathedralis, ipsaque Oppida in Civitates, nempe Laureti, Montis Alti, Tolentini, & Sancti Severini, de quo agitur, Diocesis Camerinen. habetque proprium Governatorem Prælaturam independentem, adeo ut non subjacet Governatori Provincie, atque istud Gubernium complectitur quamplura Castra, & Loca in Civitate districtu existentia pro Diocesi præfatus Pontifex assignavit, illaque propriis, & particularibus caret statutis, sed vivunt cum illo, quod extat in ipsa Civitate dominante, ut in particula 149. & de quo fit mentio per Bart. *conf. 138. lib. 1. Bald. conf. 44. lib. 4. Rot. dec. 373. p. 1. rec.*

De Gubernio Civitatis Reati.

Sub Judice adhuc lis esse videtur, an ista Civitas comprehendatur sub moderno districtu Urbis, consistente in circumdario quadraginta miliarium, illa tamen veritate, magis communis videtur opinio, à quadam mensura comprobata, pro non comprehensione, Quomodo autem ista Mensura fieri debeat, conferre videntur ea, quæ habentur deducta *sub tit. de Regular. disc. 31.* ad effectum regulandi distantiam de loco ad locum; Quiddid autem sit de hoc puncto, ad effectum, de quo agitur, nisi referre videtur, dum eadem Civitas habet proprium, & particulare statutum, cujus particula est la 137. & de quo habetur actum *in tit. de success. disc. 12. & in decif. 248. 327. & 336.* coram Celfo ideoque cum illo procedendum est. Habet autem ista Civitas quamplura Castra, & Loca in ejus territorio, vel districtu, quorum tamen particularem mentionem facere opportunum non videtur; tum quia parum considerabilia sunt; tum etiam quia propria, & particularia non habent statuta, ideoque omnia pariformiter vivunt, & regulantur cum Statu Civitatis dominantis; quamvis circa modum collectandi difformiter vivant, & regulantur, adeo ut ipsam Civitatem, & Castra discordiæ, & lites esse soleant, ut patet ex *disc. 136. regal.*

De aliis Guberniis minoribus non subordinatis.

Incertum est qua ratione (cujus resistentia potius dignoscitur) aliqua inferiora Gubernia non Prælatia, sint à Legatis, vel respectivè Præfidiis Provinciarum independentia, atque adinstar majorum, & Prælatiorum immediatè subiecta Consula. De duplici verò specie illa sunt, quoniam aliqua sunt intrâ Urbis districtum, ut exempli gratia sunt illa Civitatis Castellane, Sutrii, Nepis, Farfæ, & similia, de altera verò specie sunt Civitates, Amerina, Civitatis Plebis, Interamnia, & Narniæ; Redacta igitur ad ordinem Alphabeticum, unâ cum Oppidis sunt infra scripta.

Ameria, ubi adest statutum fœminarum exclusivum, ut in particula 4.

Cascia. Civitatis Castellane. Civitatis Plebis, ubi idem viget statutum, ut in particula 58.

Farfa. Interamna, ubi viget eadem statutaria dispositio, ut in particula 84. & de qua agitur *disc. 14. de success. Put. dec. 302. lib. 3. & decif. 146. num. 4. & decif. 329. num. 1. part. 10. 10. & decif. 37. n. 1. p. 11.*

Labrum. Massa, cujus statuti particula est infra la 91.

Mathelica. Montis Castellii, ubi eadem viget statutaria dispositio, ut in particula 102.

Montis Marfiani. Montis S. Joannis. Narnia, quæ habet statutum, ut in particula 123. & de eo loquitur Merlin. *decif. 353. & decif. 390. Card. de Luca de Statut. Success.*

Nepesina. Ronciglioni, ubi vivitur cum statuto Castris, de quo in particula 43. Sancti Salvatoris Majoris. Sutrina, ubi viget statutum, ut in particula 163. Valentianum, ubi pariter viget statutum Castris. Vifinum. Utricolium.

De aliis Provinciis, Ditionibus, Civitatibus, & Locis Italiæ, extrâ Statum Ecclesiasticum.

Per universam Italiam vigere hujusmodi statuta fœminarum, & cognatorum exclusiva, favore agnatorum masculorum, frequenter, penèque concorditer testantur Doctores, & præsertim Florian. Castrenf. & alii relati *Tusch. lit. 5. conclus. 656. n. 30. 31. & 48.* Post latam enim legem à Justiniano, in Græcia exequentem in successione fœminas masculis, pleræque Italiæ Civitates proprias tulerunt leges repellentes fœminas à successione, quæ postea vocatæ fuerunt statuta, ut observant Kuipfchilt *de fideicom. cap. 8. num. 205.* Paganin. Gaudent. *de leg. quæ fœmin. a success. repell. cap. 8.*

Procedendo itaque cum eodem ordine alphabetico, de quo supra inter Provincias, Civitates, & Loca Italiæ extra Statum Ecclesiasticum, viventia cum statutis particularibus, ad agnationis favorem propicientibus, median- te fœminarum exclusione, inter alia adfunt, & reperiuntur.

Albingana; de cujus statuto meminit Cæphal. *confil. 147. num. 9. lib. 3.*

Alexandria; cujus statutum ad rem ponderant Cravett. *conf. 743. n. 6. Menoch. conf. 317.*

Aretium; de quo actum habetur penes Roman. *confil. 4. Bald. confil. 47. lib. 5. Dec. conf. 52. 61. 7. & discurs. 50. de success. in suppl. ejusque statuti particula est impressa in calce Operis inter particulas statutorum vigentium in Provinciis, & Civitatibus extra Statum Ecclesiæ, & est in ordine la 1.*

Astensis; cujus statutum perpendunt Bald. *conf. 327. lib. 5. Nat. confil. 74. numer. 1. Bellon. jun. conf. 38. n. 2. Theaur. decif. 63.*

Barenfis, cujus consuetudo fœminarum exclusiva viget penè in tota illa Provincia, & est impressa inter dictas particulas in ordine la 2.

Bergomum; de quo statutum loquuntur Cæphal. *conf. 547. Menoch. conf. 280. num. 1. Duran. decif. 31. & in Theatr. disc. 19. n. 2. de success.*

Brixia; de quo agunt Ruin. *confil. 27. lib. 1. Menoch. disc. confil. 280. numer. 5. Fulgos. confil. 84. & disc. 19. num. 2. de success.*

Canetum; de quo mentionem facit Cyriac. *contr. 71. n. 23.*

Casalenfis; cujus statutum refert Cyriac. *contr. 56. 5. numer. 1. & 4. & ante contr. 386. in princ.*

Castilionis à Stiveriis; quod considerat idem Cyriac. *contr. 504. n. 81.*

Castri Goffredi; de quo rem habet pariter Cyriac. *contr. 588. num. 1.*

Collensis; super cujus statuto extat *decif. Buratt. 188.*

Corrigiæ; quod examinat Ciarlin. *contr. 246. num. 1. & seqq. Cortona; de quo Bald. conf. 2. 9. & 10. lib. 4. Giovagnon. conf. 13. & conf. 14. lib. 2. Menoch. conf. 95. n. 59.*

Cossanum; de quo memorat Rota. *decif. 535. n. 13.*

Cottanensis; cujus statutum tradit Bald. *conf. 205. lib. 4.*

Cremona; de quo differit Caren. *resol. 23. Surd. confil. 343. sub n. 19. versic. secundo moveor.*

Cumanum; quod innuit Signorol. *conf. 153. circa princ.*

Feltrum; cujus statutum recenset Cuman. *conf. 90.*

Florentia; de cujus statuto pertractant Castrenf. *conf. 304. num. 4. lib. 1. Lap. alleg. 101. Bartholom. Soccin. conf. 114. 14. Giovagnon. conf. 2. lib. 1. & in Theatr. disc. 8. & 9. de success. ejusque particula est in ordine la 3.*

Janua; super cujus statuto interpretationem faciunt Caren. *resol. 172. Rot. dec. 89. n. 6. p. 5. & in Theatr. disc. 4. de success. & disc. 28. de legit. cujus particula est infra la 4.*

Insula; de quo Surd. *conf. 343.*

Lonzinum; quod memoratum reperitur à Signorol. *conf. 233. sub num. 1.*

Luca; de cujus statuto peragunt Angel. *conf. 221. Imol. conf. 114. num. 4. Zucchar. decif. Lucens. 9. num. 1. Palma ten. confil. 90. num. 11. & 12. Altograd. conf. 64. per tot. lib. 1. Manz. conf. 14. num. 7. lib. 1. & conf. 106. lib. 2. & in disc. 10. de legit. ejusque particula est la 5.*

B 4

Man-

Mantua; super quo plura colligunt Bartholom. Soccin. conf. 153. n. 24. lib. 2. Bald. conf. 452. & 453. lib. 1. & conf. 456. lib. 3. Angel. conf. 359. Zabarell. conf. 22. Cyriac. contr. 654. num. 3. Surd. decif. 9. & decif. 138. in Theatro disc. 11. de feud. & datur in particula 6.
 Massa; super cuius statuto scriptis Dec. conf. 563.
 Mediolanum; de quo Signorol. conf. 2. & conf. 66. in princ. latèque Carpan. ad eadem statuta Mediolan. & est impressum particula 7.
 Mirandola; super quo consuluit Cæphal. conf. 509.
 Montis Ferrati; cuius statutum tangit Surd. conf. 100. & conf. 475. num. 11.
 Montis Politiani; de quo Paris. conf. 47. lib. 3. Riminald. jun. conf. 249.
 Montis Sanctæ Mariæ; de quo fit mentio per Bald. conf. 131. & conf. 132. lib. 2. Dec. conf. 71.
 Mutina; super cuius statuto plura congerunt Alex. conf. 69. lib. 1. Menoch. conf. 240. Riminald. jun. conf. 664. n. 24. Rot. decif. 364. num. 18. part. 5.
 Neapolis; Duplīter istud vocabulum considerandum est. Primò nempe particulariter, tanquam denotans ipsam Civitatem cum ejus Suburbis, & Castris, quæ ibi Casalia dicuntur, & Secundò generaliter, ut potè pro communi loquendi usu denotans totum Regnum Sicilia citrà, quod post divisionem ab alia Sicilia ultrà Pharam priùs dici consuevit Apuliam, à moderno verò tempore dici consuevit Neapolitanum, ob residentiam, quam Reges cum eorum consiliis, & Tribunalibus habere consueverunt in ista Civitate, quæ propterea de facto, non autem de jure, Metropolis figuram facit.
 Attenta prima significatione particulari, habet proprias consuetudines in scripturam redactas, inter quas habetur ista super fœminarum exclusionem, ut in particula 8. sed istæ consuetudines non egrediuntur ipsam Civitatem, ejusque particulare territorium, & de his particulariter in Theatro de legit. disc. 2. & seq. & de dot. disc. 103. & alibi. Attenta verò altera significatione generali complexiva totius Regni, adeò Constitutio, quæ incipit In aliquibus, & Doctores passim, & frequenter tractant, ut infra verbo Sicilia.
 Niciensis; cuius statutum exornatur à Bellon. jun. conf. 74. Novaria; de quo Dec. conf. 107. Rot. decif. 223. num. 14. part. 5.
 Onelia; quod perpenditur à Nat. conf. 266.
 Padua; de cuius statuto meminerunt Petr. de Ancharan. conf. 26. Paris. conf. 100. num. 3. vers. solum lib. 2. Cæphal. conf. 501. n. 53.
 Papiensis; de quo agunt Curt. jun. conf. 5. Merend. lib. 18. contro. 1. tom. 3. & est in particula 9.
 Parma; cuius statutum ponderatur à Bald. conf. 29. 5. lib. 2. Dec. conf. 261. lib. 2. Put. decif. 341. Seraph. decif. 822. & in Theatr. disc. 21. de successione.
 Pisa; de quo Menoch. conf. 235. Barth. Soccin. conf. 122. num. 1. lib. 3. & est in particula 10.
 Pistorium; quod examinat Barth. Socc. conf. 280. lib. 2. Plumbinum; de quo in Theatr. disc. 11. de successione.
 Pontremolum; super quo scriperunt Manz. conf. 276. lib. 3. consult. 397. 398. & 399. lib. 5. & Palma jun. allegat. 89. lib. 1.
 Rhegium; cuius statutum recensent Angel. Aretin. conf. 80. Riminald. jun. conf. 269. n. 48. Menoch. conf. 1170. Ciarlun. contr. 45. in princ. Cyriac. contr. 405. n. 28. Rot. decif. 527. n. 8. & seq. part. 14. recent.
 Sancti Salvatoris; de quo Menoch. conf. 293. n. 5.
 Sanglianum; de quo Bald. conf. 171. lib. 2. & conf. 371. & conf. 372. lib. 5.
 Sarthianum; de cuius statuto mentio habetur penes Bald. conf. 467. lib. 2.
 Saxolum; cuius statutum interpretatur Riminald. jun. conf. 608.
 Secudia; de quo differit Thesaur. q. forens. 42. n. 10. lib. 1.
 Senatium; super cuius statuto scriperunt Roman. conf. 399. Castren. conf. 175. 422. & 442. lib. 1. & conf. 83. lib. 2. Dec. conf. 332. Corn. conf. 61. lib. 4. Put. decif. 139. lib. 2. & habetur impressum particula 11.
 Sicilia; Regum ultrà Pharam habet Constitutionem, quæ incipit In aliquibus, quæ est impressa in calce particula 12. superius enunciatum verbo Neapolis, quia huic etiam Regno Sicilia citrà Pharam est communis, ut potè edita de tempore, quo unicum erat Regnum, & de ista Constitutione frequentissime agunt Doctores utriusque Regni, & de eâ pluries fit mentio in Theatro,

praefertim sub tit. de dot. disc. 105. & disc. 113. occasione agendi an dos succedat loco legitima; & alibi.
 Sinodria; de cuius statuto Oldrad. conf. 135.
 Taurinum; de quo memorat Thesaur. jun. quest. 69. lib. 2. & decif. 62. & decif. 263.
 Tridinum; de quo Nat. conf. 581.
 Trevisum; de cuius statuto loquitur Cuman. conf. 125. Bald. conf. 183. lib. 1. Menoch. conf. 293. n. 5.
 Verona; de quo Fulgof. conf. 62.
 Vicentia; super quo consuluntur Cuman. conf. 35. Paris. conf. 36. n. 27. & seq. lib. 2. Cæphal. conf. 578.
 Vignalis; de quo Bald. conf. 94. lib. 3.
 Vitelliana; de quo Cyriac. contr. 476. n. 1.

De aliis Provinciis, & Populis extra Italiam.

NEc in Italia solum hujusmodi statuta fœminarum exclusiva introducta reperiuntur, sed etiam extra Italiam plerique Populi, & Provinciæ iisdem usi sunt, & utuntur, adeò ut universi ferè Orbis civilis, praefertim nostræ communicationis, mo generalis dici possit ille repellendi à successione fœminas existentibus mascululis, ut testatur Origen. homil. 22. c. 27. lib. Numer. ibi: *Hec secundum Historiam. Quid vigoris habeant omnibus palam est, qui sciunt leges istas non solum apud filios Israel custodiri, sed apud omnes homines, qui tamen legibus vivunt.*
 Africa, etenim habet hujusmodi consuetudines, & statuta fœminarum exclusiva, teste Jo. Bodino de Republ. lib. 5. cap. 2.
 Alemanni Veteres idem observarunt mediante antiqua ipsorum lege promulgata tempore Clotarii Regis sub capit. duar. soror. ad tradita per Rolbag. certam. masculo-fœmin. de leg. salic. in preclud. num. 31. Tholosan. Syntagm. jun. lib. 45. c. 4. n. 4.
 Angli, Scoti, & Dani consimiles leges habent, ut observat idem Rolbag. in certam. masculo-fœmin. de leg. salic. n. 44. & seq. & in preclud. n. 35.
 Armeni cum hujusmodi constitutionibus fœminarum exclusivis usque ad tempora Justiniani regulabantur, ut ipsemet Justinianus testatur Novell. 21. Tholosan. ubi supra num. 3. Gaudent. Paganin. de leg. que fœmin. à success. repell. cap. 6.
 Asia pariter similes leges servat, ad notat per Bodin. de Republ. d. lib. 5. c. 2.
 Avernia itidem morem excludendi fœminas colit Cassan. ad consuet. Burgund. rubr. 7. §. 12. in princ.
 Bajorarii fœminas à successione excludebant, ut proficitur Tholosan. ubi supra n. 4.
 Burgundi mulieres à successione arcent Cassan. ubi supra, Tholosan. loc. cit. n. 5.
 Galli habent notissimam legem Salicam, per Carolum Magnum renovatam in suis Capitularibus tit. 62. des Alodes n. 6. ibi: *de terra Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat, sed ad virilem sexum tota Terræ hereditas pervenit, de qua pertractant Paganin. ubi supra cap. 5. Rolbag. loco cit. n. 33. Carpon. de pact. confraternit. Saxonico-Hastiac. conclus. 3. Tholosan. ubi supra n. 8.*
 Quamvis revera ista lex Carolina non esset peculiaris illorum locorum, qui juxta hodiernum usum veniunt sub nomine Gallorum, sed congrueret omnibus illis Provinciis, & regionibus, quæ citrà, & ultrà Rhenum erant sub præfati Legislatoris dominio. Cùm enim omnes illæ Regionessent sub dominio Romanorum, postmodum verò Gens Franconia sub Rege, vel Duce Pharamundo illarum partem occupasset, circa initio quinti sæculi, & acquisitionum progressus continuassent ejus successores Reges, nuncupati de prima stirpe, à quibus condita fuit dicta lex, quæ Salica nuncupatur, denominationem sumendo à quibusdam populis Salicis, apud quos ordinata fuit. Hinc in eisdem Provinciis, vel Regionibus orta est legum, & modi vivendi diversitas, quæ aliquas pariebat confusiones, quoniam aliqui populi vivebant cum hac nova lege, & aliqui continuabant cum antiquis legibus Romanorum, quæ tunc non erant, juxta subsecutam compilationem Justiniani In Codice, & Novellis, vel Authenticis, dum istius Imperium fuit ad sæculum circiter, postquam ibi Romani Imperii dominatio cessaverat, sed erat juxta id, quod continetur in Pandectis, & in aliquibus fragmentis Codicis Theodosiani; atque ex tunc originem habuit illa distinctio, quæ etiam hodiè viget in aliquibus ex his Regionibus, inter Jus Romanorum, sive Itali-

cum, & Jus Francorum, sive Gallicum; quare ad tollendas confusiones, quas propterea exoritur debeat, præfatus Carolus Pipini filius, qui fuit Rex secunda stirpe Caroli Martelli, post jam extinctam primam Pharamundi, sive Glodovei, leges edidit sub nomine Capitularium, ut historici fortè melius, quàm Juristæ observant.
 Germani similiter illustres familias cum hujusmodi pactis, & consuetudinibus, etiam Imperiali approbatione roboratis, in successionebus regulant, ut videre est in integr. tract. Nicolai Boetii de pact. famil. illustr. & Philip. Knipschild. de fideicom. famil. nobil. c. 8. n. 206.
 Longobardi, sive alii feudorum introductores idem statuerunt in feudis, ut in lib. 1. feudor. tit. 8. de success. feudor. In aliis autem bonis, quod filia habere non possent nisi tertiam partem, fancivit Luitprandus in leg. Longobard. lib. 2. tit. 20. l. 2. quam refert Tholosan. d. lib. 45. cap. 4. nu. 2. & latè Albert. Brun. ad statut. quod stant. mascul. art. 2. n. 4. & 5.
 Nivernensis Comitatus easdem leges super fœminarum exclusionem observat Chassan. ad consuet. Burgund. dist. rubr. 7. §. 12. in princ. Tholosan. ubi proxime n. 5.
 Parisiis, & in aliis Galliarum Urbibus similes consuetudines, & statuta particularia vigere testatur Gulielm. de Bened. in c. Raynuius verb. duas habens n. 126. de testam. Ripuarii fœminas propter masculos excludebant, ut in tit. 57. §. 3. pag. 460. apud Lindembrog. in Cod. l. antiquar. ibi: *Quovis virilis sexus extiterit, fœmina in hereditatem Avaticam non succedat, & notant Rolbag. ubi supra num. 32. Paganin. d. tract. c. 6.*
 Saxones in propriis legibus idem registrarunt, ut in c. 38. ibi: *Pater aut mater defuncti filii, non filia hereditatem relinquunt, ad relata per Pagan. ubi supra c. 6. Rolbag. ubi supra in preclud. n. 32. Lindembrog. in C. l. tit. 56. §. 3. pag. 460. Tholosan. mox citatus n. 7.*
 Trigurini demum idem à suis populis observandum determinarunt, ut refert Lindembrog. in C. l. antiq. tit. 6. §. 1. pag. 473.
 Ex quibus, & aliis, quæ per minus occupatum de facili poterunt in majori copia perquiri, liquet ad evidentiam, quod iste sit mos universalis, non solum Italicæ regionis, sed ceterorum Populorum, qui cum legibus vivunt, quodq; malè illi primi Interpretes, qui fuerunt in enunciatio duodecimo seculo, imò qui sequuta fuit præmissa casualis legum civilium inventio, receperunt dictum Jus novissimum conditum in Græcia, Romanorum, & Italarum, aliarumque gentium legibus, & moribus contrarium, ut supra.
 a Ex relat. dec. 101. part. 10. recent. cum aliis disc. 83. n. 3. de Regal.
 b Conf. 28. ex iis. quæ habentur per Mandos. ad Roman. ubi supra Rot. apud Buratt. dec. 322. nu. 11. & seq. cum aliis latè collectis per Aden. ad d. c. 378. p. 4. tom. 2. Rec. & insinuat. d. disc. 83. de Regal. n. 4. & disc. 39. n. 13. de alienat. & contradi. prohib.
 c præfertim sub tit. de Judic. disc. 35. n. 20. & seq. & sub tit. de legit. disc. 10. & alibi.
 d In l. quicumque n. 13. C. de serv. fugit.
 e Disc. 35. de judic. n. 20. & seq. & alibi.
 f Disc. 1. de servit. disc. 161. de regal. ac etiam infra in §. seq.
 g Ut advertitur Pergrin. conf. 63. n. 5. & seq. lib. 1. & decif. 1. Patavin. Surd. conf. 560. n. 5. & 6. Thesaur. jun. lib. 2. q. 49. in fin. & alii.
 h Disc. 3. de feud. & alibi.
 i Eodem disc. 35. de judic. ex num. 20.
 l Dicto disc. 35. de judic. n. 29. & alibi pluries.
 m In d. disc. 39. de alienat. & contradi. prohibiti.
 n Disc. 190. de regal.
 o Sub tit. de feud. disc. 74. & seq. ac etiam alibi insinuat.
 p Sub tit. de jurisd. disc. 89. & sub tit. de jud. disc. 13. n. 50.
 q Disc. 35. de jud. & de dot. disc. 22. & 143. & alibi sæpius.
 r Sub tit. de regal. disc. 72. & 94. tit. de jurisd. disc. 53. tit. de servit. disc. 35. in relat. Curia, agendo de dictis Tribunalibus disc. 34. 36. & seq. & alibi.
 s Disc. 1. de præmin. disc. 145. de benefic. ac etiam in relat. Curia disc. 13. agendo de Vicario Urbis.
 t d. disc. 72. n. 9. de regal. & in Relatione Curia disc. 37. nu. 19. agendo de Senatore, & de Foro Capitolino.
 u Disc. 20. de success. ab intest. disc. 2. & seq. de legit. ejusque particula est in fine operis impressa in ord. la 180.
 x Disc. 155. de dot. n. 16. & quando dos succedat loco legitima disc. 1. & 5. de legitim.
 y Disc. 52. de testam.

z Ut advertitur in Acernen. sub tit. de jurisd. disc. 24.
 aa De quibus agitur in tit. de success. disc. 5. n. 13. & 22.
 bb Præfertim disc. 2. de feud. disc. 39. de alienat. & contradi. prohibiti. & alibi.
 cc Enunciat. disc. 80. de regal. disc. 89. de jurisd. disc. 39. de præminenti. & alibi.
 dd Bonden. colluctat. legal. 28. n. 64. Coccin. dec. 2. 141. n. 12.
 ee Ex deductis disc. 39. de alienat. & contradi. prohibiti. Disc. 1. de feud.
 ff Disc. 1. de feud.
 gg Juxta seriem, de qua disc. 1. de præminenti.
 hh De feud. disc. 83. ex num. 10. in tit. de præminenti. disc. 29. de jurisd. disc. 90. & in opusculo de Principe cap. 8. & alibi.
 ii Ut advertitur eodem disc. 1. de feud.
 ll Ut advertitur disc. 93. de feud. disc. 2. de donation. & alibi sæpius.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Compertum verò sit, quod nonnullæ Doctorem & Tribunalium interpretationes, ac limitationes, vel restrictiones præmissam finem à populis, juxta eorum, ac regionis antiquas, & continuatos mores impediunt, præfataque leges, ac provisiones penè inanes reddunt, sive frequentes producant lites, perturbaciones, incommoda, & dispendia, adeò ut quandoque expediat potiùs non deferri, nec aperiri successione beneficium, quod ita in maleficium propriæque assis jacturam convertitur.

ARGUMENTUM.

Quales essent antiqui, & mediæ mores Romanorum, & Italarum in hac successione materia, & de varietate legum eorumdem Romanorum, seu civilium in eadem materia, & de historia legali.

SUMMARIUM.

- 1 In Italia sunt communia hæc statuta.
- 2 De probatione, quod antiqui mores Romanorum, & Italarum essent conformes his statutis.
- 3 De Sacra Scriptura idem disponente, & de moribus Hebræorum.
- 4 De legibus duodecim Tabularum, quas Romani à Græcis habuerunt, & quando.
- 5 De lege Voconia inmovante leges duodecim tabularum, favore agnationis.
- 6 De novissimo jure Justiniani, dictæ legis Voconia innovatio.
- 7 De eadem lege Voconia.
- 8 Cum quibus auctoritatibus in prædictis Romanorum legibus distinguendis procedendum sit.
- 9 De successione adoptivorum.
- 10 De successione patris, & matris, aliorumque ascendentium.
- 11 De historia legali.
- 12 De legibus Longobardorum.
- 13 De introductione, & usu feudorum, eorumque successione.
- 14 De inventione, & receptione legum civilium.
- 15 De ordinatione Statutorum, & quare.
- 16 Ex qua auctoritate leges civiles attendantur.
- 17 De præsupposito, seu de ratione, ob quam statutis multæ restrictiones date fuerunt.
- 18 De utraque copulativa subjectione necessaria personarum, & de bonorum situatione.
- 19 Quid de bonis in territorio de directo dominio Ecclesiarum.
- 20 De subjectione personarum.
- 21 De casu mixto personæ non exclusæ, quæ sit in medio.
- 22 De aliis restrictionibus statutorum.
- 23 De litibus, quas dictæ restrictiones producant.
- 24 De dote reservata fœminis exclusis.
- 25 Quare dictæ questiones formiter non disputentur, & ubi de illis videndum.

§. III.

EX insinuatibus cum aliqua, non tamen vitiosa, nec inutili, sed proficua, & misteriosa, fortèque necessaria prolixitate in §. præcedenti, liquet quod per universam Italiam, magis vero in hoc Principatu penè communia, & univer-

salia sunt hujusmodi statuta, tendentia ad finem conseruationis bonorum in agnationibus; unde propterea verificatur id, quod in nostra Constitutione dicitur, tales esse regionis, & populorum mores, quibus proinde contrariatur illarum restrictiones, ac limitationes, per quas, cessantibus statutis, reuersio fiat ad jus commune, quod potius dictis moribus aduertatur.

Ad probandum verò id, quod in eadem Constitutione dicitur, quod præfati mores sunt antiqui, connaturales, & continuati, in discursu ejusdem Congregationis præparatorio, ad removendas difficultates in contrarium fortiter excitatas, ut in præfatione animadvertitur, rem aliud examinandam, advertebam, quod quidquid fit de magis antiquis nostræ Italiæ, & præsertim istarum rationum legibus, & moribus, antequam Romanus Populus esset in rerum natura, cum desuper nullas habeamus historias, & traditiones, unde propterea res est in ambiguo: tamen in ea potius esse dem moribus, agnationi favorabilibus, verisimilitudo asseritur videtur, ob illam omnium antiquiorem in dictis temporibus jam extantem historiam Sacræ paginæ veteris Testamenti Numer. cap. 3. 27. & 36. ex qua liquet de eisdem Judaici populi moribus pro conseruatione bonorum in agnationibus, & familiis, n. Quod etiam in eisdem antiquis temporibus, aliis quoque populis, & nationibus esse commune magna docet verisimilitudo, ex quodam naturali instinctu, quoad id homines ubique impelli videntur, ut in §. antecedenti etiam animadvertimus est.

Ubi verò more Juristarum ad solas Romanorum leges, & mores nos restringere deberemus, quasi quod ob dominationem, quam isti in toto pene Orbe habuerunt, & ob leges, quas eidem Orbi tradiderunt, ab eis in successivis, ac hodiernis temporibus norma capienda sit, ponderabam, quod licet in primis istius nascentis Reipublicæ temporibus, quando Romanus populus, adhuc sub Regum dominatione, exiguis, barbarus, & litterarum ignarus erat, lege obtinere cura veritatis in Græcis, tunc in re litteraria florentibus, fereque ab illis, qui in ipsam Italiam erant in illa Calabria parte, quæ propterea Magnæ Græciæ nomen sortita fuit; exindeque juxta historias, vel fabellas, quas nostri majores, non abique varietate, & simplicitate narrant, prodierint leges duodecim tabularum, per quas, vel juxta ipsorum Græcorum tunc vigentes mores, vel ex ejusdem Romani Populi tunc barbari simplicitate, quamvis in aliquibus adhuc deterior per eos facta esset conditio fœminarum, & cognatorum, in plerisque tamen editio fuit æqualis. Nihilominus expulsi postea Regibus, quorum dominatio, antequam barbarie adhuc forte perseverante, à Romulo conditore usque ad Tarquinium Superbum; spatio annorum 240. circiter duravit, atque populo libertatem vindicante, & in Reipublicæ statu constituto, cum exinde nimium in armis, & litteris crevisset, ac profecisset, sub Voconio Plebis Tribuno, consulente, ad perorante Marco Catione Censorio ad annos circiter 140. juxta unam sententiam, & 200. circiter, juxta alteram, agnoscendo quàm Reipublicæ, & populo proficuum, & opportunum esset, bona in masculis de familia, & agnatione conseruari, exclusis fœminis, & cognatis, prodit Plebisfuit, cui leges Voconie nomen attributum est, per quod, correctæ præfata lege duodecim tabularum, exclusio fœminarum, & cognatorum, favore masculorum, & agnationis, statuta fuit, atque cum hac lege continuatum fuit usquequò per spatium quinque circiter sæculorum in ipsa Urbe Roma, & in Italia Romano Imperio sedem habuit. Postquam verò Constantinus Primus, qui Magnus nuncupatur, eadem sedem transtulit in Thraciam, seu Græciam, eamque fixit in Bizantina, seu Constantinopolitana Civitate, alià nova Roma nuncupata, adhuc spatio aliorum duorum circiter sæculorum, quibusdam modicis exceptis alterationibus, cum eisdem legibus, eisdemque moribus continuatum fuit usque ad Imperium Justiniani, sequutum circa initia sexti sæculi, de anno scilicet 510. deindeque ad quindecim, vel viginti circiter Imperii anno doctus quidem, & ingenio eminens, callidissimus autem aulicus Tribonianus, ut dominatrici Theodoræ adularetur, res notabiliter alterare cepit ad favorem fœminarum, & cognatorum, cum magna sanè varietate, prout de illo Historicis dicere solent, quod, modo leges figebat, modo verò refegabat; unde propterea iniquissimi attributum; ex communi eorumdem Historicorum testimonio, reportavit, ut patet ex Institutionibus, & ex aliquibus constitutionibus registratis in secundo, seu ultimo Codice Justiniano, quem ob primi amissionem habemus; Ac demum in illo jure, quod, Novellaram, seu

Authenticorum dicitur, & quod per nostros communiter novissimum appellatur, toto levato velo, generalis sequuta est dicti prioris juris Romanorum correctio, & abolitio, tollendo penitus differentiã sexus, & agnationis, & cognationis, ac etiam ascendentiũ, & collateralium, statuendo illum succedendi ordinem, quem, attenta juris currentis communis dispositione, in praxi receptum hodie habemus.

Et quamvis aliqui, antiquæ eruditionis potius; quàm practicæ jurisprudentiæ professores, præfatio nostro præparatorio discursui censuram facientes, magis quàm rei, ac materiæ veritatem inquirentes, magnam vim in eo constituerent, quòd lex Voconia fœminas generaliter, & absolutè excluderet, sed solum ab hæreditatibus opulentibus, censum centum millium excedentibus b ponderando adversus encomium Sixti Cecilii, apud Gellium, ad favorem dictæ legis, contrarium oburgationem D. Augustini, qui eam iniquam dicit; ac pariter cum aliquorum antiquariorum auctoritate ponderant, quòd etiam antè Justinianum, imò antè dictam translationem Romani Imperii in Græciam, sub Imperatore Hadriano dicta lex Voconia, vel abolita, vel in magna parte moderata fuisset, nimium quoque elaborando in temporibus, in quibus per Justinianum conditæ fuerint Novellæ, sive Authentica, in quibus jus novissimum consistere dicitur, & an vivente Theodora, vel potius post ejus mortem, & an per solum jus Authenticorum, vel etiam per alias ejusdem Imperatoris constitutiones, in Codice registratis, exclusio fœminarum correctioem, vel moderationem recepit. Advertebam tamen istas, aliaq; similes considerationes, dignas quidem esse, ut in academicis discursibus deducerentur, ad ostendendum antiquitatum eruditionem, nil autem facere ad rem nostram, dum non cum Historicorum, & Antiquariorum sensibus, & opinionibus, adeo inter se variis, in practico foro pro justitia administranda, & causis decidendis, procedendum est, sed cum illa legali serie certa, & authentica, utpotè eorumdem temporum, in quibus illa legum civilium compilatio, quam habemus, sequuta est, & per eosdem compilatores, in Institutionibus scilicet in tit. de legitima agnatorum successione. Tunc enim in præfati temporis veritate immorandum est, quando illud est de substantia, adeo ut ex unius, vel alterius temporis varietate notabilis effectus, vel rerum alteratio sequatur, sed ubi talis effectus non resultat, tunc nil id refert, ut habemus in varietate, quæ in testibus in tempore dignoscatur, adeo ut inutile studium censendum sit illud Chronologifitum in hoc adeo elaborantium, quando aliquis proficius effectus exinde non sequatur, ut in præfati, quoniam, an in uno, vel alio anno Imperii Justiniani, & an antè, vel post mortem Theodoræ id sequutum sit, nil refert, cum sufficiat verificari substantiam, ut sub Justiniano per jus novissimum id factum sit.

Et ulterius, si quæ dictæ legis Voconie moderatio sequuta fuit ante Justinianum ex aliquibus Imperialibus constitutionibus in Codice registratis, id pariter contigit post dictam translationem Imperii in Græciam, idèque juxta Græcorum potius, quàm Italorum mores sequutum fuit, dum illæ leges, quæ Imperio adhuc in Urbe sedem habente, latæ fuerunt, consistunt, in responsis Jurisconsultorum registratis inter Pandectas sub eod. tit. de legit. agnatorum successione, in quibus agnatorum solum est jus intestatæ successione, cum ea differentia inter illa, & nostra tempora, quòd non solum agnati per naturam, & per veritatem, sed etiam per arrogationem, vel adoptionem ad successionem admittentur, ex iis, quæ de successione adoptivorum habentur in sua Sede. c. Ac etiam quia moderationes dictæ antiquæ legis Voconie, ad favorem fœminarum, respiciunt solum filias, vel ad summum sorores, nullatenus autem reliquos cognatos, multò verò minùs matrem, & ascendentes per latus maternum, imò neque patrem, vel avum paternum, quoniam in istis non dabatur jus successorium, sed potius vindictio bonorum jure peculii, dum introductio peculiorum, atque admissio patris, aliorumque ascendentiũ cum matre, aliisque lateris materni ascendentiibus, & cum fratribus, eorumque filiis, & cum distinctione inter utrinque conjunctos, & illos, qui ex uno tantum lateris conjuncti essent, sequuta sunt sub dicto Justiniano, & ex ejus legibus, sive novæ, sive novissimæ dicendæ sint. Ideoque firmum remanet, quod antiqui Romanorum, & Italorum mores essent conformes illis modernis, quos statuta docent, dum immutatio ordinis successorii agnati in Græcia, non autem in Italia sequuta est.

Et quod magis considerandum venit, præfata Græcorum immutatio nullam induxit in Italiam antiquorum morum, & legum.

legum immutationem, quoniam, ut habetur in historia legali, frequenter quidem, sed semper utiliter, & opportunè repetita de tempore, quòd sub prædicto Imperatore Justiniano præfata leges conditæ, & respectivè compilatæ fuerunt circa dicta initia sexti sæculi, Imperialis potestas, & dominatio in Urbe, & in Italia jam penè annihilata erat, ob intermedias incurfiones, & dominationes Gothorum, Vandalorum, Herulorum, aliarumque nationum, sub quarum imperio qualis fuerit successioem ordo incertam est, dum earum leges non habemus; probabilis tamen est continuatio antiquarum legum, & morum, ob eandem subsequutam diuturnam continuationem sub Longobardis, ut infra, ad regula, quod positus extremæ media præsumuntur, & ex altera regula, quod innovatio in dubio non præsumitur, nisi probetur. Et quamvis sub eodem Justiniano, qui quoad ejus mores, & virtutes non multum à scriptoribus commendatur, ab eisdem verò fortunatissimus reputatur in eo, quod habuerit exitios viros in armis, & litteris, ejus ministerio addictos. In armis nempe, quia eis mediantibus Gothorum, tunc in Italia dominantium, vel totalis, vel notabilis expulsio facta fuerit, Roma præsertim recuperata, mediante opera ejus Illustrium Ducum Bellisarii, & Narsetis, adeo Imperialis potestas jam perditã, in aliqua parte restituta fuerit: Et in litteris, quia cum ejus insignium Jurisconsultorum Tribonianus, Theophilus, & Dorothei opera sequuta sit reformatio, & editio corporis Juris Civiles, quod ejus nomini adeo singulariter peperit celebratum. Nihilominus cum tam dictæ compilationes legum, quam isti felices bellorum eventus, potius circa finem, quam circa initia Imperii contigerint, incertum est, an præfata leges juxta illam compilationem, & editionem, præsertim verò dictæ Novellæ Constitutiones, sub Authenticorum vocabulo explicatæ, continent illud jus novissimum, per quod omni-modi antiqui successorii ordinis immutatio facta fuit, in Italiam venerunt, ibique receptæ, practicæ fuerint, dum nullum desuper habemus concludens testimonium, atque probabilior est negativa, vel quod si venerunt, & publicatæ fuerunt, non tamen receptæ, & practicæ, ob nimium brevem dicti restituti, seu recuperati Imperii durationem, dum sequuta morte Justiniani, sub Justino ejus filio, opera ejusdem Narsetis, ob muliebrem imprudentiam indignati, ista Provincia occupata fuit per Longobardos, qui ejus longam plurium sæculorum habuerunt dominationem enarratam per Carol. Sigon. de Regno Italiæ, aliisque Historicis; itique leges conderunt, quæ adhuc habentur impressæ, & registratæ in corpore dicti juris civilis, post volumen Authenticorum, & Institutionum, & quarum alicque reliquæ adhuc vigent in quibusdam Provinciis Regni Neapolitani f. adeo ut à duobus sæculis citrà istud esset jus commune in Regno Neapolis q. prædictarum verò legum civilium, seu Romanorum nulla habebatur notitia, atque spatio plurium sæculorum perierat memoria, dum solum per manus eruditorum, quorum nimium raruserat usus, circumferri solebant quædam fragmenta, quæ habentur collecta per Gratian. in Decreto. Diciturque Longobardorum legibus attentis, idem fuit successioem ordo in agnatis masculis, pro conseruatione bonorum in familiis, exclusis fœminis, & cognatis; idèque in antiquis moribus Romanorum continuatum fuit. Cumque, sive sub eisdem Longobardis, juxta unam opinionem, sive juxta alteram sub Germanis, vel Franchis, occasione adventus in Italiam Pipini, & Caroli Magni, aliorumque ejus successorum in moderno Imperio Occidentis, introductus esset usus feudorum; quorum proinde duas naturas, vel species habemus, unam, quæ dicitur Juris Longobardorum, & alteram, quæ dicitur Juris Francorum b adhuc idem inductus fuit ordo successioem in masculis agnatis exclusis fœminis, & cognatis, ut eod. tit. de feud. frequenter advertitur; & sic de continuatione hujusmodi antiquorum morum usque ad sæculum duodecimum, in quo dictarum legum civilium casualis inventio sequuta fuit, juxta dictam historiam, nullatenus videtur posse dubitari.

Postquam itaque, sequuta dicta casuali Inventione, cęperunt in eodem duodecimo, magis verò in decimotertio sæculo dictæ leges, tanquam elegantes, rationabiles, beneque ordinate recipi per populos magis, quam dictæ leges Longobardorum inelegantes, malè ordinate, & in magna parte barbaræ, & irrationabiles, adeo ut habita notitia de melioribus, afinæ appellari, & reputari cęperint; Compertum verò fit, quod antiquæ, & veræ leges Romanorum contentæ in Pandectis, quæ depromptæ fuerant ex

Romanorum Jurisconsultorum responsis, essent quidem in hac materia successioem adaptatæ ipsorum antiquitatis atque ut supra connaturalibus, & continuatis moribus: eis autem non congruerent, sed potius adversæ essent modernæ leges Græcorum potius, quàm Romanorum; Hinc iidem populi paulatim, unis aliorum vestigia, & exempla insequentibus, solliciti fuerunt sibi condere istas particulas, & statutarias leges, quæ revera, attenta dicta serie, non continent immutationem, & correctionem antiqui juris communis jam vigentis, recepti, & obligatorii, ut leguleicum vulgus ineptè putat, sed ut locis mox citatis advertitur i potius continet declarationem voluntatis non acceptandi in hac parte dictas leges, novissimas sed continuandi cum legibus, & moribus tandi usque receptis; dum dictæ leges civiles non ex Justiniani legislatoris, sed ex voluntaria populorum receptione, & usu, & ex Principum permissione legum vim habent, in hoc verò Principatu forte singulariter dictam vim habent ex dispositione expressa juris Pontificii in cap. 1. de nob. oper. nunciat. ut in casibus, in quibus Canones non disponunt, attendi debeant; Ideoque ex his liquidò constat, bene, ac fundatè in nostra Constitutione dici, quod Doctorum, & Tribunalium restrictiones, vel interpretationes, & limitationes, per quas, cessante statutaria dispositione, reuersio fit ad præfatum novissimum jus Græcorum, adversantur populorum antiquis, & naturalibus moribus.

Interpretationes autem, legum restrictiones, & limitationes in eadem Constitutione enunciatæ, atque per eam de medio sublatæ, multæ sunt ex eodem principio, seu præsupposito manantes, quod immutatio dispositionis juris communis proveniat à sola potestate, vel jurisdictione statuentium; isto namque retento præsupposito inferitur necessariam esse copulativè utramque subjectionem dictæ jurisdictioni, & potestati statuentium, tam personarum, inter quas est contentio successioem, quàm etiam bonorum, in quibus est succedendum; idque adeo rigorosè præcipitur, ut negetur unio, seu combinatio statutorum diversorum locorum, quæ concordent, idemque disponant; statuti scilicet personarum, & alterius bonorum, ac propterea quavis omnes personæ, contententes sint ejusdem loci, & statuentium jurisdictioni, ac potestati subiacent, non tamen statutaria dispositio attenditur, & operatur in bonis sitis extrà ejus territorium, ultra quod jurisdictioni non extenditur; exindeque resultant magnæ, & involutæ quæstiones super qualitate bonorum, de quorum successione agitur ad dignoscendum eorum situationem; & quænam loco circumferantur, atque in eis cadat situatio, & quæ loco non circumferantur, sed sequantur personam, quod præsertim disputari contingit in illis bonis, quæ tertiam constitunt speciem, quia neque vera mobilia, neque vera stabilia sunt, ut e.g. sunt census consignativi ad formam Bullæ Pii V. super fundis stabilibus, & fructiferis, ac etiam sunt jura, quæ habentur cum Principe, vel Republica, quæ in Urbe loca montia dicuntur alibi verò fiscalia, vel redditus super arrendamentis, aut jura cum Rege, cum similibus vocabulis in idem tendentibus; nec non eadem quæstio cadere solet iuris, & actionibus, an regulentur à natura bonorum, ad quæ competunt, cum similibus. Quinimò data etiam situatione in loco per veritatem, & proprietatem, ut in veris stabilibus, ac rebus soli contingit, adhuc intrat dubitatio respectu illorum bonorum, quæ sint de directo dominio Ecclesiasticum, vel personarum Ecclesiasticarum, dictæ jurisdictioni, & potestati statuentium non subiectarum, possidentium tamen per sæculares, inter quos contentio fit super solo dominio utili, vel subalterno jure feudi, vel emphyteusis, seu livelli, vel perpetuæ locationis, a bisque eo, quod Ecclesia sit in causa, vel quod aliquod patiarum præjudicium, dum occasione agendi de Ægidiana firmatum est, ut etiam ista bona habeant exemptionem à legibus laicalibus. l.

Et quoad personas, non solum requiritur subiectio in personis contententibus de successione, unde propterea fœminæ, vel cognati alias exclusi admitti debeant, si sint clerici, vel religiosi, aut moniales; sed etiam attendi debeat persona defuncti, de cujus successione agitur, quod si esset clericus, vel alias persona Ecclesiastica, quamvis illi, qui supersunt, atque de successione contentendū sit sæculares, & subditi statuto, adhuc tamen istud intrare non debeat ratione exemptionis defuncti. Quare dicebam, quod fit exemptio à jurisdictione, & potestate statuentium indefinitè attendenda est, idem dici deberet ubi defunctus, vel succedentes essent laici, sed accidentaliter exempti à jurisdictione, & pote-

potestate illius Communitatis, vel Domini loci statuentis, puta quia sint familiares Episcoporum, vel Cardinalium, aut Ministri, familiares, & patentati Sancti Officii, vel Fabricæ S. Petri, & similes, aut quod essent milites exemptione fori gaudentes, cum similibus exemptionibus.

21 Et ulterius his etiam omnibus exemptionibus cessantibus, adeo verificaretur, absque controversia personarum, & bonorum subiectio, & comprehensio, quod nimirum rarum, & difficile est ad proximam reduci, adhuc tamen alia datur restrictio, ratione mixturæ personarum non exclusæ in medio existentis, qualis ut plurimum est mater, tunc enim ipsa persona inducit casum mixtum, & per consequens cessare facit statutariam dispositionem, ut propterea reuervo fiat ad ius commune, non solum in gratiam personarum non exclusarum in medio existentis, quæ mixturam facit, sed etiam si ipsa persona non possit, vel nolit succedere, adeo ut personis exclusis locus fiat. Ac etiam ut statuta disponantia de successione morientium ab intestato non procedant in successione ab intestato, & a feminarum, & cognatorum exclusio sit simplex, & perpetua, vel potius temporanea, & causativa, donec extant masculi agnati, quibus deficientibus detur personis exclusis reintegratio, cum similibus restrictionibus, seu veris superstitioibus, inter quas illa est, ut eadem statuta ad literam, & in casibus, in quibus expressè disponunt, attendi debeant, prohibita quacumque extensione, quamvis rationis identitas, vel maioritas urgeat, & quamvis aliquod absurdum dignoscatur, ut præsertim contingit in casu, in quo maioris remaneat potentia causatum, quam causa, cum similibus unde liquet rectè verificari id, quod in textu dicitur, quod ita penè inanes remanent huiusmodi leges.

22 Ac etiam verificatur id, quod ibidem dicitur, ut frequentes producant lites, perturbaciones, & incommoda, adeo ut successione beneficium in maleficium potius, proprii que assis jacturam, & dispersionem convertatur, dum eadem restrictiones, ac interpretationes non sunt pacificæ, sed inter Doctores controversæ, variis varia de more sententibus, iisdemque Tribunalibus modo uni, modo alteri adherentibus opinioni, quod ansam, & fomentum tribuit litibus, acerrimè, & obstinatè litem, cum domorum, & familiarum exterminio, ut frequenter sum expertus.

23 Neque in his desunt quæstiones, dum posita etiam pacifica operatione statutorum in iure succedendi, adhuc tamen alia super sunt in volutæ quæstiones, circa dotem, que per eadem statuta feminis exclusis attribuitur, & reservatur, an scilicet illa succedat, nec ne loco legitimæ, tam circa quantitatem legitimæ proportionatam, quam circa privilegia transmissionis, & fructuum, & alia, & an unica dos sufficiat pro exclusione ab omnibus successioneibus, quas deferri contingat, vel potius tot esse debeant dotes, quot sunt successiones, & hæreditates. Ac etiam an feminæ exclusæ, & dotatæ faciant numerum, & partem, & ad cuius favorem, & unde illarum dos detrahi debeat, cum similibus.

24 Super his autem, aliisque similibus quæstionibus voluminosus tractatus de facili compilari posset, illas distinctè, ac singillatim disputando ad partes, inanis verò iste labor censendus esset reprehensione dignus in his adnotationibus, dum per nostram Constitutionem, si non in totum, saltem in magna parte abolitæ fuerunt, atque tunc opportuna esset earum formalis disputatio, quando, ut aliqui iustitiæ zelatores optabant, Constitutio processisset per viam declarationis, unam potius, quam alteram canonizando opinionem super dictarum restrictionum, & interpretationum improbabilitate; sed quoniam visum non est ex prudentialibus, iustisque motivis per hanc viam ambulare, ut advertitur infra in §. VII. Idcirco tale opus, tanquam superfluum, atque viro nimium occupato incongruum negligitur, qui verò cupit super dictis quæstionibus in earum notabili parte sibi satisfacere, videre poterit in Theatro n in locis in quibus ex professo de his agit, in aliis verò sparsim, & incidenter, atque ita melius dignoscet, quantum ista Constitutio proficiat, & opportuna, imò necessaria fuerit.

25 a Ut advertitur Richter in authentico in success. c. de suis, & legit. n. 110. in fin. & segg. 70. Selden de success. ad l. l. Hebræorum c. 23. Menoch. de Republ. Hebræorum l. 5. c. 9. n. 3. b Ex relatis per Alciat. in Parerg. jur. lib. 5. cap. 23. Zas. in cathal. legum antiquar. tit. lex Voconia, & Leonard. d. Quæ in Comment. ad S. August. de Civit. Dei lib. 3. cap. 21. c Disc. 53. de successione. d Ut advertitur præsertim disc. 1. 5. de success. ab intestat. & alibi. c. disc. 1. de servit. & in ejus annotationib. disc. 161.

de regal. disc. 1. de success. ab intest. & alibi. f Ut patet ex commentariis Maxilla ad consuetudines Bavenenses, & ex deductis per modernum earumdem legum defensorum Anichin. de prævention. atque aliquid de illis insinuat sub tit. de dot. disc. 105. & eod. disc. 1. de Serv. g d. disc. 1. de servit. h sub tit. de feudis disc. 8. & seg. i d. disc. 1. de servit. & disc. 1. de successione. ab intestat.

l De iudiciis disc. 37. & alibi, & in specie ad effectum huiusmodi statutorum dec. 136. & dec. 274. coram Bich. & dec. 170. coram Otibob. & dec. 89. par. 10. rec. m de prædictis, & aliis restrictionibus tot. tit. de success. ab intest. in Theatro. n In titulis de success. ab intestat. de legit. & de dote.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Unde propterea iidem populi præfati nostri Status Ecclesiastici tam immediati, quam mediati Italiae apud Nos eorum voluntatem, ac desiderium explicantes, preces porrexerunt ut desuper opportune providere dignemur, præfortumque statutorum, ac legum, seu provisionum, generalem, ac indefinitam observantiam, prout jacent, & disponunt, demandemus, quibuscumque Doctorem, & Tribunalium reiectis interpretationibus, adeo ut universalis, ac uniformis in quolibet loco sit ordo succedendi, ad propriorum respectivè Statutorum, & legum normam seu præscriptum.

ARGUMENTUM.

An, & quando consensus populorum in legibus sit necessarius, & exquiri debeat.

SUMMARIUM.

- 1 Qualis sit Status Ecclesiasticus, de quo Constitutio loquitur.
2 De consensu populorum, & an laudabile sit illum requisitum esse, & ad quem effectum.
3 Principi non informato est replicandum.
4 Cujus populi sensus exquiri debeat.
5 De inimicitia inter Curiam, & Principatum.
6 Qualis Princeps commendatione sit dignus.
7 De odio virtuoso, & commendabili, & de amore vitioso & damnabili.

§. IV.

Quales sint enunciati Populi Status Ecclesiastici Italiae, tam immediati, quam mediati, & de qua mediatione loqui, atque disponere soleant Apostolicæ Constitutiones, aliaque provisiones, jam dictum est supra in §. I. & 2. in quorum posteriori idem Status distinctè describitur: pro immediatis intelligendo de locis nulli Baronali, vel Domicellariæ jurisdictioni, & potestati subiectis, atque sub Papæ, ejusque Governatorum, & Officialium immediato regimine existentibus; de mediatis verò in illis, qui sunt sub regimine Baronum, & Domicellorum, habentium solum qualitatem, & jurisdictionem Baronalem sub omni moda superioritate, atque cum libero subditorum recurru ad ipsum Papam, ejusque Officiales, & Tribunalia per viam appellationis, vel recursus, & querelæ, non autem de illa mediatione magis remota, quæ verificatur in feudis majoribus veræ dignitatis cum Regalibus, & iure Principatus, in quibus, excepto alto, seu altissimo dominio, exceptis que aliis iuribus concernentibus feudalitatem, in reliquis omnimoda jurisdictione, & administratio est penes feudatarium in figura supremi Principis.

Quamvis autem aliquis non laudaverit istam diligentiam exquirendi consensum, & voluntatem, populorum subditorum, eo quia ille populorum consensus, qui per jus civile desideratur in legibus condendis, tanquam unum ex requisitis necessariis, ut lex valida, perfecta, & obligatoria sit a non requiratur in legibus Papalibus, eo quia Papa non recognoscit potestatem à Populo, sicuti recognoscunt alii Principes sæculares, sed immediate à Deo, unde propterea adversus ejus leges allegari non potest non usus, vel usus contrarius, qui in aliis legibus allegari potest à Nihilominus dicebam, quod ista obiectio, vel dubitatio non applicatur, quoniam requisitus non fuit per ipsum Principem

sensus, vel voluntas populorum, tanquam consensus, qui necessarius reputaretur ad validitatem, & perfectionem legis, quasi quod sine ipso lex condi non potuerit, nec debuerit, dum in hoc etiam quoad alios Principes defendendum est stylo, vel consuetudini, sed (ut in præfatione advertitur) ita fuit mea diligentia, & opportuna cautela ad percurrandum populorum sensum, & desiderium ipsi Principi insinuandum, illumque de eo informandum, ut consultus, & maturius determinaret, an expediret huiusmodi legem condere, necne. Siquidem licet, penè in omnibus Principatibus, ex consuetudine, in legibus condendis, aliisque provisionibus faciendis (ut praxis docet) consensus populorum non reputetur necessarius ad eorum perfectionem, & validitatem, sed eo ipso quod publicantur, obligant, & præsertim docet inconcussa praxis istius Principatus, etiam in temporalibus; Tamen valdè laudabile, ac prudens consilium est, ut Princeps quando vult condere aliquam legem, quæ concernat interesse, & commodum, vel incommodum populorum, curet se informare de eorumdem populorum sensibus magis communibus, ne alias procedendo non informatus, atque agnoscendo postea legis impracticabilitatem, vel inconvenientiam, cogatur eam revocare, dum sæpius Princeps non informatus facere solet ea, quæ non merentur executionem, sed potius retractionem, ideòque, ubi sit absens à loco executionis, licitum est ejus Magistratibus, & Officialibus degenerare executionem, ad effectum illud informandi, pluries etiam replicando.

In hoc autem sensu exquirendo præbendæ non sunt aures populo, tam alto, quam infimo, vel medio Metropolitanicæ, vel residentialis Civitatis Principis, ejusque Curia, quoniam ut pluries insinuat in dicto opusculo de Principe, ac etiam in particulari discursu ejusdem Italici idiomatis edito super inimicitia inter Curiam, & Principatum, in quo cum multis argumentis, & practicis exemplis concludenter, & ad evidentiam probatur aperta inimicitia, magnaque contrarietas, quæ dignoscitur inter Curiam, & Principatum, dum Curia principaliter cupit, querit, & commendat propria, & privata commoda, publicasque læticias, & delectationes, quæ omnia tendunt in damnum, & perniciem Principatus, ejusque populorum; ideòque, ut plurimum, fortèque semper, & absque limitatione, qui Curia placere vult, Principatui displicebit, illumque male gubernabit, & è converso qui placet Principatui, ejusque, & populorum publicas utilitates, & commoda curat, cum recta, & rigorosa justitiæ administratione pro publica quiete, & tranquillitate obtinenda, & cum diligenti, & charitativa œconomia publicorum reddituum, ac resecatione, vel suppressione damnabilium exemptionum, & privilegiorum, ut ita minor sit onera, utique parum gratus erit Curia; juxta id, quod in spiritualibus passim habemus, quod qui placere vult Deo placere non potest hominibus, & è converso; sed isto casu, & ob istam causam rectè verificatur assumptum in quodam alio meo discursu super odio virtuoso, & amore vitioso, & convincenter comprobatur, quod frequenter odium censendum est commendabile, & virtuosum, amor verò vitiosus, & damnabilis, istaque fuit præfata diligentia ratio, ut ita scilicet Princeps de Populorum voluntate, & moribus circa succedendi ordinem certus redderetur.

- a Disc. 35. de Judic. & alibi occasione agendi de Legib.
b Disc. disc. 35. de Judic. & disc. 1. de Consib. & alibi.
c Sub tit. de Regal. disc. 148. num. 3.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Hinc Nos præmissorum populorum, qui Nobis, & Apostolicæ Sedi, etiam in temporalibus, tam immediatè, quam mediatè crediti sunt, commodo, utilitati, quieti, & tranquillitati, quantum fieri potest, consulere cupientes, eorumque votis, & supplicationibus annuere volentes.

ARGUMENTUM.

Quomodo, & quando Princeps exaudire debeat preces subditorum, & an debeat esse facilis, vel difficilis ad gratias.

SUMMARIUM.

- 1 In quo sint partes boni, & veri Principis.
2 In quibus rebus Princeps audire debeat preces, & vota populorum, eisque annuere.
3 Quando benignitas, & concessio gratiarum sit compen-

dabilis, vel è converso damnabilis.
4 Damnantur gratia de delictis, & quare.
5 Quare non sufficiat remissio partis offensæ.
6 Quando causa dicatur finalis, & quando impulsiva, & de effectibus.
7 In legibus universalibus non intrat distinctio cause assignate, an sit finalis, vel impulsiva.

§. V.

Boni, & veri Principis partes explere offendit nosse Pontifex, exaudiendo preces, & vota populorum sibi commissorum, eorumque commodo, utilitati, quieti, & tranquillitati consulendo, dum, ut superius insinuat in §. I. boni Principis partes, & munus non consistunt in exigendo à populis subditis honores, obedientiam, obsequia, servitia, tributa, & onera, nil autem, vel parum cogitando ad eorumdem subditorum commoda, utilitates, quietem, & felicitatem, sed principaliter vacando propriis commodis, propriisque delectationibus, & sensualitatibus, cum istæ sint partes Tyranni, consistunt dum in eo ut more benevoli, providi, ac diligentes patrisfamilias, principaliter curet id, quod nosser zelantissimus Pontifex cupere, & curare profitetur, subditorum commoda, & utilitates propriis anteponendo.

Non tamen generaliter, ac indifferenter omnibus subditorum votis, & precibus promptæ, & apertæ debent esse aures Principis, promptaque voluntas in concedendo quicquid petitur, sed id sequi debet in iis, quæ iusta, æqua, & rationabilia sunt, atque principaliter publicam concernunt utilitatem, quæ, non curato quandoque privato præjudicio, prævalere debet, vel in iis, quæ concernunt quidem utilitatem privatam, sed absque ullo præjudicio tertii, vel Republicæ, seu publicæ utilitatis, rectèque administrationis justitiæ, non autem ubi unum, vel alterum dignoscitur præjudicium, tunc etenim illa, quam ignarum, & stultum vulgus dicit, & commendat, benignitas, & gratia, malignitas potius, iniquitas, & injustitia dicenda est; cum in concursu justitiæ, & æquitatis, vel gratiæ, prior semper attendi, & prævalere debeat, atque tunc benignitas, & gratiosa natura in Principe desideranda est, & commendari meretur, quando versatur in merè gratiosæ, absque præjudicio tertii, sub cuius nomine venit non solum alter privatus, qui de damno, & rei, vel juris sui jactura contendat, sed etiam quando nullo privato in causa existente, præjudicium sit publicum, & publicæ quietis, ut verificatur in gratiis, quæ fiunt de delictis, etiam ubi accedat remissio, vel consensus partis offensæ, quæ ita proprio jure ac præjudicio renunciet; quoniam adhuc superest altera pars offensæ longè major, & nobilior, qualis est Republica, sive publica justitia, quæ vindictata remanet, neque istius offensæ remissio admittenda est, nisi quando aliqua ad sit causa, quæ æquè publicam utilitatem, vel necessitatem concernat, ut ita publicum cum publico compenfetur, atque alias Princeps male ejus partes explere dicitur. Et quidem in hoc dignoscitur error popularis superficialium, qui solum difficultatem in aggravando delinquentes constituent in præjudicio partis offensæ, & in defectu pacis, & remissionis; quasi quod, ista concurrente, nulli fiat injuria, nullumque resultet præjudicium, ideòque locus esse debeat benignitati Principis, cui deneganti attribuitur titulus seyeri, & gratiarum inimici, non reflectendo, quod adhuc remissa per partem injuria, & offensæ privata, remanet major injuria, & offensæ justitiæ, & Republicæ pro publica quiete; Quinimodò ista ratio publicæ vindictæ non solum urget contra solum personam delinquentis pro vindicta, & punitione perpetrati criminis, & sic pro solo actu de præterito, sed magis pro futuro, & etiam respectu aliorum, qui cum severa punitione delinquentis terreantur, & arceantur à delinquendo, & è converso ne cum gratiis, & indulgentiis alii, qui malam animam, malumque genium sortiti sunt, sub spe obtinendi similes indulgentias invitentur, atque faciles reddantur ad delinquendum, ad quod advertendum est.

Misteriosè autem cumulantur plures causæ impellentes legislatorem ad hanc legem proferendam, una scilicet precum à populis porrectarum, & altera, ut subditorum commodo, utilitati, tranquillitati, & quieti consulatur ne alias legislatore ad unam causam tantum se refrigere, insurgere valeant solum Justitarum subtilitates, & superstitutiones litium productivæ, quod quando unica assignatur causa, illa dicenda sit finalis, & omnimoda, ut propterea in aliquo casu, ob ejus circumstantias, illa cessante cessare debeat lex, vel dispositio, cujus contrarium sequitur, quan-

quando plures assignantur causæ, vel rationes, quoniam juxta distinctionem frequenter in foro decantari solitam, & receptam, ex pluries insinuatibus sub tit. de renuntiatione, & alibi in hoc distinguitur causa finalis ab impulsiva, quod finalis dicitur quando est unica, impulsiva vero quando est multiplex, adeo ut una cessante, non per hoc dispositio cesset, ut prætendi potest, quando est unica, & per consequens finalis. Ultra quod hujusmodi inspectio cadere potius videtur in particularibus dispositionibus, & provisionibus percipientibus jus, & interesse privatorum; secus autem quando agitur de legibus universalibus, in quibus non de facili admittitur illarum cessatio ob cessantem rationem, juxta ea, quæ agendo de testamentis cœcorum deducuntur sub tit. de testamento disc. 18. & alibi. Id autem in hac lege, de qua agimus, dispositionem non admittit, cum intentio legislatoris fuerit generaliter, & indefinitè ita statueret, absque restrictione ad aliquam causam, & rationem, quæ ex quodam stylo, atque ad legem exornandam potius assignari videtur, juxta ea, quæ agendo de aliquibus clausulis habentur in §. sequenti.

Advertitur in sæpius citato opusculo de Principe c. 17. 21. & seq. ac etiam in Theatro in tit. de regal. disc. 148. & 177. & in aliis ubi agitur de potestate Principis tollendi jus tertii, distinguendo plures casus, ac etiam disc. 273. de fideicommo. occasione agendi de derogationibus fideicommissorum quando sint concedenda, necne.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Motu proprio, ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine, omnium, & singulorum Statutorum, Decretorum, Legum, Constitutionum, & provisionum hujusmodi in dicta nostra Urbe, & universo nostro, & Sedis Apostolicæ Statu Ecclesiasticò immediato, & mediato existentium tenores pro expressis habentes, perinde ac si de illis expressa, specialis, & individua mentio facta esset.

ARGUMENTUM.

De clausulis Motu proprio, ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & quorum tenores &c. earumque operatione, SYMMARIUM.

- 1 De clausula Motu proprio, ejusque operatione.
- 2 De clausula ex certa scientia.
- 3 De clausula de plenitudine potestatis.
- 4 De clausula quorum tenores.
- 5 Quod virtus, & operatio istarum clausularum procedat in gratiis privatis, non autem in legibus, & quare.
- 6 Quod non sit recedendum a stylo, & quare.
- 7 De eisdem clausulis, de quibus supra, & quando earum operatio intret, necne.

§. VI.

Multæ virtutes, & operationes per forenses tribui solent clausulis in isto §. contentis; illas enim singulariter expendendo: Quatenus pertinet ad clausulam motu proprio, illam præsertim facit nimium proficuum, & considerabilem operationem, quod eximit ab obligatione justificandi narrata, idque non solum influit in magis promptam, & faciliorem executionem gratiæ, vel provisionis, sed etiam quod ita eidem provisioni obijci non potest defectus subreptionis, vel obreptionis, cadente quæstione an tollat defectum intentionis, ex iis, quæ ad satietatem super ista clausula colligunt scribentes.

Super alia clausula ex certa scientia pariter iidem scribentes nimium se diffundunt. b Et de alia clausula De plenitudine potestatis agit idem c ubi per numeros 33. multa super ejus operationibus adnotat, ut etiam facit alter collector. d Prout etiam super clausula Quorum tenores multa recenset idem. e

Ad rem verò nostram, dicendum videtur istas clausulas esse superfluas, illasque adjectas fuisse potius ut stylo satisficeret; Earum etenim virtus, & operatio attendi, vel de illa disputari solet in gratiis, vel provisionibus, aliisque dispositionibus particularibus, in quibus dignoscatur privatum interesse, ac præjudicium unius, vel plurium interessatorum se opponentium, & allegantium defectum potestatis, & ad quem effectum adijci solet dicta clausula de plenitudine potestatis, per quam actus, qui sustineri non po-

rest ex potestate simplici, & ordinaria, sustineatur ex plena, & absoluta, quam aliqui Juristæ, frequentius verò Morales generaliter, ac indefinitè damnant, non reflectentes ad distinctiones desuper adhibendas, f Vel quia interessati allegarent defectum voluntatis, ratione ignorantie illorum jurium, quibus derogatur; aut quod dicitur Princeps circumventus cum alterata expressione eorum, quæ narratur tanquam causa finalis, vel impulsiva: sive ob taciturnitatem eorum, quæ si expressa fuisset, Principem retraxissent, juxta ea, quæ frequenter sub diversis materiis insinuantur, occasione agendi de nullitate gratiarum, aliarumque provisionum ex defectu obreptionis, vel subreptionis, aut defectus intentionis, vel non justificationis, narratorum, ad quos effectus adijci solent, & proficua sunt dictæ clausulæ Motu proprio, ex certa scientia de plenitudine potestatis, & quorum tenores &c.

Hæc autem omnia incongrua videntur in legibus universalibus, quæ pro bono publico, & regimine totius Principatus proferuntur, quoniam non cogitur ad jus, vel interesse aliquorum particularium, minuscule intrat præsumptio, vel suspicio circumventionis, & machinationis illorum, qui pro interesse privato gratiam, & provisionem obtinent, neque intrat defectus ignorantie illorum jurium, quæ immutantur, vel quibus derogatur, cum similibus objectis fieri solitis, & quibus error clarus est procedere cum propositionibus generalibus, vel cum littera autoritatum, cum vera dicendæ sint quæstiones voluntatis, cujus substantia ex facti circumstantiis desumi, & attendi debet, ut sæpius in Theatro. Cum enim hujusmodi leges universales ordinari solent, prævio maturo sapientum, & peritorum Ministrorum consilio, non præsumitur, nec admittitur ista ignorantia, quod præsertim in lege, de qua agitur, citra omnem dubitationem verificatur, stante facti serie enunciata in præfationem. Sed quoniam iste est stylus, idcirco error fuisset dictas clausulas omittere, tum ex regula, quod recedendum non est à solitis stylis, quando non urgeat causa, quæ ratione mali, quod producat, suadeat moderatorem; Tum etiam quia stylus Datarie, vel Cancellariæ dicitur organum, & regulator voluntatis Papæ, ut pariter in diversis materiis frequenter insinuat, & præsertim in materia beneficii, unde propterea, quando solitus non adhibetur stylus, tractu temporis id parere potest motivum dubitandi de veritate actus.

Cæterum quoad præmissas operationes hujusmodi clausularum in gratiis, & provisionibus particularibus, adhuc tamen, ut superius insinuatum est in hoc dignofici videtur clarus error Pragmaticorum procedendi firmiter cum generalitatibus, quæ desuper habentur, quasi quod ubi tales clausulæ adsunt, nullatenus actus impugnari valeat; si quidem virtus, & operatio illarum inducit quidem præsumptionem juris ad favorem ejus qui gratiam obtinet, ut relevetur ab illo onere justificandi, quo intrat in gratiis, ad supplicationem, donec oppositor per eas probationes; vel fortiores præsumptiones, doceat de supradictis defectibus adeo contraria probatione, vel fortiori præsumptione elisa, remaneat dicta præsumptio juris tantum, quam dictæ clausulæ inducunt; Ideoque ut pluries advertitur super diversis materiis, & præsertim sub tit. de Pension. iste punctus subreptionis, vel obreptionis, aut defectus intentionis non est juris, neque capax regulæ generalis cuiuscumque casui applicabilis, ut superficiales male opinantur, sed ut potius facti, ex istius qualitate, & circumstantiis decidendus; proindeque dicitur materia reposita in Judicis arbitrio; potissimè verò in hoc Principatu, in quo istæ clausulæ passim adijci solent de stylo, & ex quodam formulario Notariorum, aliorumque Ministrorum, ut præsertim contingit in chirographis, dum etiam in gratiis ad supplicationem passim adijci solebat; & præsertim illa Motu proprio, antequam ego ad istum errorem adverterem, illumque reformarem.

a Theodos. de Rubeis tom. 2. singular. circa clausulas ex Rota Romana claus. 481. ubi per numeros 106. in hoc se diffundit, atque num. 98. refert Rebuffum referentem 47. effectus hujus clausulæ, & Barbof. claus. 79. & ipsam advertitur in Theatro.

b Rubeus ubi supra claus. 33. & latius claus. 391. per n. 97. multosque collegit effectus, ut etiam colligit Barbof. claus. claus. 59. c Rubeus claus. 274.

d Barbof. claus. 41. & aliquid de illa insinuat disc. 148. & 177. de regal. occasione agendi de potestate Principis tollendi jus tertii.

c Rubeus claus. 77. & claus. 658. per plures numeros, ut etiam facit Barbof. claus. 127. apud quos videri possunt concordantes. f De quibus d. disc. 148. & 177. de regal. & in aliis eod. tit. & in opusculo de Principe c. 22. & seqq.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Hac nostra perpetuò valitura constitutione, mandamus, decernimus, & statuimus, ut in successionebus imposterum, & post præsentium publicationem aperiendis; & deferendis, illa statuta, decreta, leges, constitutiones, & ordinationes, quæ in præfatis nostris Urbe, & statu Ecclesiastico expressam in forma specificata, vel etiam in sola forma communi Apostolicam habeant confirmationem, & approbationem, sive illam habeant tacitam, & præsumptam, quæ ex iuris dispositione ob longissimi temporis observantiam inducitur, generaliter, & indefinitè, prout jacent, ac disponunt ad favorem mascululorum de agnatione, in universo asse attendi & servari debeant.

ARGUMENTUM.

Quare Constitutio disponat super successionebus imposterum tantum aperiendis, & de differentia in legibus quando fiunt per viam novæ provisionis, & quando per viam declarationis. Et quare Constitutio restringitur ad illa, quæ habeant confirmationem Apostolicam, & de istius variis speciebus.

SUMMARIUM.

- 1 De clausula perpetuò valitura, quod sit superflua.
- 2 Regula Cancellariæ expirant per mortem Papæ.
- 3 Quæ reservationes attendantur Sede Papali vacante.
- 4 De partibus, quæ continentur in hoc §.
- 5 De differentia inter verbum statueret, & decernere, & verbum declarare.
- 6 Quare processum non sit per viam declarationis.
- 7 De ratione, ob quam sustinetur præscriptio.
- 8 Sensus Auctoris circa casus præteritos.
- 9 Leges revocate, vel illæ aliorum locorum quomodo attendantur.
- 10 Quare constitutio restringatur ad statuta habentia confirmationem Apostolicam.
- 11 Per subditos fieri non possunt statuta contra jus, absque licentia, & approbatione Principis.
- 12 Quæ sit confirmatio tacita, vel præsumpta.
- 13 Quare in hac materia sufficiat confirmatio in forma communi, vel præsumpta.
- 14 Quid operetur generalitas contenta in fine præsentis §.
- 15 Quod ista lex admittat extensionem.
- 16 Non est lex odiosa, & correctoria, & quare.

§. XI.

Idem superfluitatis vitium, ratione tamen styli, excusabile, dignoscitur in istius §. initio in illa clausula perpetuò valitura, quoniam dubietas, an dispositio sit perpetuò valitura, etiam post mortem disponentis, vel post expiratum ejus munus, intrat in iis, quæ ad præsentem, ac temporaneam provisionem deferri possunt, ut sunt edicta, & bannimenta a Vel ubi habeat quidem provisio speciem, seu figuram legis, sed cum restrictione ad arbitrium vel cum aliis verbis personalitatem denotantibus, ut exempli gratia contingit in Regulis Cancellariæ, publicari solitis per quemlibet Pontificem, quoniam per ejus mortem cessant, ideoque Sede Papali vacante locum non habent illæ reservationes, quæ non sint clausæ in corpore juris, sed ab eis manant, juxta deducta in sua sede; b Secus autem ubi proceditur per viam legis universalis concernentis bonum regimen, bonamque administrationem, & utilitatem populorum cum tractu successivo, quoniam ista est natura legis, ut sit perpetua, donec ab habente potestatem revocetur, vel à consuetudine legitime præscripta aboleatur.

Hoc autem ita obiter potius prænotato, in hoc §. quatuor continetur adnotatione digna; Primò adhibentur illa verba mandamus, decernimus, & statuimus; Secundò disponitur per successionebus imposterum aperiendis, & deferendis; Tertiò mandatur solum observantia illorum

statutorum, quæ expressam, vel tacitam, & præsumptam habeant Apostolicam confirmationem, & Quarto ut generaliter, & indefinitè eadem statuta, prout disponunt, in universo asse attendi, ac servari debeant: quare istas partes distinctè expendendo.

Quatenus pertinet ad primam partem super illis verbis mandamus, decernimus, & statuimus, misteriosè adhibitæ sunt, ut potè denotantia novam dispositionem, novamque legem, effugiendo adhibere verbum declaramus, vel aliud æquipollens, ad effectum, ut lex juxta ejus regularem naturam, respiceret solum futura, non autem præterita, cujus contrarium esset, quando adhibitum fuisset verbum declaramus, quoniam tunc respicit etiam præterita, & habet oculos retrò, juxta vulgarem, & receptam distinctionem, c Idque ad effectum occurrendi magnis litium jam sopitarum excitationibus, ne alias sequatur oppositum ejus, quod volitum, & desideratum est occurrendi litibus, earumque occasione refecandi; Unde propterea ad id certius, & uberius assequendum adjecta est dicta secunda pars clarior, quod scilicet Constitutio ediri censeatur super successionebus imposterum aperiendis, & deferendis, dum ita cessat omnis ratio dubitandi, ne lex trahatur ad præterita. Quamvis enim pro meo sensu illæ opinionones, cum quibus hucusque in Curia processum fuit circa distinctionem inter bona existentia intra, & extra territorium, & circa subjectionem copulativam, personarum, & bonorum, ut propterea statuta non afficerent exemptos, habita quoque ratione exemptionis personæ defuncti, non placèrent, atque minus probabiles viderentur, ex deductis in sæpius citata sede successionebus ad intestato, unde propterea non irrationabile fuisset procedere per viam declarationis, potissimè ob subsequutam declarationem voluntatis, & sensuum populorum, ut supra; Nihilominus quia magnam id parere potuisset in Republica perturbationem, ac status rerum confusionem, hinc magis rationabile, magisque opportunum visum est per hanc viam procedere, ad instar eorum, quæ habentur in materia præscriptionis, quod scilicet quamvis nonnulli credant (& non immeritò) illud esse iniquum, & irrationabile præjudicium, damnatione potius dignum, dum non dominium facit dominium ex sola ejus injusta possessione, privando dominium rei suæ dominio ob injuriam, quam passus est in illis occupatione, & spolio; Attamen in magis communi, magisque recepto sensu, illa laudatur potius, & recipitur ob potentius motivum publicæ quietis, & ne diu rerum dominia sint in incerto, ut à me probatur in quodam academico discurfu Italici idiomatis super isto præscriptionis problemate.

Fateor tamen, quod si essem Juxex, religiosè quidem servarem id, quod hucusque judicatum fuit, atque executioni jam demandatum est, adeo ut alias esset excitare lites jam sopitas, ob dictam rationem, ad quam noster Legislator prudenter, & piè respexit; Sed respectu successionebus aperature, & delatarum ante præsentem Constitutionem, super quibus tamen lites adhuc penderent indecisæ, adeo ut non adesset res judicata. Ista Constitutio nimium me moveret ad sequendam potius illam opinionem, quam nova lex meliorem esse implicite declaravit, attendendo istam legem, non tanquam auctoritatem necessariam, & obligatoriam, sed tanquam doctrinam, vel auctoritatem magistralem, eo modo, quo etiam leges revocantur, vel alias immutatæ attenduntur, sive leges aliarum regionum, vel Principatum, magis vero adjacentium. d Ad quod fortius me impelleret superventa declarationi animi populorum cum in hac materia, ut advertitur infra §. XI. & alibi operatio proveniat potius à voluntate decedentium, de quorum bonis, & successione agitur, quam ab ipsa lege communi, vel statutaria, quæ solum inducit præsumptionem à communi usu regulatam, & desumptam talis voluntatis, quæ ob insperatam, vel improvisam mortem explicari non potuit, ita illam explicando, vel splendendo; Ista verò communis populorum voluntas non est quid novum, quod nunc superveniat, ideoque non capiat nisi futura, & non trahatur ad præterita, ut in nova lege sequitur, sed jam à sæculis inerat, adeo ut contra eam scripsisse Doctores, & Tribunalia judicasse videantur; Unde propterea etiam jam judicatum, & exequutum, de stricta censura, retractationem mereatur, sed quoniam ita per Doctores, & Tribunalia magis communiter erat receptum, & prædicatum, idcirco videtur, quod actus, qui in quodam bonæ fidei statu sequuti, & consummati sunt, domini translationem bene operati fuerint, ut retractationi locus esse non debeat, magis

gis verò ob superius enunciatum motivum publicæ quietis desideratæ, ne alias magna rerum revolutio, & Republicæ perturbatio sequatur, ut supra.

70 Circa tertiam partem hujus §. scilicet super restitutione ad statuta, quæ habeant Apostolicam approbationem, & confirmationem; id non percutit potestatem Pontificiam, & Spiritualem pro comprehensione Ecclesiarum, ac personarum; & rerum ecclesiasticarum, adeo ut si non adesset illa expressio, quæ de eis inferius habetur, ipsorum laicalium statutorum natura non immutaretur, neque majorem vim, & operationem reciperet, juxta regularem naturam confirmationis, quæ validat actum, eique robur tribuit, intra tamen ejus spheram, & naturam, quam non alterat, nec ampliat. e sed ista restrictio alium non habet finem, vel rationem, nisi approbandi solum statuta, quæ cum licentia, & auctoritate, vel approbatione Supremi Principis condita sint, & sine qua in iis, quæ sunt contra jus, per subditas Civitates, vel subditos Dominicellos fieri non possunt, etiam attentis terminis juris communis, magis verò in hoc Principatu, ex Constitutione Ægidiana. f

72 Quia verò inter Doctores quæri solet, an hujusmodi statutis de quibus agitur, alterantibus ordinem successioneis à novissimo jure communi inductum, necessaria sit confirmatio in forma specifica, vel sufficiat illa in forma communi, cujus naturam, & qualitatem habet illa confirmatio tacita, vel præsumpta, quæ, non constituto de expressa, inducitur ex observantia longissimi temporis annorum 30. g Quamvis magis communiter receptum sit per Doctores, & firmatum per Rotam, ut in hac specie statutorum sufficiat sola confirmatio in forma communi, etiam tacita, vel præsumpta, ex illa probabili quidem ratione, quod hæc statuta dicenda non sunt odiosa odio irrationabili; neque omnino juri communi contraria, dum solum sublato jure novissimo restituant dispositionem juris antiqui, vel novi, ut locis citatis pluries advertitur, & in d. tit. de successione. ubi est magis propria sedes materiæ; Prudenter tamen ad dirimendas lites, tollendamque omnem dubitandi occasionem id explicitum fuit, absque eo quod obijci possit vitium superfuitatis, quod adesse non dicitur quando major declaratio, vel clarior expressio aliquem proficuum effectum operari potest.

74 Demum quoad ultimam partem, in qua generaliter, & indefinite disponitur, ut statuta, prout jacent, & disponent (non curatis restrictionibus, & diversis interpretationibus) attendi debeant, nimium proficua, & operativa censenda est hæc est generalis dispositio, quoniam licet in §§. seqq. quamplures restrictiones, & limitationes recenseantur, attamen quia non omnes exprimi poterunt, quas Doctorem subtilitas hæctenus excogitavit, vel imposterum excogitare poterit, idcirco hæc generalitas deservire debet pro eadem determinatione casuum omniformium, & non expressorum, ad quos ex rationis identitate extensio sine dubio faciendâ erit, dum non agitur de lege municipali condita per inferiorem, in qua stricta, & rigorosa sit interpretatio, atque prohibita est extensio, etiam ex rationis identitate, imo majoritate, ex deductis in eadem Sede Successionum ab intestato, & alibi, sed agitur de lege universali condita per supremum Principem cui ut superius pluries insinuatum est, magis congruit nomen, vel attributum juris communis, quam congruat illi juri communi civili edito, & compilato per Justinianum & per consequens admittenda est ejus extensio, vel inductio etiam per argumenta, & illationes, eo modo, quo sequitur in jure communi, quod ita distinguitur à municipali. Potissime verò, & clarius, dum idem Legislator §. XIII. prudenter, ad hujusmodi dubitationes dirimendas, decernere, & declarare voluit, ut in casibus dubiis, declaratio, vel interpretatio agnationibus favorabilis ad statutorum normam, fieri deberet; Ac etiam attenda subiecta materia, quoniam ut præmissum est, non agitur de odiosa, & irrationabili correctione illius juris, quod alias esset antiquum, unicum, & regionis, ac populorum moribus, & utilitati adaptatum, sed potius res est in oppositum quoniam regionis, & populorum moribus, ac votis adaptatum magis est antiquum jus Romanorum, fœminarum, & cognatorum exclusivum, pro nimium rationabili, & honesto sine conservandi bona in agnationibus, & familiaribus, quarum decor, & nobilitas cum bonis, ac divitiis acquiruntur, & conservantur, ita dictum proprium, & connaturale jus restituendo, atque tollendo jus posterius, quod Græcorum potius, quam Romanorum, & Italorum

dicendum est, quinimò istorum moribus, & votis potius oppositum: ideoque lex favorabilis magis censenda est potissime quia revera tollit potius subtiles, & superstitiosas Doctorem opiniones, etiam controveras, quo casu dici non potest, nec debet lex correctoria, & exorbitans, upotè canonizans solum unam ex controverbis opinionibus.

- a Ex deductis per Farinac. in fragment. verbo bannimento & aliquid insinuat in sæpius citato disc. 35. de judic.
- b Sub tit. de benefic. disc. 4. 16. & 31.
- c De qua d. disc. 35. de judic. n. 87. & alibi pluries.
- d Ut advertitur eodem pluries enunciato disc. 35. de judic. n. 48. e Ut advertitur disc. 22. & 143. de dot. & pluries in tit. de success. disc. 5. & seqq. & habetur quotidianum in materia Ægidiana, & alibi.
- f Apud Burat. dec. 6. cum aliis eod. disc. 35. de judic. n. 61.
- g Ex deductis eod. disc. 35. de jud. d. n. 61. & d. disc. 143. de dot. & alibi. h Juxta celebrem dec. 240. Put. lib. 3. Seraphin. dec. 645. n. 1. Cavaler. dec. 497. cum concordantibus per adden. ad dec. 20. par. 3. Rec. lit. F. Rovit. prag. 1. de assasin. n. 36.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Quicumque sublata consideratione, vel differentia bonorum, eorumque sit javationis, intra, vel extra, territorium, ubicumque existant.

ARGUMENTUM.

De non comprehensione sub statuto bonorum existentium extra territorium, & quænam sint.

SUMMARIUM.

- 1 Quare descenditur ad hanc speciem restrictionis. De quaestione, an statuta loquentia de successione decedentium ab intestato locum habeant in successione intestabilium.
- 2 De alia quaestione, ut mater exclusa per collaterales, excludat patrem, vel avum paternum.
- 3 De restrictione in bonis extra territorium.
- 4 Quæ sit ratio, vel operatio istorum statutorum.
- 5 De distinctione inter bona existentia in diversis Principatibus, & existentia in diversis locis ejusdem Principatus.
- 6 De diversitate hæreditatum, & patrimoniorum in milite, in feudatario, & in clerico.
- 7 Quænam sint bona, quæ circumscribuntur loco, & esse dicuntur in territorio, vel extra.
- 8 Quid de censibus consignatis.
- 9 Quid de locis montium, aliisque similibus juribus.
- 10 Quid de juribus, & actionibus, & nominibus debitorum.
- 11 Quid de bonis mobilibus, vel se moventibus.

§. VIII.

Posset quidem absque necessitate descendendi ad specificationem aliquarum magis frequentium restrictionum & interpretationum hujusmodi statutorum, sufficere illa generalis dispositio, quæ continetur in fine præcedentis §. per quam generaliter, & indefinite mandatur, ut attendi debeant statuta, prout disponunt, ad unum, & idem sit ordo succedendi. Verum quia Juristarum subtilitas adeo crevit, atque in dies magis crescit, ut etiam superabundantes, ac superfluas specificationes non sufficiant, multoque propterea minus sufficiant generalitates, idcirco prudenter ad aliquas descenditur specificationes, non quidem taxativè, ut illæ tantum restrictiones, aut limitationes reprobatæ, & correctæ censentur, de quibus expressè agitur, sed solum demonstrativè, exprimendo magis frequenter, & super quibus majores esse consueverunt controveras, ita tamen, ut etiam alias, quamvis ad speciem non deductæ, sub eadem cadant dispositione, ex rationis identitate five pro eodem fine assequendo, & sic exempli gratia illa quaestio, an hujusmodi statuta dispositione de successione decedentium ab intestato procedant in successione intestabilium, & de qua agitur in eadem sede Successionum ab intestato, quæ repetitur infra in §. XIII. quoniam, si ista etiam Constitutione seclusa, in puncto juris communis probabilior est pars affirmativa, multò magis, & extra dubitationem tenenda est atten-

ta præsentis Constitutione, & fortis, ut in §. præcedenti advertitur attenda declaratione sententium, & voluntatis populorum, quæ principale operationem in hac materia facere videtur: Et sic successivè in aliis quaestionibus, vel restrictionibus, ad quarum omnium specificationem impossibile erat devenire absque magna confusione, & præsertim circa illam nimium quidem exorbitantem, & irrationabilem, de qua in eadem sede Successionum, ut potentius esse debeat causatum, quam causa, quodque statuto excludente matrem, vel sorores ob agnatos transversoales, quamvis remotos, & ultra primum gradum, debeat tamen per matrem, vel sorores excludi pater, vel avus paternus, quod nil pro meo sensu absurdum, ut laetius in sua sede, ubi videri poterunt fundamenta, cum similibus non specificatis restrictionibus, in quibus cum eadem regula generali comprehensiva, vel extensiva procedendum videtur.

3 Omnium verò frequentior est restrictio specificata in præsentis §. super distinctione bonorum intra, vel extra territorium statuentis, quasi quod totam vim, & operationem tribuendo jurisdictioni, & potestati statuentis, non debeat ista ultra ejus territorium attendi, & operari, juxta quamdam traditionem Bartoli, quam magis communitè sequi visum est. a Hoc enim assumptum, pro meo sensu, minus probabile censendum est ex improbabilitate fundamenti, vel præsuppositi, ut id proveniat à potestate, & jurisdictione statuentis, cum veris proveniat magis à verisimili, & præsumpta voluntate decedentium, ut sæpius insinuatum est, & magis ex proposito agitur infra in §. XI.

6 Et quidem quando hæc distinctio bonorum attendere-tur in Principatibus diversis, in quorum singulis diversæ essent leges, & ordines succedendi, tunc res esset fortè tolerabilis, atque non adeo à ratione, & quodam communi usu aliena, ex rationibus consideratis in eadem sede Successionum, & alibi, quod scilicet illud juris civilis assumptum, quod paganus non possit habere plures, & diversos hæredes, sed unica debeat esse ejus hæreditas, & unicum patrimonium paganicum, quod sub Imperio Romanorum ubique in toto Orbe terrarum procedebat, hodie procedit solum in quolibet respectivè Principatu, quoniam quilibet Principatus intra suos limites habetur pro Imperio; & quilibet Princeps tantam habet potestatem, quantum (ut Juristæ dicunt) Romanus Imperator habebat in toto Mundo, ad eod. unam, & eadem persona formales in diversis Principatibus, juxta illas diversitates, quæ considerantur in sede Jurisdictionali, & alibi; Sed in una eademque ditione, imò in una, eademque Provincia, vel uno eodemque Gubernio ex pluribus ejusdem ditionis, atque inter civitates, vel Oppida adiacentia dare unius, ejusdemque hæreditatis tot varias formas, & species successioneis id tam ex dispositione juris, quam in sensu naturali, & communi usu, monstruorum, ac prorsus improbabile videtur.

7 Et quamvis in una, eademque persona, etiam respectu bonorum in una, eodemque individuo loco existentium, detur ista diversitas hæreditatum, & successionum, ut contingit in milite, in quo datur duplex patrimonium, paganicum scilicet, & militare, cum duplici diverso hæredede, & duplici hæreditate, adeo ut inter unum patrimonium, & alterum, five unam, vel alteram hæreditatem detur concursus actionis, & passionis, quia fingitur duplex homo, quod hodie practicitur in illis, qui sunt veri milites primi ordinis, nempe in feudatariis; in quibus datur duplex patrimonium, unum feudale, & alterum allodialle, quod Regnicolæ dicunt Burgenaticum. b Quod etiam à simili receptum est in clericis habentibus pariter duplex patrimonium, duplicemque hæreditatem; unam profanam, consistentem in bonis obventibus ex successione majorum, vel quæstis alias, quam intuitu ecclesiæ, & clericatus; alteram verò ecclesiasticam; consistentem in bonis quæstis occasione ecclesiæ, vel clericatus. Attamen id rectè procedit, quia quilibet hæreditas constituit veram universitatem, five jus universale, per quod possessor fingitur duplex, & diversus homo; sed exorbitantia est in diversitate, & multiplicitate hæreditatum, & hæredum in eodem patrimonio allodiali ejusdem naturæ, & qualitatis, & in eodem Principatu, quod utique exorbitans videtur.

8 Super qualitate verò bonorum, quæ dicantur esse intra, vel extra territorium, ideoque loco circumscribantur, & quæ non, adeo ut personam sequantur, ejusque Card. de Luc. de Statut. Success.

jure censenda sint, non modica inter scribentes dignoscitur controveria; Conclufivè autem pro stylo, neglectis inutilibus quaestionibus, quæ scolarasticis, vel tyronibus potius conveniant, certum est, quod bona verè stabilia, & quæ soli sunt, circumscribuntur loco, atque dicuntur esse in illo loco, in quo sita sunt, qualia sunt prædia rustica, & urbana, upotè solo affixa, non amovibilia, neque asportabilia de loco ad locum.

In censibus verò quaestio est in illis, nempe, qui ad præsertim Apostolicarum Constitutionum, & præsertim Bullæ Beati Pii V. cum qua proceditur, mediante pecunia impositi sunt super certis bonis stabilibus fructiferis, & capacibus, quique consignativi dicuntur, non autem in reservativis, qui sine dubio circumscribuntur eodem loco, cujus sunt bona censita, quorum ratione census solvitur, dum hic est quedam portio dominicalis fructum rei, & quedam pars prioris domini; In dictis itaque censibus consignativis quaestio est, aliquibus volentibus, ut tanquam jura, & actiones sequantur personam creditoris, aliis volentibus, ut censentur esse de loco destinatæ solutionis, & aliis volentibus, ut circumscribantur eodem loco in quo siti sunt fundi censiti; istaque ultima opinio probabilior, magisque recepta videtur c Intellegendum de censibus creatis ad formam dictæ Constitutionis Beati Pii Quinti super fundo stabili, certis finibus designato, fructifero, & capaci, non autem de illis censibus, qui sine hujusmodi requisitis personales dicuntur d quoniam tunc sub nominibus debitorum, vel juribus; & actionibus recensendi videntur.

Quoad annuos redditus mediante pecunia, pariter ad instar censuum consignativorum acquisitos cum Principe, vel cum Republica super publica redditus gabellarum, & collectarum, & contributionum; vel jurium regalium, & qui in Urbe, & Statu Ecclesiastico dicuntur Loca montium, ut etiam dicuntur in aliquibus aliis Italiæ Civitatibus, & Principatibus; alibi verò dicuntur redditus super fiscalibus, vel super arrendamentis, aut jura cum Rege &c. Aliquorum opinio est (non sine probabili fundamento) ut ad instar censuum, existimari debeant illorum locorum, in quibus sunt jura publica desuper assignata; magis verò receptum est censeri, & circumscribi loco Civitatis Metropolis, seu Residentialis Principis, vel aliterus æquipollentis, in qua hujusmodi reddituum venditiones sequuntur, ac solutiones statutis temporibus sunt; ideoque in Urbe loca montium, quamvis erecta super juribus, & redditibus Cameræ, sparsis per universum Statum Ecclesiasticum, dicuntur bona existentia in Urbe. e

Nomina verò debitorum, aliaque jura, & rationes non circumscribuntur loco, sed sequuntur personam, ut eisdem mox citatis locis deducitur. Et licet regula sit, quod jura, & actiones regulantur à qualitate bonorum, ad quæ competunt; unde propterea hæbetur, quod actiones in, vel super feudo reputantur feudales, & veniunt in patrimonio feudali cum similibus; Nichilominus id rectè procedit in juribus, & actionibus verè realibus percutientibus substantiam bonorum, eorumque dominium, vel quasi, aut veram servitutem realem; secus autem ubi competat quidem actio ad ipsa bona, sed jure obligationis, & hypotheçæ, cum tunc dicatur actio principaliter personalis, accessorie autem, & consequentivè, rei persequutoria; Hujusmodi autem quaestiones subtili quoque nostra Constitutio, ut infra in §. XVI.

Quo autem ad bona mobilia distinguendum est inter illa, quæ de sui natura destinata sunt, ut in aliquo loco permanent, nec sequuntur personam domini, & possessoris, ut sunt mobilia lapidea, aenea, lignea, ac etiam mobilia grossa lanæ, lini, vel serici tanquam quælibet domus, in qua fixè habitetur; & illa, quæ personam potius sequuntur, ut sunt gemmæ, aurum, argentum, & similia; In prima enim specie pro circumscriptione loci respondendum est, non autem in secundo. Cum qua distinctione procedendum pariter est in semoventibus; vel enim manent in fundo, tanquam ipsius instrumenta fixa, & ordinaria, ibique perpetuè destinata sunt ad culturam, ut sunt boves aratorii, five oves pro stercoreationes, five perceptione fructuum, herbæ, & pascuorum, qui percipi non soleant nisi mediantibus animalibus propriis ibi depascensibus, adeo ut videantur dos fi-

za, & ordinaria fundi instructi, & hoc casu dicendum est circumscripti loco, quia existimantur pars, & instrumenta fundi, vel retinentur in fundo accidentaliter, & ad tempus, scilicet pro pacendis herbis, vel glandibus, ad effectum deinde vendendi tanquam mercem, vel alibi transportandi, & tunc nullatenus videtur circumscripti in loco, in quo manent.

- a Juxta latè deducta in celebri Narnien. coram Merlin. inter suas decis. 32. & 526. cum aliis, de quibus disc. 4. de success. b Ex iis, quæ habentur pluries in sua Sede sub tit. de feud. disc. 20. cum seqq. & in aliis. c Ex relatis disc. 92. de regal. num. 7. & disc. 41. de success. non. 214. & alibi. d Juxta deducta disc. 32. de censibus. e Juxta decisiones & auctoritates relatas d. disc. 41. de success. nu. 214. & in tract. de locis montium post tract. de officiis. f Ad tractata disc. 19. de successione.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Et five sint libera, & allodialia, seu feudalia, vel Emphyteotica, sive livellaria, etiam de directo dominio Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum, seu personarum Ecclesiasticarum, ubi lex investituræ non obstat, quæ salva remaneat.

ARGUMENTUM.

De antiqua exemptione à statuto bonorum existentium in territorio statutis, quæ sint de directo dominio ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum, quamvis à laicis possideantur, per Constitutionem sublata.

SUMMARIUM.

- 1 De exemptione, de qua in argumento. 2 Quare ista expressio facta est. 3 Dispositio statutaria non intrat ubi sit in contrarium voluntas disponentis, vel contententis.

§. IX.

Longè majorem exorbitantiam producebat, vel producere poterat restrictio contenta in hoc §. respectu bonorum existentium in uno, eodemque territorio, eo quia ratione feudii, vel emphyteusis, aut livelli, sive perpetuæ locationis, aut alias essent de directo dominio ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum, sive alias exemptarum à potestate, & jurisdictione statuentium; Retentio siquidem jam enunciatio principio, vel præsupposito, à quo penè omnes manant restrictiones, quod hic statutarius ordo succedendi, præter, vel contra ordinem novissimi juris communis, proveniat à jurisdictione, & potestate statuentium, cujus sit effectus, exindè provenit, quod sicuti statuti hujusmodi non subjacent bona existentia extra territorium, utpotè extra dictam jurisdictionem, & potestatem, minusque subjacent ecclesiæ, & personæ ecclesiasticæ pariter exemptæ, ex regula quod paria sunt forum fori, & legibus ligari, ut in §. sequenti; ita quoque subjacere non debeant ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum bona, quæ personam sequuntur, eademque gaudent exemptione, idque sine dubio procedit in bonis, quæ in pleno, directo, & utili dominio verè, & de facto possidentur ab ecclesiis, vel personis ecclesiasticis ad eorum fruitionem, & utilitatem plenam. Difficultas verò cadit in illis bonis, quæ sunt quidem de directo dominio ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum, sed in dominio utili, vel subalterno, jure feudii, vel emphyteusis, aut livelli, sive perpetuæ locationis possideantur per laicum statuto subjectum, de cujus successione agitur, atque contentio successione etiam sit inter laicos, eaque sita sint intra territorium statuentis, adedut nisi adesset dictum dominium directum ecclesiasticum, intraret sine dubio utraque subjectio personæ, & bonorum. Istoque casu, quamvis pro meo sensu probabilius esse videatur, ut exemptio non intret, quoties Ecclesia, vel persona ecclesiastica non sit in causa, suaque non interfit successione uni, vel alteri deferri, adedut sola quæstio sit inter laicos contententes de utili, vel subalterno dominio, cum alias deberet quoque intrare exemptio à gabellis, & collectis, aliisque oneribus laicalibus, cujus contrarium notoria praxis universalis docet. Nihilominus quia Rota à moderno tem-

pore, sequendo opinionem aliquorum nimis zelare voluntium immunitatem ecclesiasticam, eamque ultra suos limites extendere, firmavit occasione Constitutionis Egidianæ in materia appellationis, ut istud solum dominium directum ecclesiasticum sufficiat pro exemptione à lege laicali, quamvis agatur inter laicos contententes de solo dominio utili, & præsertim in quadam decisione quæ apud practicos forenses in Curia reputatur magistralis, a cum qua postea in aliis processum est, ex deductis disc. 37. de judic. num. 61. & reperitur etiam disc. 44. eod. tit. num. 85. ubi quoque insinuat illa affectatissima mediæ, atque omnino improbabilis extensio domini medietati alicujus personæ ecclesiasticæ, quæ jam perierit, & annihilata sit, unde propterea ibidem joci gratia advertitur, irridendo hujusmodi leguleicas simplicitates, quod ita omnia bona hujus mundi exemptione gaudere deberent, utpotè post diluvium de dominio Noè, qui ratione sacrificii, quod egrediendo ab arca fecit, sacerdos dicitur, vel quod adhuc duraret exemptio in bonis possessis per Aaron, & Melchisedech, aliisque antiquos Pontifices, & Sacerdotes, & in terminis hujusmodi statutorum idem firmatur decis. 94. & decis. 237. par. 12. reser. cujus contrarium verius esse à me advertitur in annot. ad disc. 11. de feud. Hinc prudenter id expressum fuit ad istam quoque frigiditatem removendam; Quamvis enim illa cessare sine dubio deberet per contenta in §. seq. dum tollitur exemptio personarum, quibus accessoria est, & consequutiva exemptio bonorum, adhuc tamen experientia docente, quod provisio in casu magis dubitabili in hoc proposito attendi non solet pro casu minus dubitabili, ut præsertim dignoscitur in casu, de quo in alias citato disc. 15. de success. & in aliis similibus; quasi quod in sola littera, solisque casibus expressis legis dispositio attendenda sit; Idcirco opportunum fuit id exprimere, ita magis abundando, ut omnes litium occasiones tollerentur, quo sine retento superfluitatis vitium non intrat.

Merito autem excipitur contraria lex investituræ, quoniam, ut advertitur infra in §. XIX. statutaria dispositio attendenda est in casu voluntatis dubiæ, & incertæ decedentium, vel prædecessorum, qui eos obligare poterunt, atque in bonis, de quibus agitur, certam legem, vel succedendi ordinem adicere, ita ambiguum, & incertam voluntatem præsumendo ex sola præsumptione juris, quæ utique cessat, ubi contraria habetur probatio, ut eodem §. XIX. latius advertitur.

- a In Romana de Scapucis ad S. Augustinum coram Cocchino inter suas decis. 574.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Sublata quoque omni, & quacumque differentia, vel consideratione subjectionis, & respectivè exemptionis personarum, tam decedentium, quàm succedentium, vel excludentium, & exclusarum, cujuscumque sint status, gradus, & conditionis, & quamvis agatur de Clericis, vel Regularibus utriusque sexus, aut de Ecclesiis, & Monasteriis, aliisque personis, & locis Ecclesiasticis, vel alias quomodolibet exemptis; & privilegiatis, quantumvis expressa, & speciali nota dignis.

ARGUMENTUM.

De exemptione personarum ecclesiasticarum à statuto, an illa procederet solum respectu personarum exclusarum, vel etiam respectu defuncti, de cujus successione agitur, & an personæ Ecclesiasticæ exemptæ gauderent beneficio statuti ad eorum favorem, in exclusionem aliorum, & quæ sint personæ ecclesiasticæ prius exemptæ.

SUMMARIUM.

- 1 Exemptio bonorum est accessoria, & consequutiva ad illam personam. 2 De exemptione statuti quando defunctus est ecclesiasticus, licet successores sint seculares, quæ improbat. 3 An statutum loquens de successione morientis ab intestato procedat in successione intestabilis.

- 4 An Clerici, & alii exempti gaudeant beneficio statuti, alios excludendo. 5 De Personis Ecclesiasticis ut non patiantur exclusionem statuti. 6 Omnes illi, qui non subjacent foro legislatoris, non subjacent ejus legibus. 7 De ratione ob quam in Statu Ecclesiastico adest magna copia bonorum de dominio Ecclesiarum penes laicos. 8 Quæ sint personæ ecclesiasticæ exemptæ a foro, & à legibus laicalibus. 9 De ratione, ob quam opportunum fuit tollere differentiam exemptorum.

§. X.

Præposterus quidem, de stricta censura, dici meretur ordo tentus in tollendo exemptiones prius bonorum, & postea personarum, quoniam, ut dictum est in §. Præcedenti exemptio, sive immunitas ecclesiasticorum, aliorumque exemptorum, primariò, & principaliter competit personis, quarum ratione accessoriè, & consequitivè competit bonis, ideoque de illis prius agi debeat; sed casui referendum est, quia fortè ob magis frequentes controversias cadentes in bonis extra territorium, vel aliàs exemptis id prius in mentem venit, potissimè quia ad negotiorum substantiam, non autem ad hujusmodi formalitates reflectendum est, cum illæ congruant potius scholasticis ita exercentibus ingenia tyronum.

Tres autem species personarum exemptarum in textu considerantur, una scilicet decedentium, altera excludentium, & altera exclusarum; ideoque de illis distinctè agendo: Quatenus pertinet ad primam speciem decedentium, quamvis Rota a sequendo opinionem Imolæ firmaverit contra magis communem sensum Doctorum in eadem decisione relatorum, quod statuta laicalia locum habere non debeant in successione clericis defuncti, quamvis verificaretur utraque subjectio personarum contententium de successione, & bonorum existentium in territorio, ex fundamento præsumptæ voluntatis defuncti, quod scilicet, cum ipse non subjaceret statuto, sed viveret juxta dispositionem juris communis, huic potius voluntatem accomodasse censendum sit. Attamen etiam ex tunc, & antequam per diligentias postmodum adhibitas haberetur illa certificatio, voluntatis quæ nunc habetur, ut infra, nunquam potui huic opinioni, utpotè pro meo judicio nimium improbabili, animum, vel intellectum adaptare, quod etiam in plerisque nostræ tempestatis doctis, & primariis viris sequutum est, & præsertim in Auctore aliquarum decisionum super eodem puncto editarum. b Primò nempe, quoniam per mortem prioris possessoris, qualitas clericalis, quæ exemptionem inducebat, jam evanuit per annihilationem personæ, unde propterea Theologi disputare solent quæstionem idealeam, an clericus refuscitatus retineat ordines, & charesiterem, ipsaque bona effecta sint diversi juris, & sub diverso dominio saltem habituali, & sic nullatenus intrare potest illa exemptio realis, quæ competit in bonis ecclesiasticorum viventium, cum illa (ut præmissum est) sit accessoria, & consequutiva personæ, atque aliàs etiam post mortem possessoris exempti perseverare deberent in laicis successoribus in exemptione à collectis, aliisque oneribus, cujus contrarium recepta praxis universalis docet.

Præterea si vera esset dicta ratio præsumptæ voluntatis morientis, quæ attendi deberet, tunc convinceretur ad evidentiam ex auctoritate, & sensu ejusdem Tribunalis erronea illa opinio, quæ hucusquæ tantum fuit super non comprehensione clericorum, & ecclesiasticorum sub statutis in successione secularium decedentium, sit revera etiam antepresentem Constitutionem minus probabilis censenda videbatur. c Quoniam sicuti dicitur, quod præsumendum est clericum decedentem voluisse regulare ejus successione juxta propriam legem, cui subjacebat, non curata diversa qualitate succedentium viventium sub diversa lege; ita è converso dicendum venit, quod præsumendum est laicum decedentem regulare voluisse ejus successione juxta propriam legem, cui ipse, ejusque bona subjacebat, non curata diversa qualitate succedentium, cum eadem ratio intret, ideoque non videtur quomodo istæ duæ opiniones simul, & semel teneri possint.

Et demum quia revera nullam habet de facto substantiam dicta ratio, vel præsumptio, quod clerici decedentes diversam habeant voluntatem à statutaria dispositione in-

ducta favore agnationis, quoniam, ut pluries animadvertum est superius, id verè non provenit à sola potestate statuentium, quia sic eis statuere placuerit, sed provenit à connaturalibus regionis, & populorum antiquis, mediis, & recentibus moribus; qui propterea in hominibus ab ipsamet infantia, & eo ipso, quod sunt capaces traditionum, & morum majorum, in eis imprimuntur, eodem modo, quo, ut notum est, alii patrii mores penè indelebiter imprimi solent, contrahendo amorem erga nobilitatem, & decorem propriæ familiæ; ideoque superveniens qualitas accidentaliter clericatus non tollit, neque immutat intellectum, & jura naturalia, dum clerici, etiam Regulares, multò verò magis, & absque dubio seculares retinent familiam, & agnationem; aliaque jura naturalia atque comprobata notorius usus communis, quod clerici, præsertim seculares, non solum æqualiter, sed fortè magis quam laici diligunt agnatos, & student, quò magis fieri potest, agnationem nobilitare, & conservare; Et utinam id verum non esset, ut præsertim conjici potest ex primis fidelicommis, & primogeniis, quæ per clericos, etiam constitutos in primariis dignitatibus ecclesiasticis ordinata fuerunt, & de quorum aliquibus habetur in sede Fideicommissaria.

Omnisque difficultas in hoc Principatu nunc cessat, dictaque ratio penitus enervata remanet, quoniam occasione adhibendi diligentias enarratas in præfatione, & alibi, pro habenda notitia voluntatum, & desiderii populorum, curavi, idem sequi circa voluntatem, & desiderium clericorum secularium: quorum respectu solum id exquirere congruum erat, dum in eis tantum, non autem in regularibus, verificatur successio passiva in bonis patrimonialibus, vel aliis de quibus testari, & disponere possunt: in regularibus enim verificatur solum successio activa, nullatenus autem verificari potest passiva, ideoque non mirum si Morales, qui sunt ut plurimum religiosi, tulerunt, ac tenent in ista materia exorbitantes opiniones. Perquisito siquidem sensu Capitulum Cathedralium, & aliquarum insignium, & qualificatarum Collegiarum (cum in aliis singulariter esse impracticabile pro majori, satisque notabili parte, aliis quibus paucis exceptis, utpotè non callentibus id, de quo interrogabantur, eadem voluntas declarata fuit illi secularium conformis, ideoque cessat omnis ratio dubitandi. Prout magis cessabat in casu, de quo disc. 35. de testament. enunciatio etiam d. disc. 6. de success. quod clericus decedens testamentum fecerat juxta formam textus in cap. cum esset, le conformando cum statutaria dispositione, unde propterea quando etiam locum habere deberet ille nimium quidem rigor, qui adhibitus fuit circa fidem testium pro enervando testamento, negari tamen non posse advertebam quin iidem testes superabundarent, ad probationem dictæ voluntatis, & ad faciendum cessare præstatam diversam præsumptionem, ut propterea agnati vocati in testamento, saltem ex statuto, intestatam successione in exclusionem cognatorum obtinerent deberent, & tamen id curatum non fuit, quod magnam mihi intulit admirationem: quæ adhuc durat.

Attenta item persona decedentis, alia excitata fuit quæstio, per Constitutionem cum ejus generali dispositione in hoc §. decisa, An scilicet statuta loquentia de successione decedentium ab intestato locum habeant in intestabilibus, ut patet ex relatis eodem tit. de success. disc. 7. num. 3. & 5. ubi pro meo sensu verior dicitur esse opinio affirmativa, ut capiat etiam successione intestabilis; adhuc tamen congruum fuit cum dicta generali dispositione quæstionem hanc quoque dirimere.

Quo verò ad alteram speciem personarum exemptarum excludentium, ut qualitas exemptiva non impediat exempto agnato successione delatam à statuto, cujus beneficio potiri debetur, habetur actum disc. 49. & 50. de success. ubi concordantes, & præsertim decis. 538. par. 4. recent. tom. 2. ubi iste punctus deciditur & cum qua decisione aliæ recentiores transeunt quoniam in hoc Principatu, utpotè Ecclesiasticos, de facili ejus Tribunalia sequuntur opinionem aliquorum Canonistarum, magis autem Moralium, quam tamen Tribunalia aliorum Principatum non de facili sequuntur, super claudicatione scilicet, quæ in ecclesiasticis dignoscitur, ut in odiosis, & præjudicialibus non subjaceant statutis, & legibus laicalibus, à quibus, exempti sunt, possint autem

sem in favorabilibus elapsi, tanquam in ratione privilegii, ut de hac claudicatione aliquod insinuat in scriptis citato disc. 22. & 143. de dote, & alibi, quod apud sæculares non bonos producere solet effectus, quoniam ut ipsi dicunt, iustitiam, & æquitatis naturalis ratio hujusmodi claudicationem abhorret, atque laudat regulam quod quisque juris &c. five alteram, ut eum sequantur commoda, quem sequitur incommoda, & e contra: ideoque nec iustum, nec æquum sit, ut debeat quis potiri beneficio, & favoribus hujusmodi statutorum, non debeat tamen eis subjacere in odiosis, ut latius d. disc. 50. de successione final. quod etiam occasione retractus insinuat sub tit. de servitut. disc. 71. in d. disc. 50. de successione. agendo de puncto, An clerici subjacent retractui concessio per legem laicalem, & quatenus non, an ille competat, cum similibus; Et quam æqualitatem in exclusionem dictæ claudicationis agnoverunt etiam in aliquibus casibus istius Principatus Tribunalia, præsertim circa Constitutionem Ægidiana super appellatione in possessorio; ex deductis disc. 37. de iudic. ubi de illius materia, & latius in discursu; vel opusculo super eadem Ægidiana inter varia vota. Quidquid autem in subiecta materia sit de hujusmodi claudicatione, prudenter, nimiumque laudabiliter nostra lex hujusmodi dubitationem sustulit, tum ut ita cesset præfata scandalii occasio apud sæculares super hujusmodi claudicationis usu, & praxi, tum etiam quia exceptis regularibus, & præsertim illis fœminini sexus, eisdem ecclesiasticis magis interest istam differentiam sublatam esse, dum ita clerici, alique ecclesiastici agnati, citrà omne dubium, hujusmodi statutorum beneficio uti possunt, excludendo fœminas, & cognatos, adeò ut in hac parte sit longè majus beneficium, quam præjudicium, quod ecclesiasticis ex ista Constitutione resultat.

5 Circa verò tertiam partem præsentis §. super deletionem differentie inter exemptos, & non exemptos, vel ecclesiasticos, & sæculares in personis succedere habentibus, ex eo quod pro frequentiori contingencia non deberent exclusionem pati fœminæ, quæ essent moniales, & professæ, juxta quæstionem, de qua in scriptis citato disc. 5. de successione. & alibi, vel quod cognati masculi essent clerici, five religiosi; Quamvis in puncto juris revera probabilior esset opinio, ut ista exemptio suffragari non deberet, eo quia attendenda potius veniat qualitas naturalis, ab instanti nativitate insita, quando ante superventam accidentalem qualitatem exemptivam, personæ erant hujusmodi legibus subiectæ, ut cum rationibus, & auctoritatibus ad satisfecit probatur eod. disc. 5. de successione. ac etiam in §. sequenti occasione probandi, quod id non esset ecclesiasticæ immunitatis præjudiciale, neque ejus termini intrent, ex pluries repetita ratione, quod iste non est effectus jurisdictionis, & potestatis statuentium, quæ cum ecclesiasticis directè exerceatur, sed est effectus indirectus, qui resultat ex illa decedentium voluntatis præsumptione, quam hujusmodi leges inducunt; Nihilominus quia istius Principatus Tribunalia recepisse videntur aliam opinionem, quam sustinere volebant, idcirco prudens, & laudabile consilium fuit ad tot lites dirimendas ita providere.

6 Stante autem dicto præsupposito, cum quo proceditur, & de quo pluries in Theatro, præsertim disc. 112. tit. de Jurisd. quod paria sint forum fortiri, & legibus ligari, & per consequens ut omnes, qui exempti sunt à foro laicali, hujusmodi statutis non subjacent, omnino necessaria fuit hæc provisio, sine qua penè inutilia, & nunquam operativa hæc statuta remanere videbantur, potissimè ob dictam aliam speciem exemptionis bonorum; Unde propterea unus ex congregatis bene dicebat, quod melius fuisset illa generaliter, & in totum abolere, dum alium ita effectum non operabantur, nisi promovendi magnas, & continuas lites absque fructu, tum ob magnam copiam bonorum de directo dominio ecclesiarum penes laicos, in hoc Principatu magis, quam alibi existentium sub titulo emphytheusis, aut livelli, ob rationem pluries assignatam sub tit. de emphytheus. præsertim disc. 5. & seq. quod scilicet ob intestina bella, & factiones in his regionibus retroactis sæculi vigentes inter Guelfos, & Gibellinos, aliaque similia accidentia, sæculares ad evitandas proscriptioes donabant eorum bona ecclesiis, quæ deinde ab eis sub modica responsione recipiebant in emphytheusim, vel cum alio simili Titulo; Tum etiam ob magnam copiam personarum exemptarum à foro sæculari, qui quodammodo restringi videntur ad plebeas, & pauperes artifices, vel rusticos, super quorum successio-

nibus, nihil, vel modicum importanter, non cadunt quæstiones, cadentes solum in successione nobilium, vel civilium, & divitum, qui penè omnes fori laicalis exemptione ex tot, tantisque diversis titulis, & prætextibus potiri videntur. Siquidem ultra veros Religiosos professos utriusque sexus in adeo copioso, & excedenti numero, & clericos sæculares in sacris, vel in minoribus, habentibus requisita Concilii Tridentini, qui pariter sunt in magno, & estrenato numero, quoad regulares, etiam novitii, quamvis non sint veri religiosi, attamen ad hunc effectum exemptionis pro talibus habentur. Et quoad clericos sæculares in minoribus, quamvis non habeant requisita Concilii, adeò ut non incendant in habitu, & tonsura, neque intersiant in divinis, sed in omnibus sæculariter vivant, adhuc tamen proceditur cum opinione, quod etiam non gaudeant privilegio fori, adhuc gaudent debeat aliis privilegiis clericalibus, & præsertim isto exemptioni, vel non comprehensionis sub legibus, & statutis laicalibus, ex iis, quæ generaliter habentur d. disc. 112. de Jurisdic. & in his terminis specialibus statutorum, de quibus agitur, habetur disc. 6. de successione. ubi recensentur decisiones Rotæ id firmantes. Atque hoc stante penè omnes personæ nobiles, vel civiles intrant sub hoc genere ob affectionem clericatus, præsertim pro capacitate obtinendi pensiones reservandas, vel transferendas.

Et ulterius, ultra clericos sæculares, & regulares, etiam ex illis, qui sunt merè sæculares, major pars eadem exemptione potiri videtur; Siquidem professores illarum militiarum, quæ à Sede Apostolica approbatæ sunt, verè autem non sunt Religiones, in hoc Principatu habentur; & reputantur tanquam personæ ecclesiasticæ, quamvis contrarium praxis docet in aliis Principatibus, ex plenè deductis disc. 92. de Jurisdictione occasione agendi de Militibus S. Stephanii, de quibus, & similibus etiam agitur sub tit. de Jurepatronat. disc. 20. & sub tit. de regular. disc. 1. num. 121. & sub tit. de fideicom. disc. 8. & alibi. Necnon adsunt in magno numero ministri, & familiares, vel patienti, Cardinalium, et Episcoporum, aliorumque Prælatorum, ac Sancti Officii, Fabricæ Sancti Petri, almæ Domus Lauretanæ Collectorum, & sub collectorum spolio, necnon procuratores, & ministri tot collegiorum, monasteriorum, & conventuum, quinimò focii partiarum, & coloni, five famuli laboratores prædiorum ecclesiarum, & monasteriorum, piorumque locorum, imò particularium clericorum, qui omnes præterdunt ista exemptione gaudere; adeò ut vel ita hujusmodi statuta omnino inutilia, & inania remanebant, præsertim personis, tam decedentium, quam excludentium, five exclusorum, vel attentata qualitate bonorum, hujusmodi præsentæ exemptiones, quamvis non omnino firmæ, et certæ, sed incertæ, et disputabiles, magnas, et continuas producebant lites; Ideòque unum de duobus perneceffe decernere, et providere oportebat, vel scilicet, ut præmissum est, hujusmodi statuta generaliter abolere, vel sub illis omnes comprehendere, Ex his autem duobus viis utique melior, et utilior, magisque commendabilis censenda est ista, quam prudentissimus, et zelantissimus noster Legislator elegit, tum ob majus Reipublicæ beneficium, ut bona in familiis, et agnationibus conserventur, tum etiam quia, ut pluries insinuatum est, id magis congruit, et adaptatum est moribus regionum, et populorum, ac voluntatis decedentium.

- a In Ravennaten. coram Card. Ottob. inter suas dec. 149. cum qua processit in aliis casibus relatis disc. 6. & 147. de Successione ab intest. & disc. 25. de testam.
- b In Urbinaten. cor. bon. mem. Card. Taja de qua disc. 6. de Successione. 12. c Ex latè deductis eod. tit. de successione. disc. 5. & alibi.
- d Ex deductis disc. 62. & seq. de fideic. & alibi.
- e In d. tit. de fideic. præsertim d. disc. 63. & 106. & in aliis.
- f Ex deductis disc. 1. de regular. n. 120. & disc. 2. Miscell. ecclesiast. n. 24. & alibi.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Dum non ex ipsorum Statutorum, vel statuentium aliqua jurisdictione, vel potestate, sed ex nostra dumtaxat Apostolica auctoritate hunc succedendi ordinem in dicto nostro Statu immediato, & mediato Italix, ex justis causis, ani-

animum nostrum dignè moventibus, servari volumus, ac statuimus, attenta solum, ac generaliter naturali qualitate agnationis, & sexus pro dicto sine assequendo.

ARGUMENTUM.

An peristam Constitutionem dirimentem exemptiones personarum, & rerum Ecclesiasticarum aliquod resulter præjudicium Ecclesiasticæ immunitatis, & de ratione vera, cui innixa sint ista statuta.

SUMMARYUM.

- 1 De ratione, ob quam statuat ut Apostolica auctoritati, non autem illi statuentium comprehensione ecclesiasticorum referatur.
- 2 Respondetur ad obiectum mali exempli.
- 3 Quare in hac materia nullum dignoscatur ecclesiasticæ immunitatis præjudicium.
- 4 Quod successio sit beneficium legis civilis, quæ certas conditiones, & qualitates adjicere potest.
- 5 Leges sæculares non obligant ecclesiasticos, & quando id procedat.
- 6 An ratio iustitiæ, & æquitatis naturalis, vel publici boni illos obliget, & quomodo.
- 7 Quæ species legis illos obliget, & quomodo.
- 8 Quomodo lex sæcularis disponat de juramento, ejusque vim tollat.
- 9 Quid super matrimonio.
- 10 De exclusione clericorum, & religiosorum in successione, & fideicommissis, aliisque dispositionibus.
- 11 De exclusione illegitimorum à successione.
- 12 De inhabilitate clericorum, in successione feudorum.
- 13 De applicatione ad casum super restrictione successoris ad solos agnatos.
- 14 Quod vera ratio hujusmodi statutorum fundetur in præsumpta voluntate decedentium.
- 15 Intestata successio dicitur testamentum legis.
- 16 De testamentis, quæ per unos fiant nomine aliorum.
- 17 Quod præsumptio, de qua num. 14. sit administrata.
- 18 Quando confessio unius præjudicet alteri.
- 19 De administratis comprobantibus præsumptionem legis.
- 20 De rationibus legis Voconix super exclusione fœminarum.
- 21 Reprobantur rationes contrariæ, quæ fœminis assistunt.
- 22 Quare congruat ut religiosi excludantur.
- 23 Quod eligi debeat majus bonum, vel minus malum.
- 24 Ut attendi debeat qualitas naturalis, non curata accidentali.

§. XI.

Quoniam nonnulli, fortè nimium zelatores motivarunt, dispositionem, de qua in §. antecedentibus, super comprehensione ecclesiarum, & personarum, ac rerum ecclesiasticarum sub hujusmodi statutis, esse præjudiciale ecclesiasticæ immunitati, aperiendo aditum sæcularibus potestatibus idem in eorum ditionibus faciendi, idcirco judicatum fuit opportunum, ad quamdam superabundantiam, omnemque dubitandi occasionem dirimendam, in hoc §. declarare, quod non statuentium, vel statutorum potestati id referendum sit, sed Apostolicæ, & Pontificiæ dumtaxat auctoritati, qua concurrente omnis ecclesiasticæ immunitatis, & libertatis læsio cessat, quoniam ob utriusque gladii spiritualis, & temporalis conjunctionem in isto Principe concurrentem, multa ei conceduntur, quæ aliis Principibus, unum tantum gladium temporalem habentibus, denegantur, ut advertitur supra in §. I. ubi respondetur ad obiectum mali exempli, quoniam dum copulativè concurrere debent in lege condenda, ad hoc ut efficiat, justa scilicet causa, à qua regulari debet voluntas, & potestas, istudque posterius extremum in aliis cessat respectu ecclesiarum, ac personarum, & rerum ecclesiasticarum, atque justa causa id exigit, recurri debet ad Summum Pontificem, qui, cognita iustitia causæ, non solet denegare; ideoque si in aliis ditionibus dignoscerentur eadem superius enunciata inconvenientia, quæ in ista dignoscuntur, utique supplicantiibus Principibus, vel populis, commendabile pro meo sensu nimium esset, idem, cum eadem tamen Apostolica auctoritate non deneganda, decernere, ut etiam Gregorius XIII. decrevit ad supplicationem Perusinæ Civitatis, ex insinuat disc. 5. de successione. ac etiam advertitur Card. de Luca de Statu Success.

in quodam voto, seu discursu, inter varia vota agendo de subjectione Ecclesiasticorum publicis oneribus ex potestate Pontificia.

Cæterum ubi etiam ita provisum non esset, adhuc tamen Ecclesiasticæ immunitatis termini à subiecta materia extranei videntur, quoniam Sacri Canones, vel Concilia, seu Constitutiones Apostolicæ nil favore clericorum, & personarum ecclesiasticarum in ista materia intestatarum successione statuerunt, adeò ut dici valeat, quod clericatus, vel alia ecclesiastica qualitas seculum ferat aliquod jus, vel privilegium, quod ab hujusmodi statutis tollatur, sed illa tota regularè à legibus civilibus sæcularibus, quibus visum est talem succedendi ordinem statuere, illum etiam, ut dictum est supra in §. III. pluries variando; ideoque dum jus antiquum, vel novum, antequam superveniret jus novissimum Authenticorum, vocabat solos agnatos legitimos in exclusionem cognatorum, si ita esset, non potuisset Justinianus in præjudicium agnatorum, qui essent clerici, vel religiosi dictum succedendi ordinem immutare, illosque per matrem, aliosque proximiores cognatos excludere, cum ipse esset Princeps sæcularis, nullam cum Ecclesiasticis habens jurisdictionem, & potestatem. Prout etiam leges feudales non potuissent, invitando solum sæculares ad successionem feudorum, excludere Clericos, vel Religiosos; Aut non deberent ex eisdem legibus civilibus, quæ sunt leges sæculares, excludi à successione illi spurii, vel illegitimi, qui essent clerici, vel religiosi eis non subiecti, cum similibus.

Veritas itaque est, quod jus, vel ordo succedendi est quodam beneficium introductum à lege positiva sæculari, dum lex ecclesiastica, seu canonica in hoc se non intromittit, ideoque ipsamet lex positiva, quæ introduxit hoc beneficium intra certos gradus, illudque poterat non introducere, sed morientium successione generaliter deferre fisco, ut in aliquibus Principatibus, & præsertim in illo Turcarum præsupponitur praticari potuit, ac potest in eodem beneficio, quod posset in totum tollere, adjicere certas condiciones, & qualitates, sine quibus illud obtineri non possit, ac propterea non est directè disponere cum non subditis, exercendo cum eis directè potestatem, & jurisdictionem, sed est quodam disponere per indirectum, exigendo certam qualitatem, sine qua tale beneficium obtineri non possit.

Siquidem pro eruenda veritate ad æquivoca tollenda, tres legum, vel dispositionum species considerandæ veniunt, una est merè directæ in sola ratione potestativa, & jurisdictionali, quia nempe lex directè disponat de personis, & rebus clericorum, & ecclesiarum, five aliquod onus eis imponat, aut eis tollat id, quod jam obtinent, & tunc intrat defectus potestatis, & jurisdictionis, & per consequens, juxta veriore Canonistarum opinionem, apud Catholicos magis tenendam, quælibet lex, vel provisio inefficax censenda est, quamvis justam habeat causam, vel rationem, etiam ipsi naturali iustitiæ, vel æquitati innixam, atque publicum concernat bonum, quoniam iusta causa, vel ratio naturalis iustitiæ, & æquitatis, five boni publici, obligabit quidem ecclesiasticos, qui magis iustitiæ, & æquitatis cultores esse debent, in ea vi, quæ dicitur directæ, id est ex ipsa iustitia; vel æquitate naturali, ad quam servandam lex deserviat tanquam stimulus, vel incitamentum eorumdem, five Prælatorum, & Superiorum ecclesiasticorum ad idem statuendum, & præcipiendum, non autem tanquam lex edita à potestate sæculari, & cum vi coactiva.

Alterà est species illius legis, vel provisionis, quæ directè non disponat cum clericis, & personis ecclesiasticis in præfata ratione potestativa, & jurisdictionali, sed indirectè, & per consequentiam, ita tamen quod nullum habeat bonum, & commendabile finem, vel justam causam, unde propterea dici potius mereatur lata in odium clericatus, vel status Religiosus, five ad fraudandam prohibitionem exercendi cum istis jurisdictionem, & potestatem, ita sub aliquo pallio eam velando, & tunc pariter dicendum est idem, quod in specie præcedenti, idque dignoscitur ex discretiva sententis speciei.

Tertia demum est species illius legis, vel provisionis, quæ indirectè feriat personas, vel res, aut causas ecclesiasticas, & respectivè spirituales, accessorie, & per quamdam consequentiam; directè autem, & principaliter feriat personas propriorum subditorum, five præsupponat aliquod

aliquid factum, vel aliquam circumstantiam in actu spirituali; atque non sit per viam coactionis explicitæ, vel implicitæ, quæ sequatur cum penali privatione juris proprii, & quæriti, sed per viam invitationis ad lucrum, & commodum acquirendum, & per viam conditionis, vel qualitatis, sine qua illud commodum, vel beneficium, quod ab ipso legislatore, tanquam lege animata, five à disponente proveniat, obtineri non possit, adeo nullus actus jurisdictionis, & potestatis cum personis, vel rebus ecclesiasticis exerceri dicatur, & tunc talis lex, vel dispositio valet, atque attendenda est, non tanquam lex obligatoria, sed tanquam adjectio conditionis, & qualitatis necessariæ ad illud commodum, vel beneficium obtinendum, & tanquam vestis nuptialis, sine qua pariterfamilias domi suæ, & in ejus convivio non vult admittere convivas, juxta evangelicam parabolam. Sive tanquam probatio ex legis præsumptione inducta illius facti, quo posito, ex ipomet jure naturali, vel ecclesiastico ille actus cotruit, five aliud resultat præjudicium. Itaque videtur vera, & genuina distinctio, qua mediante, quando veritati, & justitiæ incumbendum sit, non autem factionario stylo, sustineri valet illa pars, quæ propriæ assidat potestati, vel hierarchiæ, omnia conciliatur, & de qua distinctioe latius habetur in theatro actum.

Ut puta (exemplificando dictam theoreticam) certum est, quod juramentum est res merè spiritualis, super qua laicalis potestas directè disponere non potest, neque ejus vim tollere, illud declarando inefficax, & non obligatorium, five absolvendo jurantem ab illius observantia: Et tamen receptum est, ut super illo disponere valeat indirectè, præsumendo scilicet in actu initio sine forma per ipsam præscripta quamdam malam qualitatem, five quodam vitium naturale, quo posito ipsum juramentum corrumpit per consequentiam ex divini, vel ecclesiastici juris dispositione, unde resultat illa infectio, vel inefficacia, quæ expressè, & directè ordinari non potest, puta declarando illum actum vi, dolo, vel metu extortum, dum operatio legis versatur circa factum profanum, inducendo scilicet illam præsumptam probationem facti circa vitium naturale, ex quo de consequenti resultat infectio rei spiritualis; Ita tamen quod ista dicenda sit probatio præsumpta ex præsumptione juris tantum, quæ non docto de contrario, sufficit, possit autem elidi per contrariam probationem veritatis, & sinceritatis actus, & per consequens exclusivam dicti vitii; unde propterea si lex laicalis disponenter, quod censenda esset præsumptio juris, & de jure prohibendo, vel inefficacem declarando contrariam probationem, tunc intraret infectio, quoniam ita esset fraudulenter, & per indirectum disponere super ipso juramento. Idemque ubi eadem lex, non servata forma per ipsam præscripta, adimeret fidem Notario, five adimeret fidem scripturæ, aut alias disponenter super facto, ex quo de consequenti resultat cessatio juramenti ex ejus natura.

Ita pariter matrimonium est res spiritualis, super qua potestas laicalis se ingerere non potest, neque ejus libertatem impedire, ex dispositione juris canonici, clarius verò ex dispositione Concilii Tridentini; unde propterea si contrahenti matrimonium contra ejus prohibitionem, vel non servata conditione adjecta (quod etiam in privatis disponentibus procedit) adiciatur pena, qualis esse dicitur, ubi contraveniens privatur bonis, vel juribus suis, vel alias molestias in persona, five in bonis patitur; & tunc lex, vel dispositio inefficax est, & invalida, utpotè in materia, in qua disponens potestatem non habet, neque se ingerere potest; sed si concedatur beneficium, quod concedens potest non concedere sub certa conditione, vel qualitate adjecta matrimonio contrahendo, adeo sine illius conditionis implemento, vel qualitatis verificatione illud lucrum, seu beneficium obtineri, vel retineri non possit, & tunc talis dispositio valida est, quoties tales non habeat inhonestas, vel parum rationabiles restrictiones, & circumstantias, quod inducant quamdam præcisam coactionem, adeo inesse dicatur fraus, & palliatum exercitium laicalis potestatis in re spirituali, cum similibus exemplis, de quibus in mox citatis locis.

Atque descendendo magis proximè ad nostram materiam successione, si lex, vel privatus disponens ab hæreditate, & successione directæ, seu fideicommissaria, aut à subsidio dotali, aliove beneficio excludat clericos, vel

religiosos, seu moniales, absque aliquo justo fine, adeo ut dici valeat exclusiva, & inhabilitatio in odium status clericalis, vel religiosi, aut cælibis, utique dispositio invalida est, atque rejecta conditione, quæ habenda erit pro non scripta, eadem dispositio suum effectum fortiter debet, ad instar eorum, quæ apud antiquos Romanos habebantur in oppositum ejus, quod habetur apud nos super prohibita viduitate. h Sed si excludatur, vel inhabilitentur clerici, vel religiosi ex honesto, & probabili fine per disponentem desiderato, ut bona deveniant ad sæculares, qui matrimonium contrahere possint; vel debeant, atque Republicam hominibus reperire, & familiam propagare, & conservare; tunc dispositio valida est, distincte bonus finis in dubio præsumitur, non confitio de contrario, in exclusionem delicti, quod inesse diceretur, quando in odium status clericalis, vel religiosi ita disponentur, ut locis supra citatis latius habetur.

Exindèque manat validitas legis laicalis vocanti ad successione intestatam, & respectivè etiam testatam solum legitimis, inhabilitando spurios, & illegitimos, quibus clericatus, vel alia exemptiva qualitas non prodest, quoniam, ut superius dictum est, cum successio in bonis defuncti sit beneficium legis laicalis, quæ potest illud tollere, accipiendum est cum illa qualitate, & conditione, quam ipsa lex adijcere voluit. Itaque est ratio, ob quam sustinetur, juxta veriore, magisque in praxi receptam opinionem, inhabilitatio clericorum, & religiosorum ad succedendum in feudis, vel illam jam obventa retinendum, & quod scilicet infudans ex legis præsumptione laicalem qualitatem pro eo beneficio obtinendo desideraverit, & adijcere voluerit, cum plerisque similibus quæ deduci, & considerari possunt.

Applicando autem ad rem nostram, atque agendo solum in præsentibus de successione intestata, cum de testamentaria, & de potestate legis sæcularis restringendi facultatem testandi, ac disponendi de bonis suis, agatur infra in §. XIX. Non improbabiler fortè dici possit, quod cum jus succedendi in bonis ab intestato decedentis sit legis civilis sæcularis beneficium, quod ab ipsa poterat non concedi, vel possit auferri, five immutari, dum ab ea provenit restrictio ad certum gradum, nempe decimum, ideòque possit restringi, vel ampliari; Hinc sequitur quod quemadmodum ipsa potuit prius inhabilitare genus cognationum restringendo idem beneficium ad genus agnaticum, deindeque restituendo cognationum, ac etiam inhabilitare genus illegitimum, aliorumque inhabilitatorum: ita non videtur quid prohibeat certas adijcere qualitates, sine quibus idem beneficium obtineri non possit, potissimè ubi qualitas, quæ adijcitur, honestum, ac rationabilem habeat finem, ut scilicet bona conserventur in agnationibus, & familiis, atque ita Republica hominibus repleatur, & fiat majoris estimationis, & potentis, quæ in copia, & divitiis populorum verè consistit, non autem in thesauris reconditis in arcibus, quoniam istæ sunt divitiarum mortuæ consumptioni subjectæ, illæ autem sunt vivæ, & renascentes, ideòque consumptioni, & dissipationi adeo non subjectæ.

Verum quidquid sit de ista ratione, solum, & de per se considerata, super qua locus relinquatur veritati, nil desuper firmando; in casu tamen, & ad effectum, de quibus agitur, alia urget ratio potentior, per quam omne dubium super ecclesiasticæ immunitatis præjudicio cessat: præsumptæ scilicet, vel imintellectæ decedentium voluntatis, ut cum hoc ordine eorum successio deferri debeat, quando eis non concedatur expressam suæ voluntatis declarationem tacere. Quemadmodum enim si decedens condit testamentum, atque in ejus ultima voluntate jam probata vocat solum agnatos masculos, vel solum sæculares, excludendo, & inhabilitando clericos, & religiosos, ac moniales, dici non potest aliquod ecclesiasticæ immunitatis præjudicium adesse. Ita quando ista voluntas non habeatur explicata, vel sufficienter probata, potest lex illam supplere, vel præsumere, dum intestata successio dicitur testamentum legis, quæ illud facit pro decedente intestato, vel intestabili. Sicuti habemus in jure, quod pro pupillo intestabili pater, vel avus paternus testatur cum illa substitutione, quæ pupillaris dicitur, vel pro agente, seu furioso testatur illi conjuncti, quibus lex hanc dedit facultatem, cum illa substitutione, quæ dicitur exemplaris, ac etiam in aliquibus decretibus Episcopus testatur ad pias causas pro decedentibus ab intestato, ita istorum verisimilem voluntatem explicando,

cando, vel supplendo ex deductis disc. 24. de testam. cum similibus.

Idque citra omnem dubitationem procedit, ac recipiendum est, quoniam non est præsumptio, vel suppletio, quæ proveniat à sola potestate, & operatione legis, cui ita statueri placuerit, absque probabili fundamento veritatis, sed est præsumptio nimium administrata; unde quemadmodum habemus, quod confessio, vel alia dispositio alieno nomine facta, per Prælatum, vel Rectorem, five curatorem, aut procuratorem, aliumve administratorem, non habentem liberam potestatem disponendi de bonis, vel juribus illius, cui præjudicatur, adhuc administrata attenditur, & probat fidei multò magis dicendum est, quod quando veritatis administrata concurrunt deferri debeat declarationi, vel dispositioni Communitatis statuentis, ita explicantis, vel suppletis voluntatem, juxta mores proprii populi, quorum benè conficia est, optimeque informata; Istique videntur veri, ac proprii istius materiæ termini, non autem illi, qui per superficiales pragmaticos adherere solent, totum referendo potestati, & jurisdictioni substantiæ.

Administrata verò sunt plura, quæ unitim considerata, cum solita vulgari regula, ut singula que non profunt unita juvent, ponunt rem in claris. Primo, nempe ob antiquas leges, & mores Romanorum, de quibus supra in §. III. Secundo, ob eosdem mores continuatos sub longa dominatione Longobardorum, absque eo quod de intermedia interruptione constet, ut ibidem advertitur: Tertiò, ob post sequatam introductionem feudorum, cum eodem ordine successione restrictæ ad agnatos masculos foeminas regulariter exclusis, ut pluries in sua sede sub tit. de Feudis. Quarto, fortiter ob communem, penèque universalem usum istorum statutorum ex infinitis supra §. II. ita occurrenti errori introducto in hac regione contra populorum sensus, & mores per Juristarum illorem temporum simplicitatem, recipientes pro legè correctoria, & obligatoria jus novissimum Authenticorum, quod Græcorum potius, quam Italarum moribus congruebat. Quintò, fortissimè ob actualem adeo communem, & frequentem praxim, quam habemus in ordinationibus fideicommissorum, ac primogeniorum, & majoratum, quoniam, ut liquet ex multis casibus recentis, in tit. de fideicommiss. præsertim disc. 24. cum plurib. seqq. consuetudo est præferendi agnatos, quamvis remotos transverfales foeminas, & cognatis per eas, & quamvis essent descendentes, & de proprio sanguine, quinimò etiam extraneos fidei agnationem renovaturos, ut disc. 30. & seqq. eod. tit. de fideicommiss. Sextò, ob alteram consuetudinem, quæ tendit in idem, de qua in sua sede sub tit. de renunciat. quod parentes, & fratres solliciti esse solent de renunciationibus faciendis per filias, vel per sorores, ut bona in agnationibus conserventur? Et septimò clariùs, adeo non administratum, sed aperta probatio dici mereatur in hoc principatu, ob supradictam penè universalem declarationem animi factam per populos, ac etiam pro majori parte per clericos, ut supra.

Urgent quoque binæ rationes per DD. considerari solitæ pro justificatione legis Vocatiæ, & per consequens istius consuetudinis Italiæ, & statutorum de quibus agitur. Una scilicet, quod ita conservantur familiarum nobilitas, decus, & splendor, ac memoria defunctorum, quod naturaliter homines nimium ambiunt, & propterea cum adeo exacto studio, & diligentia ordinantur perpetua fideicommissa, majoratus, & primogenia, atque solliciti sunt viti prudentes de ampliffimis renunciationibus mulierum, ut etiam superius advertitur.

Et altera magis viva, magisque congrua, & convincens est ratio, quæ concernit non solum justitiam, & æquitatem privatam concurrentium ad successionem, sed etiam publicam utilitatem, beneque regulatum regimen Principatus, vel Reipublicæ; quod scilicet ut plurimum major esse solet numerus foeminarum, utpotè non subiectarum excidiis, aliisque casibus mortis violentæ, vel etiam naturalis immaturæ, quibus subjacent viri non autem mulieres in bellis publicis, ac privatis, & intestinis, ac replectivè ob labores, & magna incommoda campestria in exercitio agriculturæ, necnon frequentius subjacent casibus mortis per manus justitiæ ob delicta; E converso autem viri non autem mulieres sunt, qui præstant servitia personalia, & realia Principi, & Reipublicæ, aliisque supstant onera, & magna incom-

Card. de Luca de Statut. Succes.

moda; ideòque certum est, quod Reipublicæ interest, ut pænes istos resideant bona, cum quibus commodius distat onera, & servitia præstari valeant, omniq; justitiæ, & æquitatis ratio exigat, ut majus habeant commodum illi, qui sentiant majus incommodum, non autem ut majus incommodum habeant mulieres, quæ nullo incommodo subjacent, earumque longè melior sit conditio, ut clarè ad sensum.

Exindèque ad evidentiam convincentium parum solidæ binæ rationes per dictum Jus novissimum Justiniani ad foeminarum favorem assignatæ: una scilicet, quod ita exigat æquitas, dum ista manifestè resistit, ut supra: & altera, quod ita esset quodammodo accusare naturam, quod foeminam generasset, quoniam istam, utpotè destinatam procreationi liberorum lex melius providit, quam virum cum dote, ideòque mulieres esse debent sua sorte, & portione contentæ; E converso autem ita esset redarguere, non solum antiquos sapientissimos Romanos, qui fundarunt illud magnum Imperium, quod fuiti Græci auctores dictæ novissimæ legis destruxerunt, sed etiam ipsimum Deum, quod ita per legem ab ipso conditam statuerit; unde merito insulas, & pueriles istas rationes plerique Scriptores appellant. g Imò ipsemet Justinianus, licet volens, fateatur hanc veritatem, quod lex duodecim tabularum quamdam contineret antiquam simplicitatem. h

Ac etiam, respectu præsertim religiosorum utriusque sexus, nimium urget consideratio, de qua disc. 63. & seq. de fideicommiss. & alibi, quod scilicet atenta potissimè opinione Canonistarum, cum qua in hoc Principatu proceditur, quando successio defertur religioso professo unius, vel alterius sexus, illam capit directè, & immediatè jure proprio monasterium, quod est penitus extraneum, ejusdemque successione incommodum non tendit in personam conjuncti, & de sanguine, quæ ita eodem modo continuat in victu, & vestitu, & aliis, quod si aliqua commoditas crescit, illa communis, & æqualis est omnibus aliis religiosis, vel monialibus penitus extraneis, & quandoque de familiis, vel generibus malevolis, aut parum gratis; ideòque non de facili in mentem cadere potest, ut in id decedentis voluntas trahatur; Considerando potissimè illud magnum absurdum, quod exindè sequitur, ut foemina in sæculo nuptæ, quæ filios, & posteriores descendentes procreaverint, nimium à decedente dilectæ, & quæ Reipublicæ proficua sunt, atque de facto reputantur de sanguine, & de parentela, debeant excludi, utpotè subjectæ statuto; & tamen debeant succedere moniales, quæ reputantur in sæculo mortuæ, & non amplius de sanguine, & parentela, & quod magis est, ad commodum extraneorum, ut supra.

Verum quidem est, quod ista consideratio absurdorum productiva in religiosis professis potest retorqueri quoad religiosos masculos agnatos, quibus statum prodest in exclusionem foeminarum, & cognatorum in sæculo existentium, potissimè ob nostræ Constitutionis dispositionem in præsentibus in fine, ut sola qualitas naturalis attendi debeat, quæ in religiosis professis, capacibus in communi, adhuc durare dicitur, ideòque non resistente disponentis voluntate, illi succedunt etiam in fideicommissis merè agnatiis, id dum ita verificatur præfatum absurdum, ut monasterium extraneum ad commodum ignotorum, & quandoque infensorum excludat illos de sanguine in sæculo existentes. Verum iste casu magis rarus est, illumque tolerare congruat ad effugiendam claudicationem, ac etiam ne alias dici possit, quod lex proderit in odium religiosorum, ut alicui de ignaro vulgo, non callentes quid dispositio determinet, ejus publicationis initio obloquuti sunt. Impossibile namque est in hoc mundo omnibus consulere inconvenientibus, atque talem eligere adeo bonam, & perfectam viam, quæ aliquid malum, vel imperfectum aliquam non habeat, sed ut in omnibus aliis Mundi rebus, & negotiis contingit, procedendum est cum præponderantia, eligendo scilicet illam viam, quæ majus bonum, five minus malum continet, ita cum hujus §. determinatione, ut sola qualitas naturalis attendi debeat, non curata accidentalibus, quæ superveniat, omnem litium occasionem dirimendo. Quamvis enim, hoc non obstante, attendenda quoque veniat qualitas accidentalis professionis in Religione incapaci, etiam in communi, attamen id provenit, quia tunc persona reputatur verè mortua, etiam in testamentariis, directis,

directis, vel obliquis successioneibus, ideoque iste casus non facit ad rem.

a In tit. de dot. disc. 12. 143. & 144. disc. 73. & 84. de testament. disc. 44. de fideicom. disc. 14. de matrim. disc. 8. de alienat. & contract. prohib. disc. 20. de feud. & in aliis. b Ex plen. collectis per Altograd. conf. 77. lib. 2. edito in eodem casu, de quo d. disc. 44. de fideicom. c Ex deductis disc. 16. 17. & 54. de feud. d Ex deductis disc. 63. & seqq. de fideicom. & in aliis locis supra citatis. e Bald. consil. 205. num. 1. lib. 4. Rot. apud Cels. dec. 248. numer. 1. cum aliis disc. 1. num. 8. disc. 3. num. 21. & disc. 22. nu. 5. de success. & alibi. f Ex deductis agendo de concessione disc. 23. num. 29. de iudicis, ac etiam sub tit. de tutor. & administ. & alibi. g Rider. in d. audent. de success. C. de suis & legit. num. 111. Barrovig. in §. item vetustas num. 1. Institut. de hered. que ab intestat. deferunt. h §. ceterum vers. & hec quidem Institut. de legit. agnator. success. i ex deductis disc. 63. & seqq. de fideicom.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Nullaque etiam ratione habita mixtura personarum non excludarum in medio existentium, aliave qualitate, ob quam huiusmodi Statutorum, & legum cessatio, & reversio ad jus commune præteriri valeat, adeoque unicum, uniforme, ac univertale fit jus, & ordo successioneis ad ipsorum respective Statutorum præscriptum, ex præfato agnationis favore.

ARGUMENTUM.

De casu mixto, quando scilicet adsint in medio personæ non exclusæ, an faciant cessare statutum, etiam quoad exclusas.

SUMMARIUM.

- 1 Quæ sit casus mixtus, de quo in hoc §. agitur, & quod mixtura faciat cessare statutum.
- 2 Etiam si persona, quæ est in medio nolit, vel non possit succedere.
- 3 Distinguantur plures casus.
- 4 Quando persona non nominata est proximior, & de jure vincit omnes, ac successione agnosci, cessat statutum.
- 5 De motibus, & considerationibus in contrarium.
- 6 De differentia inter leges conditas à non recognoscente superiorum, & conditas à subdito.
- 7 Quando personæ non nominatæ habeantur pro neglectis, & exclusis.
- 8 Eadem est ratio totius quoad totum, & partis quoad partem.
- 9 De casu, de quo num. 2. quando persona existente in medio nolit, vel non possit succedere.
- 10 De considerationibus habendis super intelligentia statutorum.

§. XII.

Quando inter superstites, qui legitimos successores ab intestato mortis se prætendunt, atque attenda juris communis dispositione ad successionem aspirant, dignoscitur mixtura, quia nempe adsint personæ, de quibus statutum loquitur, ac disponit in utraque parte exclusiva, activa, & passiva, ut exempli gratia pro frequentiori contingencia accidit in filiis, aliisque descendentes masculis, & foeminis, vel in fratribus, & sororibus &c. adfit verò alia persona, de qua statutum non loquitur, nec disponit, ut sæpè contingit in matre, vel in patre, aliisque ascendentes in medio existentibus, vel e converso disponente statuto de exclusione matris, vel alterius ascendentes, adsit aliis collateralibus, de quo illud non loquitur, cum similibus, adeòt non agatur de illo casu simplici, de quo statutum disponit, & loquitur, sed dici mereatur casus mixtus; Et tunc apud fori professores hodiè videtur firmum, ac receptum, ut non intret dispositio statutaria, sed, ea cessante, fiat reversio ad illam juris communis, non solum quoad personas non exclusas, de quibus statutum non loquitur, sed etiam quoad exclusas, tanquam ex cessante statutaria dispositione, perinde ac si ista in rerum natura non adesset; Adeoque in hoc se extendunt DD. ut velint id procedere, quamvis illa persona, quæ facit mixturam, utpotè à statuto non nominata, nolit, vel non possit succedere, ista ut quoad effectum successionis ad ejus commodum, ha-

beat ac si non adesset, unde propterea egomet in casus contingentia, quamvis contra proprium sensum, vel principium genium in judicando, vel consulendo pro veritate istam conclusionem sequi uti sui, in casu tamen, quo mater, quæ in medio erat, poterat, & volebat succedere, prout jam successione agnoverat. a Ex tunc autem, ut ibidem patet, præsertim circa ampliacionem, quando persona existens in medio non potest, vel non vult succedere, sive habet jus successionis in parte, difficultatem habebam, dictaque ampliatio dura, & exorbitans mihi visa est, ac probabili rationis fundamentò destituta, unde propterea optavi occasione disputandi formiter, & ex professio hunc punctum, sed casus illam non præbuit de tempore, quo in munere advocacionis ista erat mea sphaera, & principalis occupatio; nunc verò utpotè in diversa sphaera, diversaque occupatione, quæ orium nimum parce præberet, tali desiderio satisfacere non conceditur, ideoque opus posteros relinquatur. Ad eorum tamen ingeniorum excitationem insinuatur distinctio diversorum casuum, qua mediante ad veritatis notitiam deveniri melius, ac facilius valear.

Plures itaque casus in hoc proposito distinguendi, & considerandi videntur, quorum primus est, quando exempli gratia Mater, vel alia persona, quæ in medio existit à statuto non considerata, omnium proximior est, adeòt de jure non admittat aliorum concursum, sed ipsi integra successio debita sit, illamque agnoscere velit, & de facto agnoscat, qualis erat casus, de quo d. disc. 3. de success. Alter est casus conversus, quando mater, vel alia persona superstes, à statuto non considerata, nullum habet jus successionis, nec in toto, nec in parte, adeòt questio, & concursus esset solum inter illos, de quibus statutum loquitur, vel quia sit remotior, vel quia licet proximior, ab eodem jure communi, sive etiam ex alio jure particulari sit exclusa, puta quia reperitur professio in Religione incapaci, etiam in communi, quod facit personam mortuam, & non existentem in rerum natura; vel quia, ut in matre contingere solet, exclusa fit à successione filii ob transitum ad secunda vota, non curata provisione de tutore, juxta deducta disc. 29. cod. tit. de success. cum similibus casibus, qui contingere possunt. Tertius est casus, quando matri, vel alteri personæ in medio existenti, à statuto non contemplatæ, ideoque facienti mixturam, debita non est successio in totum, sed in parte, adeòt æqualem concursum habeat cum aliis excludentibus, & exclusis respective, de quibus statutum disponit; ut contingit quando supersunt mater, ac frater, & sorores utrinque conjuncti, ipsa verò mater, vel alia persona non contemplata potest, & vult succedere, suamque agnosci portionem. Et quartus demum est, quando eadem persona non contemplata, quæ mixturam facit æqualiter, vel inæqualiter, concurrat cum excludentibus, & exclusis, ut supra, sed non vult, vel non potest succedere, adeòt, respectu effectus, talis persona habeatur pro non extante, an faciat cessare statutum, ut propterea persona exclusa admittatur.

In primo casu, in quo persona non contemplata in medio existens, quæ mixturam causat, est omnium proximior, adeòt de jure communi omnes vincat in successione, quam agnoscat, ideoque sequatur effectus ad ejus favorem; & tunc probabiliter pro ista persona proximiori non exclusa respondendum videtur, quoniam dicendum est potius casus omisit, quam mixtus, dum mater, vel alia persona proximior non exclusa dicere potest sibi non ob stare statutum, quod ejus respectu habendum est pro non extante, juxta auctoritates in Theatro recensitas, b unde propterea in praxi nimium difficile esset ab ista propositione recedere. Adhuc tamen ratiocinando, ut decet, advertendum, seu reflectendum videtur ad tempus, in quo statutum conditum est, ac etiam ad personam statuentis. Si enim agitur de statuto condito per Civitatem, seu Communitatem subditam de tempore moderno, & postquam illi successioneis ordo, quem hodiè, ex sæpius insinuato jure novissimo Authenticorum habemus, jam introductus, ac receptus erat, adeòt præsupponendum veniat notus statuentibus, & tunc id rectè procedat, cum ita videatur noluisse statuentes tollere jus, quod jam competeat illi proximiori personæ, quam sub silentio relinquere voluerunt; ac etiam quia intrare potest defectus potestatis, à qua voluntas regulanda est, necnon isto casu dicitur illa lex municipalis inferior, quæ regulariter odiosa est, atque strictè interpretanda, ut quo minus fieri potest jus commune corrigat.

Sei si sit lex, localis quidem, comparativè ad reliquum Orbem terrarum, mereatur verò in ea Ditione, seu Civitate dici communis, magisque favorabilis, ac majoris prærogativæ, quàm sit ipsum jus commune Romanorum, juxta distinctionem, de qua supra §. II. quia nempe, saltem attento eo tempore, condita sit per Civitatem, vel Dominum non recognoscentem superiorem, atque habentem jura Principatus, & condendi leges, quamvis potest effecta sit Civitas subdita, factaque sit lex de tempore, quod vel juxta legalem historiam recentissimam §. III. legum civilium inventio adhuc non esset sequuta, vel si sequuta, adhuc tamen in ea regione sequuta non esset acceptatio, & usus communis, adeòt cognitum, vel firmum non esset illud jus successorum matris, aliorumque parentum in concursu agnatorum, quod hodiè habetur, ideoque non facere mentionem matris, sive illorum ascendendum, & cognatorum, de quibus localis lex non loquitur, non proveniret ex eo, quod in animo legislatoris non fuerit illis præjudicare, suumque jus tollere, sed potius proveniret ex præsupposito illius exclusionis, quam juxta enunciatis antiquos mores, & leges Romanorum, & regionis jam patiebantur, adeòt in concursu agnatorum jus non haberet; & tunc secus dicendum sit, investigando statuentium voluntatem, ac substantiam veritatis, non autem Interpretum, vel Consulentium subtilitates, frequentius verò legaleas simplicitates, ex eo derivantes, quòd ut plurimum hujus facultatis Professores opinantur, à tempore Justiniani usque ad præsentem continuatus fuerit semper ille succedendi ordo, quem nunc habemus, quodque retroactis sæculis vigeret præfatum jus novissimum editum in Græcia, eodem modo, quo ab aliquibus sæculis citrà nunc viget, ac receptum est, atque ex ista credulitate, tanquam à fonte, manant omnia Pragmaticorum æquivoca, & simplicitates.

Considerando quoque notabilem differentiam, quæ dignoscitur inter leges Principis, vel Civitatis non recognoscentis superiorem, & habentem jura Imperii, & leges Communitatum subditarum, & de qua differentia habetur actum supra §. II. quoniam ista posterior species propriè dicitur jus municipale juri communi contrarium, quod strictam, & rigorosam recipit interpretationem, ideoque non incongruit rigorosa ratio considerata d. disc. 16. de success. nu. 21. ut sufficiat casum reddi mixtum ad faciendum cessare statutum, quod disponit de casu simplici, secus autem ubi agitur de prima specie illius legis, quæ dici meretur verè communis, ac principalis, & propria, adeòt illa lex civilis, quàm communem dicimus, sit pedissequa, & subsidiaria, quatenus prima deficiat, quoniam tunc cessant omnes ille propositiones, quæ in lege inferiori, & municipalibus habentur, & cum quarum præsupposito procedunt omnes auctoritates, & decisiones, quæ desuper circumferuntur, atque in hoc dignosci videtur error superficialium Pragmaticorum procedentium cum generalitatibus percutientibus statuta, sub quorum nomine veniunt solum leges municipales conditæ per subditos, non autem leges conditæ per illum, qui est ibi Imperator, cum istæ in illa ditione primario sint communes, ad hanc distinctionem non reflectendo.

Quemadmodum enim jure antiquo, vel medio Romanorum, quod in Pandectis habetur, præscribente successioneis ordinem ad favorem agnatorum, neglecta matre, aliisque ascendentes, vel cognatis collateralibus, immò neglecto patre, vel avo paterno, in quibus non dabatur jus successorium, sed solum jus vendicationis jure peculii, ob incapacitatem, quæ in filio, vel nepote dignoscitur possidendi aliquid jure proprio; non per hoc mater, aliique ascendentes, vel collaterales cognatitii generis dicere poterant, quod ob mentionem expressam de eis non factam super exclusione, esset casus omisit, ideoque lex eis ob stare non deberet; quoniam præscribente lege illum succedendi ordinem, & restringente jus successorium ad certum genus personarum, reliqui censentur implicitè exclusi, ut etiam habemus in legibus, vel consuetudinibus feudibus vocabantibus ad successionem solos agnatos, atque non vocantibus matrem, aliosque ascendentes, qui propterea nullum jus in tali successione habent: ita pariter dicendum est in huiusmodi legibus, quæ magis propriè, magisque principaliter jus commune, & favorabilis in eo loco formant, quoniam ordo per illas determinatus attendi debet, atque omnes, qui per eas, non vocantur, pro exclusis censendi sunt, dum, ut præmissum est, successio provenit ex providentia, & beneficio legis

quæ potest pro libito assequutionem hujus beneficii ad certas personas per eam expressas restringere, ita implicitè aliàs excludendo, absque necessitate faciendi de eis mentionem aliquam. Atque ad hæc posteritas, utpotè non asfucta currenti stylo procedendi more cæcorum cum auctoritatibus, & decisionibus in sola littera, & generalitate, rogatur advertere, benèque reflectere, quoniam facilius veritatem agnoscat.

Idem quod de hoc primo casu dicitur, sive attendatur pars doctrinalis, sive ratiocinativa, ut supra, cum sua proportione procedat, ac dicendum videtur in tertio casu, in quo mater, vel altera persona à jure vocata habet solum jus succedendi in parte, quam tamen vult, & agnoscat, adeòt exempro à statutaria dispositione suum effectum ad ejus favorem producat, cum eadem sit ratio totius quoad totum, ac partis quoad partem.

In aliis verò duobus casibus, in quibus persona à statuto non contemplata, nec nominata, ideoque ab ejus dispositione exempta ex voluntate, vel ex impotentia nullum successioneis commodum reportet, adeòt solum deserviat pro inducenda mixtura, per quam tollatur de medio dispositio statutaria, ut fiat locus aliis exclusis, absque aliqua propria utilitate, ita (ut dici solet) faciendi partes illius piscis, qui delinens dicitur, ut sine proprio commodum aliis piscibus damnnum inferat; Quamvis attentis auctoritatibus, & præsertim Rotæ Romanæ decisionibus videatur, quod eadem mixtura eundem operetur effectum; At tamen quidquid more Advocati, potius cum aliqua affectione erga emeritum, & dilectum clientem motivetur d. discurs. 16. num. 21. ubi tamen habetur protestatio, quòd maturum iudicium desuper efformari non potuerit; adhuc verus videtur id, quod insinuat d. discurs. 3. ex n. 20. ad fin. & d. disc. 45. ut ista potius censeatur quædam legalis metaphysica, vel superstitiosus rigor probabilis ratione destitutus. Non tamen opus est nunc id formiter comprobare, ideoque sufficere relatio ad motivata locis citatis, dum per nostram Constitutionem huiusmodi exorbitantes, & irrationabiles superstitutiones jam sublatæ sunt, expressè decernendo, ut statuta, prout disponunt, nulla ratione habita istius mixturæ, attendi debeant, adeòt unus, & idem sit succedendi ordo uniformis, & universalis, spectato fine, sive effectu, non autem formalitate verborum, quæ potius Grammaticis, quàm Jurisprudentiæ professoribus, & Judicibus congruit, ut generaliter in omnibus humanis dispositionibus tam viventium, quàm morientium habemus in jure, ex pluries deductis in Theatro. Considerando potissimè in quod d. disc. 3. de success. & alibi sæpius advertitur, quòd scilicet huiusmodi statuta ordinata fuerunt in illis sæculis, & temporibus, in quibus lingua latina erat nimium corrupta, atque barbaries regnabat, neque habebatur notitia illarum subtilitatum, & propositionum, quæ postmodum supervenerunt, etiam in magnis, multò verò minus in mediocribus Civitatibus, longèque minus in parvis Oppidis, & locis, unde propterea statuta concepta fuerunt rudi modo, & cum quadam simplicitate idiotiarum, & per consequens attendi debet substantia voluntatis, sive finis, & effectus volutus, & consideratus, non autem immorandum est in grammaticalibus significationibus verborum, vel in superstitiosis Juristarum, & præsertim scholasticorum, quales antiquiori tempore erant Consulentes.

- a Ut patet ex deductis disc. 4. de success. ab intestat. n. 5. cum seqq. ubi habentur auctoritates istam propositionem firmantes, ac etiam disc. 16. & 47. cod. tit.
- b Dist. disc. 3. n. 16. & seqq. ac etiam d. disc. 16. num. 19. & seq. & d. disc. 47. c. Decis. 49. p. 1. recent. & decis. 43. p. 7. cum aliis deductis d. disc. 3. ex nu. 16. ad fin. & disc. 16. ex nu. 19. ad fin. & disc. 46. eodem tit. de success.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Quoque in quolibet casu dubio, & quomodolibet disputabili favore masculorum de agnatione in exclusionem feminarum, & cognatorum, tam ascendendum, etiam matris, quàm descendendum, & collateralium, huiusmodi legum, & statutorum interpretatio facienda sit.

ARGUMENTUM.

De diversis dubiis, & questionibus in ista materia cadentibus, quæ compendiosè insinuantur, ad effectum ostendendi-

denari cur ista provilio facta sit. Et quoniam sit pzo-rogativa particularis matris.

SUMMARYUM.

- 1. Quare in hoc § fiat mentio matris.
- 2. An valeant statuta excludentia matrem.
- 3. Quod antiquitus mater jus in successione non habere.
- 4. Magis tenetur erga parentes, quam erga liberos.
- 5. De erroribus juristarum circa tutelam.
- 6. De aliis erroribus circa onus dotationis, & alimentorum.
- 7. Quare fuit opus providere in casibus dubiis, & disputabilibus.
- 8. Quod quandoque neque ista cautela sufficiat.
- 9. Quare, & quomodo infnuentur aliquae quæstiones.
- 10. De confirmatione statutorum an, & quando sit necessaria.
- 11. De exemptione bonorum existentium extra territorium, & que bona circumscribantur loco.
- 12. De exemptione bonorum existentium in territorio de directo dominio Ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum.
- 13. De quæstionibus super exemptione personarum ecclesiasticarum, istaque est triplex.
- 14. An vocati per statutum, cui subjaceant, excludant foveles ipsi statuto non subiecto.
- 15. Quoniam sint persone ecclesiasticæ.
- 16. De combinatione statutorum, personarum, & bonorum an attendatur.
- 17. De mixtura personarum in medio non existentium non exclusarum, quid operetur.
- 18. An statuta loquentia de successione decedentis ab intestato locum habeant in successione intestabilis.
- 19. De eadem quæstione, de qua supra nu. 2. an valeant statuta excludentia matrem.
- 20. An exclusio sit perpetua, & simplex, vel potius temporalis cum reintegratone.
- 21. Quando feminae reintegrentur ad successionem, sive masculientur ob dotem non datam.
- 22. Statuto excludente matrem, & sorores ob agnatos etiam remotos, an intelligatur solum de agnatis lineæ inferioris, non autem superioris.
- 23. An sub nomine agnatorum veniant feminae agnatæ.
- 24. An sub nomine masculorum excludentium feminas veniant masculis ex feminis.
- 25. Exclusa matre an aducere debetur legitima.
- 26. An detur extensio à paritate, vel majoritate rationis, & an exclusio favore agnatorum transversalium includat patrem, & avum paternum.
- 27. Exclusio feminis, vel cognatis ob masculos, vel agnatos, an intelligatur data gradu equalitate.
- 28. Statuto demandante feminarum exclusarum dotationem, an unica dos pro omnibus sufficiat.
- 29. An dos debita ex statuto feminis exclusis succedat loco legitime.
- 30. De effectibus exinde resultantibus.
- 31. De modo extrahendi dotem à statuto demandatam, pro feminis exclusis.
- 32. An feminae exclusæ faciant numerum, & partem, & quomodo.
- 33. An legitima liberorum exclusorum à statuto possit tolli in totum.
- 34. Ordo successionei statutarie an procedat in necessaria successione feudis, vel emphiteusis, aut fideicommissi, & simili.
- 35. An statutum favore agnatorum locum habeat in bonis obventis à matre, seu latere materno.
- 36. An inter fratres, eorumque filios à statuto vocatos attendatur duplicitas vinculi.
- 37. De computatione graduum, an fieri debeat juxta jus civile, vel canonicum.
- 38. An hec statuta procedant cum illegitimis legitimatis.
- 39. Statutum deferens successionem patri, an suffragetur vinctum.
- 40. De verificatione civilitatis, & subiectionis statuto, ad obtinendum ejus beneficium. Et de adoptivis.
- 41. Cum qua regula in hac materia procedi debeat.

§. XIII.

Ascendentium vocabulum genericum, compiectitur adque dubio de sui natura matrem, adhuc tamen providè istius, citra superfuitatis vitium, facte est mentio specialis, ad occurrentium consuetis Juristarum superstitionibus,

nibus, dum eorum aliqui adeo favorabilem reputant matris causam, ut potè ante partum onerosam, in partu dolorosam, & post partum laboriosam, ut putent non posse per statutum illam à luctuosa fili successione excludi, potestatem negantes, quasi quod nimium exorbitans, & irratiabilis esset lex naturali juri quodammodo contraria. Id autem continere videtur clarum æquivocum, quoniam ista successione materia, ut pluries insinuatum est, tota provenit ex positivæ, seu civilis legis beneficio, quæ in totum tale beneficium tollere potest, sive pro ejus libitiois concedere, & aliis denegare; atque de facto apud Romanos, ut liquet ex antiquo, vel medio jure Pandectarum, penè nullum, vel longè inferius erat jus matris, & ascendentium, vel conjunctorum per ejus latus, quam esset patris, & ascendentium per latus paternum, imò, & collateralium agnatorum; idemque recentiori tempore introductum est per ejus Feudorum; Ac etiam hodiè quando adfunt liberi, non curantur pater, & mater, aliique parentes, & tamen quando juxta regulas imaginarii juris naturæ procedendum esset, res deberet esse in oppositum, quoniam erga liberos nullam habemus positivam obligationem, quia nullum ab eis recepimus beneficium, ut è converso habemus erga parentes, & præsertim erga matrem in tribus statibus supra recensitis; unde propterea apud Morales magis communiter ad patris, & matris favorem deciditur illa idealis, & nunquam praticari solita quæstio, quam solent Magistri examinare in Insitutionibus ad tyronum ingenia exercenda, quod scilicet si quis habeat patrem, & matrem, & liberos æquè pauperes, ipse autem non omnes, sed aliquos tantum alere possit, teneatur potius erga parentes, quam erga liberos, ratione gratitudinis, & obligationis antidotalis, & tamen in hoc jure successorio res est in oppositum, idèque hujusmodi dubitationes parum probabiles dici merentur; Adhuc tamen opportunum fuit id exprimere, quoniam frequens praxis docet, quod apud aliquos, pro ingeniorum varietate, plus valent fabulæ, quam probatissimæ historiæ, & veritates.

Et quidem in hoc proposito matris, aliorumque ascendentium, vel conjunctorum per ejus latus, multi dignoscuntur apud aliquos ex nostris errores, quorum aliqui recensentur in Consilio legis, & rationis. Siquidem jus antiquum, imò etiam novum excludat omnes feminas, etiam matrem à tutela, vel cura; supervenit autem jus novissimum Justiniani, feminis adeo favorabile, in gratiam (ut aliqui volunt) Theodoræ Augustæ Dominatricis, per quod mater, & avia, solum habitantur, atque remoto obstaculo, capaces tutelæ, & curæ redduntur, & tamen nostri, regulando tutelam ab ordine successionei, tutelam matri deferunt supra omnes ascendentes, & collaterales agnatos, imò supra ascendentes paterni lateris, qui pupillum non habeant in potestate, quorum conditio potior erit, idèque majoris potentie reputant jus matris, adeo Summo Pontifice deferente quorundam pupillorum tutelam valde qualificato patruo, tunc Prælato, ad Cardinalatum postmodum evecto, à quo pupilli magna consèqui, & sperare poterant beneficia, exclusa matre non multum regimini apta. Aliquibus visa est ista gratia nimium exorbitans, & injuriosa, atque juris naturalis quodammodo violativa, quod est improbabile, ut loco citato advertitur.

Eadem, fortèque major simplicitas, vel ineptia manans ex consueto fonte non reflectendi ad historiam legalem, ac temporum, & juris distinctionem, dignoscitur circa ordinem, vel onus alendi, & dotandi filios, & descendentes, quoniam cum per jus Digestorum & statutorum alimentorum ordo, vel obligatio, ut scilicet prior obligatio debeat esse patris, & successivè avi paterni, aliorumque ascendentium ejusdem lateris, in quorum omnium defectum subsidiaria intret obligatio matris, & successivè avi materni, aliorumque ascendentium ejusdem lateris, in quorum defectum intret alia subsidiaria obligatio aliorumque collateralium, exinde nostri desumunt ordinem dotationis fœminarum, ob argumentum, quod receptum est procedere ab alimentis ad dotem; idèque dicunt primò obligatum esse patrem, & successivè avum paternum, alioque ejusdem lateris ascendentes, in quorum omnium defectum obligatam dicunt matrem, & successivè ascendentes materni lateris, adeo tenaciter hunc ordinem tenentes, ut putent illum etiam transire ad successores, & bona jam defunctorum ascendentium paterni lateris, adeo ut istis fideicommissum in eorum bonis ordinaribus cum stricta, & rigorosa alienationis prohibitione, si puellæ descendentes habeant matrem, vel alios ascendentes ejusdem lateris

lateris divites, adhuc tamen ex subsidiario remedio Authenticæ Res quod dotem ex bonis fideicommissariis consequi debeant, quod etiam ad dotes restituendas per descendentes ampliatum est. Et tamen id continet manifestam irratiabilitatem, atque verius dici meretur contrarium juri naturæ, quod docet, ut eum sequi debeant incommoda, quem sequuntur commoda, ac vulgarem regulam secundum naturam &c. quoniam decedentibus puellis, aliisque liberis dotandis, æqualiter eis succedunt pater, mater, fratres utrimque conjuncti, excludentes ultiores ascendentes, inter quos attenditur solus ordo sanguinis, & proximitatis, non curato latere, an magis paternum, quam maternum sit; Ergo cum hoc ordine, cum quo etiam regulam tutelam, regulari deberet obligatio alendi, & dotandi, ob dictam naturalem regulam, ut illum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda, idque provenit à præfato errore non distinguendi leges, & tempora. Ideo enim in jure Digestorum & præfatus ordo rationabiliter statuitur, quoniam, illo jure attento, totum commodum erat patris, aliorumque ascendentium paterni lateris, quorum prior erat successionei causa, neglecta matre, aliisque ejusdem lateris ascendentes; Quinimò neque jure successorio, sed jure proprio, & peculiis patris vel avus omnia vindicabant, idèque non mirum, si è converso ipsorum prius esse debeat alimentorum, & dotes onus, & incommoda. Cum autem per jus novissimum id immutatum sit cum introductione peculiorum, qua introductione mediante, etiam filii familias effecti fuerunt capaces domini, & successionei passivæ, ad quam æqualiter concurrunt utriusque lateris parentes, juxta proximitatem, adeo ut mater vincat avum paternum, non obstante prærogativa patriæ potestatis. Hinc non videtur, quæ ratio unquam suadere valeat, cur in onerosis, & odiosis procedi debeat cum ordine juris antiqui jam correcti, & innovati per jus novissimum, non autem in favorabilibus, unde propterea cessare dicitur ejus ratio, vel præsuppositum, cum similibus irratiabilitatibus, ista hæc citrà superfluum evagationis vitium insinuando, ad ostendendum quare matris speciale, & expressam mentionem facere opportuno judicatum fuerit, ac etiam, ut posteritas (si fieri potest) ita edoceatur, & moneatur ad reflectendum ad hujusmodi legum, & temporum distinctiones, pro regulatione omnium materiæ, præsertim verò istius.

Aggrediendo autem principalem hujus §. dispositionem, ut scilicet in quolibet casu dubio, & quomodolibet disputabili, favore masculorum de agnatione in exclusionem fœminarum, & cognatorum tam ascendentium, quam descendendum, & collateralium, hujusmodi statutorum interpretatio faciendi sit, nedum opportuno, & utile, sed imò necessarium fuit ita providere, cum experientia doceat, non dari legem, vel dispositionem ita clarè conceptam, quin Juristarum subtilitas, dubia, & quæstiones excitet, in quibus cum frequenter insinuatæ propositione, ut in dubio, contra statuta, utpote correctoria, & exorbitantia, interpretatio fieri debeat, ut quod magis fieri potest reverbò habeatur ad jus commune, ita contra mentem populorum statuta elusoria remanent, ac propterea huic malo ita providere prudenter, & studiosè vitum est. Quinimò faxis Deus, ut id sufficiat, motivum timendi præbente experientia in plerisque casibus, & præsertim in illo, de quo discursus 93. de fideicommissis. quoniam cum testator Juris Professor cum summo studio ordinasset perpetuum successivum fideicommissum in universa ejus descendencia, rectèque sciens Juristarum subtilitates, & cavillationes, ut quamlibet dispositionem quantumvis clarè reddere satagant dubiam, istam addecerit cautelam, ut contingente dubio super fideicommissi duratione, vel expiratione, tunc pro duratione semper fieri deberet interpretatio; Adhuc tamen in casu, in quo, etiam sine dicta cautela, pro fideicommissi existentia, & duratione probabilis fortè responderi debuisset, talis cautela sufficiens non fuit adeo ut vocatis ad fideicommissum cum extraneo hæredè ultimi gravati de uno genere, suffocata, ac vilem concordiam amplexi coacti fuerint; Unde propterea in Constitutione opportuno judicatum fuit post verbum Dubia, adjicere quoque illa verba, Et quomodolibet disputabili, & utinam sufficiat.

Decreveram in isto §. pro ostendendo dubietate in subjecta materia cadere solita, me habere generaliter remissivè ad deducta in Theatro ut jam initio insinuavi. Verùm ex amicorum rationabili impulsu mutavi sententiam, idèque pariter remissivè insinuatur illæ quæstiones, quæ

frequentius in materia cadere solent, cum impossibile sit recensere, & recensere omnes minus frequentes; Intelligendo de illis, quæ percutiunt intestatam successionei statutarium, quoniam illæ quæstiones, quæ cadunt in successionei testata, & quando cum statuto conjungitur testamentum, vel alia dispositio defuncti, insinuatur infra in §. XIX. Recensentur autem quæstiones ad effectum dignoscendum necessitatem hujus provisionis, quodque aliàs, (ut præmissum est) inania remanent, & sine effectu hæc statuta; Adhibetur tamen stylus remissivus, quoniam aliàs esset fastidiosa, & impracticabilis evagatio, quando singulæ formiter disputari deberent, idèque curiosus in locis quæ citantur poterit ejus desiderio, vel opportunitati, juxta casuum contingentias, satisfacere.

Prima igitur quæstio est per acta superius in §. VII. super statutorum validitate, & quoniam Papæ, vel alterius respectivè Principis auctoritas, & confirmatio necessaria sit, expendendo diversas confirmationum species, ut in eodem §. VII. habetur, ubi videndum est.

Secunda quæstio est peracta in §. VIII. super existentia, vel situatone bonorum, an sint in territorio statuentis, vel extra, ut statutum non attendatur, neque suam facti operationem, nisi in bonis extratibus in territorio, extratè quod statuentis potestas, & jurisdictionio non extenditur, atque ex illa plures aliæ prodeunt quæstiones super ipsorum bonorum natura, & qualitate, an scilicet, & quæ loco circumscribantur, sive cujus loco esse censentur, quod quidem dubium non cadit in iis bonis, in quibus verificatur situatio, & existentia materialis, & naturalis, ut sunt bona verè stabilia, quæ soli dicuntur, consistentia in prædiis rusticis, & urbanis, sed in illis, quæ tertiam speciem constituunt, atque fictè, & ex legis positivæ dispositione, non autem verè, & per naturam inter stabilia recensentur ad certos effectus, qualia sunt loca montium, & census reservativi, ac etiam consignativi creati super fundis verè stabilibus; quinimò, & in ipsismet bonis mobilibus, vel se moventibus, quæ regulariter, & de eorum natura non circumscribuntur loco, sed personam sequuntur, adhuc intrat dubitatio, an ad instar stabilium loco circumscribantur, quando scilicet ipsis bonis verè stabilibus, & fundis inhærent, & addita sunt, tanquam ipsorum fundorum instrumenta; Prout etiam in juribus, & actionibus, quæ pariter, juxta regularem naturam, inhærent personæ, & non circumscribuntur loco, res dubio non vacat, ratione qualitatis bonorum, ad quæ ipsa jura, & actiones competant, adeo ut una quæstio, an statutum attendi debeat, nec ne in bonis extra territorium, quàm plures alias quæstiones, multaque dubia producat.

Tertia quæstio est in bonis existentibus in eodem territorio statuentis peracta in §. IX. quæ tamen ob accidentalem qualitatem ejusdem statuentis potestati, & jurisdictionio non subjaceant, quia nempe sint de dominio directo ecclesiarum, & piorum locorum, sive personarum ecclesiasticarum, quamvis abque aliquo Ecclesie, vel personæ Ecclesiasticæ interesse, vel præjudicio, contentio sit inter laicos super dominio utili, vel subalterno; atque ista quæstio alias quæstiones, aliæque dubia quoque producat, præsertim, ubi agatur de bonis patrimonialibus, & quæ ex majorum successione, vel ex propria industria, & acquisitione possidentur in dominio directo, vel etiam utili, & subalterno per clericos, aliisque personas Ecclesiasticas, non tamen intuitu, & occasione, clericatus, vel Ecclesie. Ac etiam circa illa bona, in quibus prætenditur directum dominium Ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum, quia ipsi reddititia sint, alia intrat involuta quæstio frequenter peracta sub tit. de emphiteusis, an per solam præstationem annuæ responsionis, aliamve recognitionem constare dicatur, nec ne de directo dominio, idque pendet à qualitate tituli, ex quo possessores laici illa possideant, an scilicet sit ex titulo emphiteusis, vel perpetuæ locationis, ut tunc constare dicatur de dominio, secus autem si præstatio solvetur ex titulo census, aut tributi, ratione protectionis, seu iurispatronatus, & simili, dum non omnis recognitio, vel præstationis solutio directum dominium præsupponit, & probat ex iis, quæ habentur in dicta sua sede sub tit. de emphy.

Quarta est quæstio circa qualitatem personarum, quæ à statuentium jurisdictionio, & potestate prætendantur exemptæ, & per consequens non comprehenduntur sub statuto, eodem modo, quo de bonis extra territorium, vel ecclesiasticis

ecclesiasticis est superius infirmatum, dum magis communitate est receptum, utramque subjectionem personarum, & bonorum copulative requiri, adeò una sine altera non sufficiat, & de ista agitur supra in §. X. Ex quo patet, quod illa triplicem habet inspectionem: unam scilicet circa personam decedentis, de cuius agitur successione, quod si exempta sit, statum non intret, quamvis personæ condecendentes de successione illi subiaceant, ac etiam subiaceant bona: Altera super personis subdecendentium, an statutaria exclusio eis obstat, si statuentium jurisdictioni, & potestati non subiaceant, & sic in parte exclusiva: Et tertia est in parte activa, an scilicet personæ statuto non subjctæ gaudere debeant eisdem statuti beneficio super exclusione illorum, qui eis subiacent.

In secunda verò inspectione exclusionis passivæ quedam contradictio apud scribentes, & in Tribunalium decisionibus dignosci videtur; quoniam si excludentes subiacent statuto, exclusi autem illi non subiacent ratione exemptionis, quæ oritur ab immunitate Ecclesiastica, quia nempe sint clerici, vel religiosi, aut aliis gaudeant exemptione à foro laicali, non debeant excludi, neque quoad eos attendatur statutum, ut eodem §. X. Et tamen si excludentes sunt cives, & subditi, exclusi autem sunt forenses, magis receptum est, ut statutum intret in non curata non subiectioe exclusionum tanquam forensium, quod est contrarium firmitatis in casu præcedenti, quoniam si iste esset effectus potestatis, & jurisdictionis statuentium, non attendendus, nisi cum subditis, & cum copulativa subiectioe personarum, ac bonorum, utique ita debet cessare operatio in una, ac in altera specie exemptionis, cum dignosci non videatur probabilis differentiar ratio, istaque dicenda est quinta quæstio.

Super dicta verò exemptione personarum ecclesiasticarum aliæ plures cadunt dubitationes eodem §. X. infirmatum, quando scilicet ista qualitas adesse dicatur, & an verificetur in professoribus aliquorum militiarum, atque in familiaribus, & ministris Cardinalium, Episcoporum, Sancti Officii, Fabricæ Sancti Petri, Almæ Domus Lauretanæ, aliique similibus, & in colonis, laboratoribus, & servientibus ecclesiarum, & monasteriorum, & piorum locorum, & personarum ecclesiasticarum, sive in novitiis, qui habitum susceperunt in aliqua Religione, cum similibus, istaque est Sexta quæstio; quæ multas alias sub se complectitur.

Septima est quæstio super combinatione statutorum personarum, & bonorum respectivè, quia nempe idem, vel conforme vigeat statutum in loco subiectiois personarum, & in loco situationis bonorum, an hæc statuta, in quorum singulis utraque copulativa subiectio non verificatur, uniri, seu combinari debeant, ut propterea in eisdem defuncti successione attendantur; atque apud DD. magis recepta est opinio negativa; nostra verò Constitutio canoniza vit affirmativam, decernendo, ut unio, seu combinationi locus esse debeat, ut in §. seq.

Octava est forte præ omnibus magis involuta, ut potè quæ plurimum diversorum debitorum productiva, juxta diversam statutorum dispositionem, & casuum diversas circumstantias, quæ procedit à mixtura ob existentiam personarum in medio à statuto non contemplatarum, & de qua agitur in §. præcedenti; penèque impossibile est recensere omnia dubia, quæ ratione istius mixturæ in casibus particularibus disputantur per Doctores, unde propterea præ aliquali notitia recurrendum est ad ea, quæ infirmantur eodem §. præcedenti, & in ibi allegatis disc. 3. & 16. & 45. de success. ac etiam cum admirabili quidem labore, & diligentia multos casus colligit, & refert sub ista mixtura cedentes Tusch. lit. 8. conclus. 656. cum multis seqq. præsertim verò ad rem conclus. 675. unde ex ista potissimum quæstio, ejusque dependentis ex eadem ratione mixturæ liquet frequentissima, nimiumque de facili contingibilia esse dubia, quæ sequerebantur pluries repetitum inconveniens, quòd hujusmodi perniciosa essent, magnarumque litium productiva, adeòt quando ista provisio sequuta non esset magis expeditiff illa in totum abolere; Ita ex Juristarum irrationabilibus superpositionibus resultat effectus de directo contrario illi nimium laudabilis fini, ob quem ipsa ordinata fuerunt.

Nona est quæstio infirmata in §. VIII. de qua disc. 7. & de success. num. 5. & seqq. an statuta loquentia de successione decedentium ab intestato locum habeant in successione testatiliam, super qua dignoscitur modernorum

collectorum improbus labor, hinc inde copiosas retexendo litianas auctoritatum quo utraque sententia, nimirumque certando, quænam opinio majorem habeat numerum, seu calculum, quasi quod numerus vincere debeat.

Decima est infirmata initio hujus §. super aliquorum opinione, quæ planam meretur reprobandem, super defectu potestatis statuentium excludendi matrem à luctuosa filii successione, ut propterea hujusmodi statuta tanquam iniqua, & juri naturali contraria, non mereantur attendi.

Undecima est quæstio super exclusionis, qualitate, an sit pura, simplex, & perpetua, adeòt, cessatis etiam personis excludentibus, nullus detur exclusus regressus, nullaque reintegratio, vel potius è conversò illa sit causativa, & temporalis, donec extant agnati excludentes, adeòt, eis defectis, detur reintegratio ad propriam portionem, aliàs de jure communi competentem, à qua per illos exclusi fuerunt, & de qua agitur disc. 52. num. 2. de success. & alibi.

Duodecima est quæstio super cessatione exclusionis fœminarum ob non sequutam dotationem intra certam ætatem, sive intra certum tempus, adeòt ad successioneis jus ratione moræ masculorum excludentium reintegratæ censentur, atque, ut alicubi pro loquendi usu, dici solet, masculentur, id est, quod pro masculis haberi debeat, atque de hoc agitur discurs. 2. & de success. ubi referuntur concordantes, & agitur de puncto, an requiratur vera mora positiva, & regularis, adversus quam admittantur excusationes, vel potius sufficiat mora irregularis, aut quod procedendum sit cum terminis non adimpletæ in tempore illius conditionis, sub qua hoc beneficium delatum est masculis ut ibi.

Decimatertia est quæstio, an statuto excludente matrem, & sorores, aliosque proximiores conjunctos per congregationem ob agnatos masculos, in remotis etiam gradibus existentes, ut præsertim contingit in statuto Florentino, quod in hoc omnium latius patet, illud intelligendum sit de omnibus agnatis indefinitè utriusque lineæ superioris, & inferioris, vel potius de illis lineæ inferioris tantum, non autem de illis lineæ superioris; atque de hoc agitur discurs. 8. de success. ubi de differentia inter istas lineas, vel inter patrum, & nepotem ex fratre.

Decimaquarta est quæstio, an sub nomine argumentum excludentium cognatos, veniant fœminæ agnatæ, & de hoc agitur disc. 10. eod. tit. de success. & infra §. XIX.

Decimaquinta est quæstio, an statuto simpliciter excludente fœminas propter masculos, intra certos gradus, nulla facta agnatiæ, vel cognatiæ qualitate mentione, sub hoc masculorum genere veniant masculi ex fœminis, adeòt solus sexus, non curata agnatiæ qualitate, attendi debeat, atque de hoc agitur disc. 12. eod. tit. de success. & à simili in fideicommissariis successioneibus de eadem quæstione agitur disc. 11. 28. & cum seqq. de fidei comm.

Decimasexta est quæstio, an posita exclusione matris, adhuc tamen legitima sit ei debita, quoties istius expressa mentio facta non sit, & hoc agitur discurs. 46. de success. & disc. 10. de legit. quæ tamen quæstio certam non recipit regulam, vel decisionem, sed ista pendet à singulorum statutorum tenore.

Decimasextima est quæstio, an admitti debeat in hujusmodi statutis extensio, vel argumentum à paritate, vel à causâ, quam causam, idèoque excludente statuto matrem, aliosque cognatos per agnatos transversales etiam remotos debeant mater, & cognati excludi per patrem, vel avum paternum, & de hoc agitur in pluries cit. disc. 15. de success.

Decimaoctava est quæstio, an exclusis fœminis, vel cognatis propter masculos, vel propter agnatos, id intelligendum veniat cum præsupposito æqualitatis gradus, non autem ut remotiores vincant proximiores, vel potius, ut sola qualitas attendatur, non curata proximitate, adeòt etiam remotiores agnati excludant proximiores fœminas, vel cognatos, & de hoc agitur disc. 3. de success. ubi statutum regula, ut id intelligatur data gradus æqualitate, nisi facti circumstantiæ aliter suadeant.

Decimanona est quæstio, an exclusis fœminis, quas dotari statutum disponat, istud unum dotationis intelligatur in quolibet successione, vel potius unica dos pro omnibus successioneibus sufficiat, & de hoc agitur disc. 3. 14. 19 & 17. de success. Viginti

Vigesima quæstio est, an illa dos, quam statutum præcipit fœminis exclusis per masculos excludentes dari debere, succedat, nec ne loco legitimæ, adeòt femina reputetur extranea, ut contingit quando dos non succedit loco legitimæ, vel è conversò adhuc remaneat sua, quando succedit, de hoc autem agitur in plerisque locis, & præsertim magis ex professo disc. 13. de dote ubi patet, quod Doctores istius quæstionis decisionem desumere videntur ex quibusdam verborum formulis, & grammaticalibus regulis, & significationibus, aut ex eloquentionis ordine, quod tamen, ut ibidem, & alibi advertitur, nunquam mihi arrisit, nec arridet, quoniam cum (ut plurimum infirmatum est) hujusmodi statuta frequentius ordinata sint in sæculis, & temporibus, barbaris, quando latina eloquentio nimium corrupta erat, atque literæ, præsertim in legali facultate, exceptis famosis Universitatibus, non adeo creverant, etiam in magnis, & qualificatis Civitatibus, fortius verò in parvis, vel mediocribus locis, unde liquet, quòd concepta sunt ut plurimum ineleganti, imò rudi, & grofolano stylo: idcirco erroneum est cum formalitatibus Grammaticorum, vel cum sophismis, & subtilitatibus Juristarum in hoc procedere, cum potius procedi debeat cum vero & recepto pluries infirmato axiomate, quòd in omnibus viventium, & morientium actibus, & dispositionibus immorandum non est in litera, & in formalitate verborum, sed in spiritu, & in substantia veritatis, attento fine, vel effectu per disponentem desiderato.

Ubi nemò dos succedit loco legitimæ, tunc masculis agnatis à statuto prædilectis, & contemptis multi resultant effectus præjudiciales, à statuentibus verisimiliter noliti; Primò, nempe circa dotis taxam, vel quantitatem, quoniam esse debet ad mensuram legitimæ, qua minor esse non potest, bene tamen major, usque ad virilem, quando legitima non sufficiat ad dotem congruam, quæ de parago dicitur; dum è conversò quando non succedit, sufficit, quod sit dos congrua, licet infra dictam mensuram, ex deductis disc. 144. de dot. & alibi pluries, quamvis istud præjudicium considerabile sit respectu illarum fœminarum, quæ ingrediuntur monasterium, in quo in personis notabilibus dos longè minor esse solet, quoniam respectu illarum nobilium puellarum, quæ in sæculo nubunt, ob Italiæ abusum in excessivis dotibus, vel nulli, vel nimium rari sunt casus, in quibus dos legitimam non adæquet.

Alter effectus præjudicialis est circa ipsius donationis substantiam, quoniam quando dos non succedit loco legitimæ, fœminæ non habent jus, vel actionem ad consequutionem dotis, nisi adimpleta conditione matrimonii carnalis, vel spiritualis, sine quo dos non datur, solumque conceditur actio ad illam constituendam, & quandoque, juxta facti circumstantias, ad illam deponendam, vel alias assignandam, ut prompta, & explicita sit, ex deductis eod. disc. 144. & 145. & in aliis eod. tit. de dot. unde propterea si non nubit nil petere potest; ut ibidem, & disc. 5. eod. tit. Secus verò ubi succedit loco legitimæ, quoniam tunc factio casu mortis parentis illam patere potest, quamvis nolit, vel differat nubere.

Tertius est effectus consequentivus circa fructum cursum, quoniam in dote succedente loco legitimæ debentur fructus eodem modo, quo de legitima, quoties ex regionis more alimenta illorum loco non succedant, ut est in Regno Neapolitano, ubi verò non succedit, nullus datur cursus fructuum, nisi post matrimonium, ad terminos text. in cap. salubriter de usur. de quibus disc. 161. de dot. & in aliis eodem titulo frequenter, solumque adest subsidiaria obligatio alimentorum.

Et quartus, neglectis aliis minoribus effectibus, qui considerari possunt, est ille omnium magis præjudicialis effectus transmissiois dotis ad intestatos fœminæ successores, quamvis materni lateris, vel etiam ad extraneos ex dispositione per ultimam voluntatem, vel inter vivos, quamvis nulla dote constituta, vel effectuatâ, femina in nupta decedat, quando loco legitimæ succedit, ejusque naturam, & privilegia fortitur; id etenim clarè ad versari videtur voluntati statuentium, ac etiam voluntati decedentium, regulandæ, ut præmissum est, ex communibus regionis moribus, quale esse videntur, ut fœminæ provixæ esse debeant de congrua dote, spectato fine, vel effectu, ob quem dos introducta est, ut scilicet ita honestè vivere valeant,

neque aliàs se prostituere cogantur, egrediendo de domicilio dote, quando carnaliter, vel spiritualiter nubunt, interim verò, dum domi vivunt innuptæ, provixæ sint de victu; istaque videtur substantia rei, ac verisimilis voluntas tam statuentium, quam decedentium, ad quam reflectendum est, non autem ad verborum formulas, & grammaticales eorum significationes: Sed quoniam frequenter contingit ut dubium sit, & disputabile, an hæc successio dotis loco legitimæ intret, necne, in tot circis provida nimium fuit nostra Constitutio, ut in illis quæstionibus, quod in dubio ille intellectus capi debeat, per quem agnatiobus magis consultum sit, magisque impleatur ille finis, vel effectus, ob quem hujusmodi statuta ordinata fuerunt.

Vigesima prima quæstio est super modo detrahendi ab hereditate, vel à successione dorem fœminis exclusis dandam, an scilicet detrahi debeat ex toto a se, tanquam æs alienum, adeòt ex eo, quod remanet, masculi detrahant suam legitimam, vel potius dos detrahenda sit ex ipsa legitima, aut quod detraha integra legitima per masculos, dos detrahi debeat ex relicto beffe, vel semisse respectivè, de quo agitur disc. 7. de legit. & disc. 91. n. 9. de dot.

Vigesima secunda est nimium controversa quæstio, in qua Doctores adeò se involvunt, ut fœminæ per statutum exclusæ faciant numerum ad effectum deductionis legitimæ, & an faciant partem, & ad cujus favorem, & quando in libito masculorum excludentium repositum sit illas computare, & habere pro extantibus, vel è conversò non computare, & habere pro extraneis, & quid ubi inter ipsos masculos excludentes discordia desuper dignoscatur, quia nempe aliqui velint computare, aliqui verò non, potissimè ubi contingat quòd tam masculi excludentes, quam respectivè fœminæ exclusæ sint ex diversis matrimoniiis; atque de hoc agitur sub tit. de legit. x. cum pluribus seqq. & disc. 6. & alibi.

Vigesima tertia est quæstio potestatis statuentium circa eandem fœminarum legitimam, in ista filiis, aliisque descendentes per statutum exclusis in totum tolli possit; Alii quibus simpliciter affirmantibus; Alii simpliciter, & absolute negantibus, quasi quod respectu filiorum, & descendentium debita sit de jure natura, cui lex positiva derogare non valet, differentiam constituendo inter legitimam descendentium, & illam ascendentium. Et alii medium tenentibus viam, ut scilicet possit minui, non autem tolli in totum, quæ omnia aliquam legaleicam simplicitatem revera continere videntur, quoniam non dignoscitur quale sit istud jus naturæ indispensabile, quod liberis, etiam aliunde provixis, seu victum ex labore, & industria sibi comparare valentibus, ex lege naturæ debita sit legitima, & in qua quota, vel modo, dum lex, vel infinitus actus naturæ obligare solum videtur matrem ad educationem, & alimoniam, usquequo possit parus ex se vivere, atque nisi sequuta esset, juxta jam enunciatam historiam legaleam, casualis inventio, & receptio jam obliatarum legum civilium, utique non adest in rerum natura isti termini, & per consequens non videtur undè istud jus naturæ defumatur, atque de hoc agitur eod. tit. de legit. disc. 10. & alibi.

Vigesima quarta est quæstio, an ille statutarius ordo, qui determinatus est in liberis decedentium ab intestato hereditatibus, & successioneibus, locum habeat, atque attendi debeat in eorumdem decedentium successioneibus necessariis, quarum ordinem defuncti, etiam si testati essent, alterare non possunt, puta in successione in feudo, vel in emphiteusi, aut in fideicommissio, vel debita ex statuto, vel frequenter contingit in illis statutis, quæ dorem deferunt filijs, iuxta deducta disc. 102. & seqq. de dot. & disc. 114. de fidei comm. & de hoc agitur disc. 17. n. 3. de Emphyteuf. & alibi.

Vigesima quinta est quæstio, an hujusmodi statuta fœminarum exclusivâ favore agnationis, locum habeant in illis bonis, quæ obveniunt à matre aliisque conjunctis materni lateris, & de hoc agitur disc. 11. & 12. de success. & alibi.

Vigesima sexta est, an inter fratres, vel fratrum filios, & respectivè sorores, earumque filios in hac statutaria successione attendi debeat illa differentia, quæ in successione, ad terminos novissimi juris communis inducitur, ac dignoscitur inter utrumque conjunctos, & illos, qui ex uno tantum latere conjuncti sunt, & sic an duplicatas vinculi prævaleat, & vincat eos, in quibus unum tantum adest vinculum de hoc agitur disc. 18. de success. & alibi.

Vigesima septima quæstio est, in qua pariter non parum



noftri cum consuetis frigiditatibus, & ineptiis involunt, & de qua agit *disc. 17. eod. tit. de success. & alibi* circa computationem illorum graduum, de quibus hujusmodi statuta loquuntur, & disponunt, an scilicet illa fieri debeat juxta computationem juris civilis, per quam quælibet persona facit gradum, adeo ut frater dicatur fratri conjunctus in secundo gradu, & consequenter consobrinos in quarto, vel potius fieri debeat juxta computationem juris canonici juxta quam fit diminutio, quod scilicet duo gradus de jure civili faciunt unum gradum de jure canonico, ideoque fratres dicuntur inter se conjuncti in primo gradu, consobrini autem in secundo, & sic successivè. Atque licet primo aspectu probabilior videatur opinio volentium attendi debere computationem juris civilis, ex illa sæpius insinuata ratione, quod ista materia successions ab intestato tota pendet, & regulatur a jure civili, cuius beneficium dicitur, cum in ea nil dispositum sit canonicum, quod solum facit graduum computationem, ad effectum prohibitionis matrimonii inter personas conjunctas intra quartum gradum, qui est idem, ac octavus de jure civili, & sic extra subiectam materiam, atque ad diversum effectum. Nihilominus contraria opinio, pro computatione juxta ordinem juris canonici, verior, ac probabilior censenda videtur, ex eodem pluries insinuato principio (opportune tamen, ac utilliter repetendo) quod spectandum est tempus, vel principium, in quo hujusmodi statuta ordinata fuerunt, reflectendo ad pluries insinuatam historiam legalem, quando scilicet in hac regione nulla habebatur, vel satis modica notitia juris civilis, quod jam in oblivione abierat; & converso autem à pluribus sæculis jam vigeat jus canonicum, quod in hoc Principatu, ut sæpius insinuatum est, non est solum ecclesiasticum pro rebus ad forum externum, ecclesiasticum, & spirituales pertinentibus, & in aliis Principatibus, qui in temporalibus vivunt, atque reguntur cum legibus proprii Principis, contingit, sed est etiam primarium jus commune & civile in temporalibus, utpotè lex proprii Principis, ideoque cum ejus terminis pro communi usu vivebatur; ac propterea dicendum est, quod juxta commune usum loquendi statuentes intelligere voluerint, ac loquuti sint, ex regula, quod ambigua dispositiones, unum, vel alterum intellectum recipientes, ab usu loquendi magnam interpretationem recipere debent, ex deductis *disc. 21. n. 4. & disc. 37. n. 9. de regular. & alibi* passim. Potissimè autem, & certius, quando fratrum, & sororum fit mentio, deinde verò ampliativè sit transitus ad alios conjunctos cum expressione secundi gradus, cum tunc res videatur clara, quoniam ipsi fratres, vel sorores, qui discretivè possint sub hoc secundo gradu, juxta computationem juris civilis venirent, quod clarum redoleret implicitantiam; ideoque pariter non cum cortice, & formalitate verborum, vel cum legalibus rigoribus, & subtilitatibus procedendum est, sed attenda substantia verisimilis voluntatis statuentium, ex singularum casuum qualitate, & circumstantiis desumendæ, & præsertim ex præfato communi usu loquendi, & ex sequuta observantia quæ dicitur optima interpretis.

38 Vigesima octava quæstio est, an hujusmodi statuta, tam activè, quam passivè, respectu scilicet excludentium, & excludorum procedant in naturalibus tantum, vel in eisdem legitimitatis per scriptum, & de hoc agit *disc. 10. de successione.*

39 Vigesima nona quæstio est, an statutum deferens successione patri in exclusione sororum suffragetur patri binubus, & de hoc agit *disc. 24. de successione.*

40 Trigesima cadit quæstio super verificatione civilitatis, vel subjectionis statuto, quæ civilitas requiritur, ut ejus beneficium obtineatur, ut etiam agit infra in §. XVII. & de hoc agit *disc. 19. & 20. de successione.* Atque his ad potestatem nova quæstio, nostra ætate excitata, circa adoptivos, an pro veris agnatis, & conjunctis in successione habendi sint, super quo videtur poterunt ea, quæ habentur in *disc. 53. eod. tit. de success. ab intestat.*

Istæ videtur quæstiones in hac materia intestatæ successions statutariæ magis si frequenter in praxi contingere solite ultra penè innumeratas alias modis frequentes, quas minus occupatus de facili perquirere poterit, aliasque percutientes diversam speciem successions testamentariæ; de qua infra §. XIX. unde propterea ex eis dignoscitur facillè poterit, quam necessaria fuerit ista provisio, ut in casibus dubiis pro statutorum observantia responderi debeat, dum alias procedendo cum propositione opposita quam moderni sequi videntur, omnino inania remanere dignoscuntur. Et quidem in

hoc superficiales legulei nimium decipi convincuntur, procedendo cum duobus assumptis, à quorum præsupposito manere videntur omnes restrictiones; Primò scilicet, ut hinc successions ordo proveniat à potestate, & jurisdictione statuentis, cuius fit effectus; cum tamen contrarium omnino veris dicendum sit, ut potius proveniat à sic inducta, vel præsumpta voluntate decedentium; Et secundò quod hujusmodi statuta sint exorbitantia, & odiosa, tanquam juris correctoria, quoniam pariter omnino verus est contrarium ut censenda sint favorabilia, prout, frequenter quidem, sed semper opportunè, insinuatur.

- a *Bald. cons. 58. sine 83. nu. 6. lib. 5. quem refert Tusch. lit. 5. concl. 672. num. 25. & 26. & habetur disc. 7. de success. num. 2. & 4.*
- b *Juxta casum recensitum disc. 21. de tutor. & curat.*
- c *In l. si quis à liberis, ff. de liber. agnos.*
- d *Ex pluribus deductis in sua sede sub. tit. de dot. præsertim disc. 142. & 145.*
- e *In d. l. si quis à liberis, ff. de liber. agnos.*
- f *Ex deductis in sæpius citat. disc. 15. de success. & alibi.*
- g *In sæpius citat. tit. de suc. ab intest. & in altero de legit. & in alio de dot. & obiter in plerisque aliis. h Ex firmatis per Rot. dec. 364. & dec. 582. p. 5. rec. cum aliis in sæpius citat. tit. de succ. disc. 5. n. 7. disc. 19. n. 3. disc. 23. n. 5.*

TEXTUS CONSTITUTIONIS.
 Ubi vero contingat non verificari Statutorum, personarum, & bonorum unionem, similitudinem, & combinationem, quam attendi, ac servari debere decernimus, vel quòd non adsint statuta personarum; sive illa extantia, ob enunciatas Doctorum; & Tribunalium interpretationes, & restrictiones, aut alias quomodolibet suum non fortiantur effectum.

A R G U M E N T U M.
 De combinatione statutorum utriusque loci personarum, & bonorum, an locum habere debeat, & quando.

S U M M A R I U M.

- 1 **Q**uod denegare combinationem sit asperum, & irrationabile.
- 2 **D**e rationabili ratione dubitandi quando statutum videtur in uno loco, & non in altero.
- 3 **D**e ratione, cui innititur opinio negantium combinationem.
- 4 **C**ui rationi tribuenda sit operatio statutorum.
- 5 **D**e combinatione quomodo attendi debeat.
- 6 **D**e Statuto de duobus conformibus.
- 7 **P**arificatur non existentia, vel existentia sine effectu.
- 8 **Q**uando repetitio non fit vitiosa.
- 9 **S**tatutum personarum magis attendendum.
- 10 **C**um qua regula procedendum sit in casibus non expressis, & non consideratis.

§. XIV.
Inter asperitates, ac indiscretos, & irrationabiles rigores, qui apud Pragmaticos in ista materia dignoscuntur, videtur nimium considerandus iste denegandi unionem, seu combinationem statutorum deferentium intestatas successiones agnatis masculis, cum exclusione feminarum, & cognatorum, quando vigeant pariformiter in utroque loco personarum, & bonorum, adeo ut in omnibus verificetur utroque extremum, cum tunc nulla probabilis ratio dignoscitur videatur, cur statutaria dispositio effectum sorti non debeat; Quando enim hujusmodi statutum viget solum in loco bonorum, non autem in illo personarum, in quo servetur ordo juris communis, tunc inquirere potest consideratio, quod personæ, tanquam principales, trahunt bona tanquam accessoria, quodque verisimilis voluntas assistat illi juri, cum quo personæ vivunt, ut supra in §. IX. de clericis, aliisque ecclesiasticis decedentibus habetur, licet neque in illis verè ista voluntas præsumenda sit, ut ibi; Et quando è converso statutum viget in loco personarum, non autem bonorum, tunc intrare potest ratio assignata in nostra Concl. infra in §. XVII. & XVIII. quod scilicet illi, qui in diversis loco acquirunt, & retinent, quod scilicet illi, qui in diversis loco acquirunt, & retinent bona, censentur habuisse in animo ut illa bona regulantur juxta leges, & mores loci, in quo sita sunt. Sed quantum in utroque loco conformis est lex, atque conformes sunt mores, tunc non videtur subesse congrua ratio, cur ab hujus-

huiusmodi legibus, & moribus recedendum sit, adeo ut verè ista dici mereatur legalis superstitio, omni probabili ratione destituta.

Et quamvis tenentes opinionem negantem istam combinationem in eo se fundent, quod cum ambo statuta sint in suo genere imperfecta, & inefficacia ob deficientem in utroque necessariam subjectionem copulativam personarum, & bonorum, unde propterea intret regula, in suis casibus de jure vera, quod conjunctio exigit habitatem extremorum, ideoque non detur ubi ambo sunt imperfecta, ac habenda pro non extantibus, ex iis, quæ plenè super hoc puncto comprobando habentur, præsertim in famolis decisionibus à quæ apud Pragmaticos magistratibus reputantur, & cum quibus in aliis proceditur, ex insinuatis *disc. 4. de success. & alibi;* Nihilominus regula quidem est vera, sed fallacia est in applicatione, ratione pluries enunciati falsi præsuppositi, ut hic succedenti ordo totus proveniat à sola potestate statuentium, ex quo præsupposito manet requisitum utriusque subjectionis, dum pro meo iudicio omnino verus videtur, ut operatio tribuenda sit verisimili decedentium voluntati, ita præsumptæ, vel explicatæ per statuentes, tanquam rectè confcios morum, & intentionis populorum inibi viventium, ut frequenter advertitur, præsertim in §. XI. Atque, ut præmissum est, earum intrat probabilis ratio dubitandi, quando hujusmodi statutum viget in uno loco, & non in altero, quatenus intrare valeat ratio voluntatis, ut supra. Verum omnem subtilitatem dubitationem nostra Constitutio, per quam ralem unionem, & combinationem attendi, ac servari debere decernitur, ad dirimendam omnem litium, & controversiarum occasionem, qualis fuit præcipuus ejusdem Constitutionis finis.

Unio autem, sive combinatio, quam Constitutio attendi mandat, non solum procedit, quando utriusque Statuti dispositio est in omnibus conformis, sed etiam quando statuta sunt quidem in aliquibus conformia, sed in aliquibus difformia, quia nempe unum se extendat ultra plures gradus, quam alterum, sive quod unum excludat aliquas personas, quas alterum non excludit; Adhuc tamen attendi debeat in illis partibus, in quibus concordent, & sint conformia, procedendo cum sæpius enunciata propositione, quæ debet esse totius materiæ regularis, ut scilicet non cortex, & formalitas verborum, sed substantia veritatis, aut finis, vel effectus à statutibus consideratus attendi debeat; Ad instar eorum, quæ habentur in jure communi, ac etiam in statutis de duabus, vel pluribus conformibus sententiis exequendis, & non admittentibus ulteriorem appellationem, quoniam adhuc juris communis, vel municipalis dispositio attendi debet, & locum habere in illis partibus, in quibus sunt conformes, quomvis in aliis discordent, sint difformes, ex deductis *disc. 37. de judic. cum similibus.*

Prout non solum considerandus est casus existentie statuti in uno loco, & non existentie in altero, in quo vivatur juxta dispositionem juris communis; sed etiam (ut bene in Constitutione advertitur, ac disponitur) quando adsunt quidem in utroque loco statuta conformia in ea parte, vel specie, super qua cadit controversia, sed illud loci personarum per accidens habendum est pro non extante, quia nempe, per ea, quæ in antecedenti §. insinuata sunt, suum non fortiantur effectum, cum paria sint non extare, ac extare sine effectu, quod de facili, quinimo penè semper est contingibile, ob tot restrictiones, & limitationes, quas Juristarum sophistica excogitantur; ideoque prudenter uterque casus explicatus fuit non existentie, vel existentie sine effectu, qui principaliter attendi debet, ut pluribus non tamen cum vitiosa repetitione animadvertitur est, quoniam si millies repetitur, semper utile, & opportunum esset ad imprimendam hanc veritatem.

Provisum est autem in casu non existentie, vel non effectuationis statuti loci personarum, ut attendi debeat statutum loci bonorum, non autem in casu converso existentie statuti loci personarum, & non existentie statuti loci bonorum; quoniam isto casu provisum est jam in §. VII. ut statutum personarum capiat omnia bona, etiam extra territorium existentia, ut propterea bona tanquam accessoria sequantur personam, tanquam suam principalem, ut ita unicum, ac uniforme sit jus successorium, atque non detur illa munitiosa difformitas hæretum, & patrimoniorum, quæ eodem §. VIII. & in aliis sequentibus considerata est, & quam tollere in animo fuit legislatoris, ut aperta se declarat in §. VII. ibi: *Adeo unicum, uniformem, ac universalem*

est jus, & ordo successions; ideoque iste finis in aliis casibus non consideratis, neque determinatis debet spectari, talisque semper fieri debet interpretatio, dum non veramur in statuto loci subditi, regulando juxta naturam juris municipalis, sed in Constitutione supremi Principis, quæ primarium, magisque favorabile jus commune inducit, ideoque ad instar juris communis cum favorabili interpretatione etiam per inductiones, & argumenta attendi debet.

a Narration. coram Merlino inter suas dec. 353. 590. & 429.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.
 Tunc sublata (ut præmissum est) omni differentia exemptionis, subjectionis personarum, & bonorum respectivè, generaliter, & prout jacent, attendi, ac servari volumus, decernimus, & mandamus Statuta locorum, in quibus bona existunt, ac possidentur.

A R G U M E N T U M.
 De loco existentie bonorum qualis dicatur, & quare ulterio verbum existere adiciatur verbum possidere, & qualis possessio sufficiat.

S U M M A R I U M.

- 1 **Q**uare repetatur, ut sublata sit omnis differentia exemptionis, vel subjectionis.
- 2 **Q**uando superfluitatis vitium non adstet.
- 3 **Q**uare ultra verbum existent adiciatur verbum possidentur.
- 4 **Q**uod sufficit possessio defuncti absque justificatione dominii.

§. XV.

Non videbatur opus repetere, ut sublata omni differentia exemptionis, & subjectionis personarum, & bonorum respectivè, generaliter, & prout jacent servari debeat statuta locorum, in quibus existunt, ex ratione, de qua infra in §. XVII. dum jam in antecedentibus §. §. VIII. & seq. provisum fuerat, ut hujusmodi differentia sublata, in definitè, ac generaliter statuta servari, atque effectum sortiri deberent; Sed quoniam superfluitatis vitium adesse non dicitur in iis, quæ gratia majoris declarationis reperuntur, ad omnem dubiorum, & quæstionum occasionem tollendam, ac prout pro consuetis Juristarum subtilitatibus, vel superstitionibus excitari posset dubium, quod disposita in dictis §. §. percuterent statuta personarum, tanquam principalia, ideoque trahenda non essent ad statuta bonorum, quæ sine statutis personarum, accessoria potius esse dicuntur, ac minoris operationis, idcirco ad hunc effectum ista declaratio non inutiliter, nec superflue facta fuit.

Mysteriosè item verbo existunt adiciatur quoque verbum possidentur, ad aliud dubium tollendum, an dispositio intelligenda solum sit de iis bonis, quæ obtineantur per decedentem jure dominii, super cuius verificatione disputare oporteat, atque lites finire; ideoque ad instar eorum, quæ habentur ad materiam remedii text. *in l. fin. C. de edit. Divi Adriani tollen.* favore venientium ex testamentaria immediata, vel mediata dispositione, vel quæ habentur in interdico *Quorum bonorum* ad favorem decedentium ab intestato, ex deductis *disc. 44. de judic. & alibi* plures, abque necessitate inquirendi de dominio, illudque justificandi, sufficit quòd bona, vel jura possiderentur per decedentem de tempore mortis, sive jura dominii, sive ex alio jure, vel titulo, etiam illo hypothecæ, vel servitutis; Quoniam, licet his casibus non verificetur vera, & propria possessio, prout juris est, sed potius possessio impropria, & de facto, quæ detentio, vel detentatio, seu tenentia dici solet; Nihilominus cum agatur de successione in locum & jus defuncti, inquirendæ non sunt hujusmodi subtilitates fed attendendum est nudum factum, id est quod successores occuper locum defuncti, atque in illum subintret, fingendo ac si ille viveret, tanquam per subrogationem in illud jus, & factum, tale quale sit, atque ad hunc effectum Constitutio non fuit contenta disponere de existentia, sed adiacere quoque voluit casum simplicis possessionis, etiam de facto, quæ penes decedentem esset, itaque ad omnes quæstiones dirimendas fuit sensus Legislatoris.

Ut apud Ottobon. det. 244. n. 24. & sepius in Theatr. prae-

sertim disc. 1. de feud. & disc. 47. de credit. & alibi.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Sive agatur de bonis stabilibus, sive de mobilibus, censibus, locis montium, officiis vacabilibus, nominibus debitorum, juribus, & actionibus, & aliis, quamvis de illis esse dignoscatur, quæ loco non circumscribuntur, sed personam sequuntur.

ARGUMENTUM.

De eodem, de quo in §. præcedenti super existentia bonorum in loco, & quando illa in uno, vel in altero loco esse dicantur.

SUMMARIUM.

- 1 Quare necessaria fuerit presentis §. dispositio.
2 Quæ sint bona, quæ loco circumscribuntur.
3 De mobilibus, vel semoventibus quando censentur de prædiis, & stabilibus.
4 Mobilia, & semoventia, & jura, & actiones non circumscribuntur loco.
5 Quid de constituentibus tertiam speciem, ut sunt census, & loca montium.
6 In claris, & expressis non cadunt glossæ, & interpretationes, vel questiones.
7 Neque in eis intrat observantia interpretativa.
8 Quando bona de facto existentia in uno loco censenda sint de loco diverso.
9 Quare isto casu non curetur inconveniens diversorum heredium.
10 Roma ad hunc effectum, communis patria.

§. XVI.

Necessaria erat ista declaratio, ut statum loci attendi debeat in omnibus, & quibuscumque bonis, quæ in eo existunt, & possidentur, sive sint stabilia per veritatem, sive per fictionem, aut mobilia, & alia, quæ loco non circumscribuntur, sed personam sequuntur, illique inhærenter dicuntur, quoniam aliàs, ubi simpliciter dictum esset, id quod in præcedenti §. continetur, ut attendi deberet statum loci bonorum, citrà omnem dubitationem non venirent, nisi illa bona, quæ verè loco circumscribuntur, qualia propriè, & verè sunt stabilia soli, consistentia in fundis, & prædiis rusticis, & urbanis, solumque venire possent illa mobilia, vel semoventia, quæ destinata sunt, ut ibi perpetuò maneant, eisdemque prædiis affixa sint, tanquam eorum instrumenta; secus autem ubi accidentaliter, & ad aliud finem, ut occasione præsertim spoliis Episcoporum, & beneficiatorum disputari solet in animalibus, quæ sint in fundis, & prædiis Ecclesiæ, vel beneficii, ut alia sint, quæ eis sunt perpetuò addicta, tanquam instrumenta, & alia sint, quæ accidentaliter in eis existunt pro pascuis fumendis aut pro quadam majori stercoracione, vel majori cultura, aliavè industria insolita. Ac etiam à simili disputari solet inter proprietarium, & hæredem usufructuarii finito usufructu, sive etiam inter successorem in feudo, & hæredem alodialem feudatarii defuncti, inter quos frequenter disputari contingit, sive etiam inter eundem hæredem alodialem, & dominum directum in casu devolutionis feudi super melioramentis, & additionibus, quando scilicet transeant cum feudo, vel potius detrahi possunt ac debent ad istud casu excepto, mobilia, & semoventia, ac nomina debitorum, aliaque jura, & actiones certum est non circumscribi loco, sed inhærenter personæ, illamque sequi Cadente solum quæstione in illis rebus, quæ tertiam quandam speciem constituere videntur, atque per veritatem, sed per legis fictionem ad quosdam effectus pro stabilibus reputari solent, qualia sunt loca montium, aliaque similia jura cum Principe, vel cum Republica, ac etiam cum censu, tam reservativi, quam consignativi, aliavè annuæ præstationes, ex iis, quæ habentur jam superius insinuatâ in §. VIII. Quare ad omnes hujusmodi quæstiones, & dubitationes dirimendas, prudenter ista declaratio adjecta est, quoniam licet virtualiter illa inesse, stantibus dispositis in §. præcedentibus, ut sublata omni differentia bonorum, & universalis, ac uniformis esse deberet ordo succedendi, tanquam in unico, eodemque patrimonio, nihilominus adhuc citra vitium superfluitatis, prudenter, & opportune ista declaratio adjecta fuit, ex eadem ratione insinuata in §. præ-

cedenti, ad tollendam scilicet dubitationem, quæ excitari posset, ut antecederet disposita (cum præsupposito, quod ageretur de statu personæ) non procederent in isto casu, in quo agitur de statu loci bonorum.

Stante autem ista declaratione, non videtur, quod huic §. congruat aliqua glossa, vel adnotatio, cum ita intrare videatur nimis vulgata regula tex. in illo, aut ille ff. de legat. 3. per ora Pragmaticorum frequenter volitare solita (quandoque tamen extra propositum, & malè) ut in facti contingentia praxis docuit in quadam decisione e quod in claris, & expressis non intrant glossæ, & interpretationes, aut quæstiones, & argumenta; unde propterea habemus in terminis observantia, cui ad eodè deferri solet tanquam optimæ interpreti, interpretationum reginæ, ut rectè id procedat in dubiis, & ambiguis, in quibus intrat terminus interpretationis, non autem in claris, & expressis.

Adhuc tamen aliqua adnotatio, nedum oportuna, & à superfluitatis vitio aliena, sed etiam necessaria videtur, quoniam licet in §. præcedenti advertatur, mysteriosè post verbum existere adjectum esse verbum possideri ad denotandum sub hac dispositione venire omnia bona, quæ quomodolibet per decedentem in eo loco possideantur, vel detineantur, absque necessitate inquirendi de dominio, nihilominus non omne, quod de facto in aliquo loco possidetur, dicitur ibi possideri, atque sub genere bonorum in eo existentium venire, cum quandoque censenda sint diversi loci, & è converso illa, quæ in alio loco reperiuntur, censenda sunt de loco, in quo naturaliter, & de facto non existunt cum in hac materia totum faciat voluntas, & destinatio domini, seu possessoris, juxta ea, quæ habentur pluries in hac materia existentia, vel pertinentia bonorum unius, vel alterius loci sub tit. de Legat. disc. 4. cum plurib. seqq. occasione agendi de legato mobilium, alioquinque bonorum domus, vel existentium in aliquo loco, quando de illo esse censentur, necne; Possunt enim juxta leges, & auctoritates ibidem deductas, frustrâ transcribendas, cum ibidem videri possint, stare simul, quod bona extent, & reperiantur in uno loco, & tamen quod ob destinationem domini, censentur alterius loci; ideoque sola existentia materialis, & de facto non sufficit sine destinatione, quæ tamen, non consistit de contrario ex facti circumstantiis, præsumitur in loco, ubi reperiuntur. Et quamvis ex dispositis in præsentis §. & in antecedentibus dignoscatur quosque inconveniens diversitatis hæredum, & patrimoniorum, dum ita alii erunt hæredes, & successores in loco personarum, & alii erunt in loco bonorum, quando in loco personarum non adest statum, vel si adest, non potest effectum fortiri, at tamen ex justis, & rationabilibus quidem motivis ab experientia inductis, ita legislatori visum est, & placuit, ob rationem assignatam in §. sequenti, ita, & taliter, quod ista provisio, & ratio respective fuerit originaria, & potissima causa præsentis Constitutionis, respectu præsertim bonorum, & jurium, quæ per exteros in Urbe, tanquam in quadam patria communi (qualem in proposito expressè declaravit Sixtus V. Constitut. 3. §. 7.) acquiri, & retineri solent, ut ad removendas lites, quando vel deest, & videntur non non sortitur proprium, ac patrium statum, attendi debeant illud Urbis; ideoque supremi Legislatoris sensibus, & voluntati deferendum est, etiam ubi ratio non omnino assisteret, ad vulgatum in l. non omnium, ff. de legibus, quamvis id dici non valeat, cum adstet assistentia dictæ rationis, ex qua resultat clara probatio ejus, quod superius dictum est, ut non sufficiat sola existentia in loco materialis, & de facto, sed verificari quoque debeat destinatio, & voluntas, in cuius præsumptione illa dispositio fundata est, ut in sequenti §. declaratur.

a juxta ea, quæ habentur sub tit. de Benefic. disc. 28. n. 8. & alibi. b Ex deductis in sua sede sub tit. de Feud. disc. 2. & 27. & habetur quoque sub tit. de Legat. disc. 9. ubi de animalibus, & segetibus, ac mobilibus existentibus in fundis, & prædiis, an veniant sub legato bonorum stabilium, cum similibus. c Romana pretii officiorum coram Albergato, de qua in trad. de Offic. d Ex deductis disc. 21. de judic. & alibi frequenter.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Et quamvis tam decedentes, quam excludentes, & conclusi exteri sint, Nobis, & Sedi Apostolicæ in temporalibus non subditi, dum exteri acquiritent, ac retinentes præfata bona, & jura in prædictis urbe, & Statu, censentur contraria voluntate

expressè non declarata) in animo habuisse hujusmodi bonorum, & jurium successionem regulari debere, juxta leges, & ordinationes locorum in quibus existunt, ac retinentur.

ARGUMENTUM.

De exæquatione forensium, & non subditorum civibus, & subditis, qualem rationem habeat, & an commendatione, vel reprostatione digna sit.

SUMMARIUM.

- 1 De ratione dubitandi de presentis dispositione ad favorem exteriorum.
2 Sufficit subiectio excludentium, non curato, quod exclusi sint exteri.
3 De Apostolicis Constitutionibus, & statutis contra forenses, & an sint odiosa, vel favorabilia.
4 Qualis via eligenda sit in rebus Mundi.
5 De motivis, quibus innixa est presentis dispositio ad favorem forensium.
6 Quod per omnes Principes in toto Orbe Christiano uniformes leges desuper ferri debeant.
7 De libertate forensium in Urbe, tanquam communi patria.
8 De vera ratione, cui innixa sint statuta.

§. XVII.

Ista pars Constitutionis majorem, fortè que unicam habuit contradictionem aliquorum sapientum ex illis qui desuper, juxta insinuatâ in præfatione, consulti fuerunt; non laudabant enim, quod sublata differentia subditorum, & non subditorum, hujusmodi statuta, indefinite, ac generaliter attendi, & servari deberent, ut potè contra verisimilem voluntatem, & intentionem statuentium, qui in gratiam priorum subditorum ita statuere voluerint, non autem exteriorum, & non subditorum; Ac etiam quia ita dari potest inconveniens, quod masculi agnati exteri, & subditi aliorum Principum excludere poterunt feminas, & cognatos subditos, ita à principatu extrahendo divitias, & bona, illaque trahendo in alias ditiones, quod videtur contra magis communem, magisque receptum sensum Doctorem, & Tribunalium, quo attento inspicitur civilitas, & subiectio excludentium, non curata forensitate, vel non subiectione exclusorum. Considerando potissimè, quod in hoc præsertim principatu ex ejus legibus inhabilitati sunt exteri alibi viventes, ad possidendum in eo bona stabilia, tam ex Apostolicis Constitutionibus Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. Urbani VIII. & Innocentii X. de quibus disc. 37. de præemin. & in aliis locis, de quibus proximè infra; Tum etiam à plerique localibus legibus, & statutis eandem continentibus inhabilitationem, sive majus gravamen, de quibus in suis sedibus Undè patet, quod licet non desint volentes hujusmodi statuta censenda esse odiosa, & à jure exorbitantia; nihilominus probabilis est oppositum, ut rationabilia, æqua, & favorabilia censeri debeant, naturali assistente ratione, ad vulgarem regulam secundum naturam &c. ut eum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda, & e converso; ideoque cum cives, & incolæ supponent onera, quibus non subjacent forenses, justum, & æquum est, ut illi, non autem isti potiri debeant illis beneficiis, quæ in eo loco per naturam dispensantur; ac etiam ob aliam rationem publici favoris consideratam per text. latissimè in hoc proposito exornatum, cum magis illationibus hanc materiam percutientibus per Petr. Barbof. in l. fin. ff. solut. matrim. ut civitates, & loca hominibus, & habitatoribus replentur, dum, ut alibi superius dictum est, in hoc propriè consistunt magis æstimabiles Principis, & Reipublicæ divitiæ, potentia, & existimatio.

Sed quoniam in Mundo non datur perfectum bonum, quod aliquam mali mixturam non habeat, cum hæc perfectio bonitas cælestibus, ac Divinis reservata sit, sive iis spiritualibus rebus, quæ ad cœlestem, ac beatam vitam directè & ordinatè sint; unde propterea, libram in manibus tenendo, eligenda est illa pars, quæ videatur majorem boni præponderantiam habere, non curato illo majori malo, quod dignoscatur; quoties istud non sit intrinsecè, & naturaliter malum, & peccaminosum, quod in subiecta materia dici non potest; idcirco maturè pensatis omnibus, quæ hinc inde super hoc puncto urgerent, visum est nostro prudentissimo, ac zelantissimo Legislatori hanc viam eligere, ex pluribus motivis.

Card. de Luca de Statut. Successi.

Primò nempe, ut ita se ostenderet Patrem universalem, quodque apud eum, tanquam Dei Vicarium, non sit acceptio personarum; Quamvis enim (ut initio præmissum est) in hac parte principiter se gerat potius tanquam Princeps, quam uti Pontifex, utendo solum Pontificali potestate pro comprehensione Ecclesiasticorum, ut advertitur in §. IX. & alibi; nihilominus hujusmodi personæ formales non sunt adeò invicem separabiles, ut in iis, quæ ad unam pertinent, aliqua ratio, vel consideratio alterius non habeatur.

Secundò, ut cum ejus exemplo alii Principes allicerentur ad idem statuentium, ut ita melius humana societas practicetur, atque sublatis tot ambagibus, & diversitatibus, ubique uniformis introduceretur ordo succedendi; quoniam licet id, quod per Pontificem in præsentis Constitutione practicum est; non possit expressè, & directè practitari per alios Principes circa comprehensionem personarum, & rerum Ecclesiasticarum (quidquid sit de comprehensione indirecta, juxta insinuatâ §. XI. & in aliis) at tamen, ut pariter ibidem, & alibi dictum est, quando Apostolicæ auctoritatis interpositio peteretur, probabiliter deneganda non foret, dummodo particulares facti circumstantiæ diversimodè non fuaderent, Et quidem sancta, nimiumque proficua, & prudens res esset, quod omnes Principes Christiani vitam civilem, & legum usum profitescentes uniti procederent, statuendo in majoribus materiis certas, & uniformes regulas ubique pariformiter tenendas, & practicandas, cum ita cessarent adeò magna jurgia, & contentiones, cum omnimoda incertitudine veritatis, atque tolleretur illud inconveniens, quod adeò frequenter in praxi experimur, ut illa justitia, quæ ubique eadem constans, & perpetua esse debet, sit adeò difformis, ut quod in in uno Principatu est album, in altero sit nigrum, & è converso.

Tertiò ob non improbabilem præsumptionem voluntatis nostra Constitutione inductam ut scilicet ii, qui extra patrios lares, propriumque Principatum bona acquirunt, ac retinent, ita quodammodo sibi constituere velint tot diversa patrimonia, quot sunt Principatus, aut loca, juxta illam diversitatem, quæ considerat disc. 9. de success. disc. 90. de jurisdic. disc. 11. de credit. & alibi; & per consequens ut quodlibet patrimonium regulari debeat juxta leges, vel mores illius Principatus, aut loci; in quo est constitutum, & de qua præsumptione, non consistit de diversa voluntate, in hoc Principatu, ejusque Tribunalibus non est dubitandum, ut potè jam canonizata, & firmata per hanc legem.

Et quartò demum, ultra alias considerationes, quæ fieri possent, quod stantibus jam enunciatis Apostolicis Constitutionibus inhabilitantibus forenses ad acquirendum & retinendum bona stabilia in hoc Principatu, nisi veniant ad habitandum in eo, ita considerationes, quæ in contrarium superius habentur, potius retorqueri videntur, quoniam ita forenses illicituntur, ad veniendum in hunc Principatum, ibique habitandum, unde adimpleretur illic favor publicus, ut civitates, & loca habitatoribus replentur.

Et quamvis hæc ultima ratio non verificetur in bonis mobilibus & mercibus, quinimo in Urbe, ejusque magis restricto ambitu quatuor milliarium, statuto per Innocentium X. per ejus Constitutionem 24. cum prius esset decem milliarium, neque procedat in stabilibus veris, vel fictis, adeoat omnibus libertas concedatur in ea acquirendi, & retinendi bona, quantumvis forensibus, & alibi habitantibus; at tamen ad instar illorum, quæ sub Imperio profano dicebantur de hac Urbe, quod esse omnium communis Patria, ex insinuatâ supra §. II. ad effectum, de quo agitur id quoque congruere videtur modernæ Romæ ob metropolitancam qualitatem in spiritualibus resultantem à residentia Papæ, & Sedis Apostolicæ, & sic quod ista Civitas habeat quandam peculiarem, & diversam qualitatem dum Sixtus V. Constitut. 3. §. 7. ad hunc effectum communem patriam appellat; Sive quod in ea vigeat quædam diversa ratio, atque facilis intret dicta præsumptio, ut exteri bona in ea acquirentes, & retinentes non accidentaliter, sed animo retinendi, prout in §. antecedenti advertitur; cum istius legis, & moribus eorum successionem intestatam regulari velint.

Considerando quoque idem, quod pluries insinuatum, ac repetitum est, & quæ consideratio revera censenda est principalis, ac omnimoda istius materie regulatrix, quod scilicet perscrutanda non est voluntas statuentium, à quorum

rum potestate tantum iste successiois ordopendat, ut magis communitate nostri opinantur, sed male, quoniam potius percuranda est verisimilis voluntas decedentium, quorum implicite testamentum intestata successio redoleat videtur, & quæ voluntas ob regionis mores ad favorem agnatorum adesse videtur, maxime ubi proximè conjuncti sunt, ut statuta frequentius disponere videntur, quoniam hanc naturalem affectionem erga propriam familiam, & agnationem non tollit accidentale domicilium magis in uno, quam in altero loco, itaque consideratio mihi magnam vim facere consuevit, fortius vero in idem concurrentibus dictis Apostolicis Constitutionibus domicilii restrictionem præcipiuntibus.

- a* Ex relatis in decis. 364. & 582. par. 5. recent. & disc. 5. n. 7. disc. 19. n. 3. & decis. 23. n. 5. de Succession. & alibi.
b Disc. 77. & disc. 83. de regal. disc. 39. & 69. & de alien. & contrah. prohib. disc. 25. de success. disc. 149. de dot. & alibi pluries.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Prout hunc animum præsumendum esse decernimus, & statuimus, & declaramus.

ARGUMENTUM.

Ap, & quando lex inducere possit præsumptionem, ex qua resultat præjudicium non subditis.

SUMMARIUM.

- D**E operatione verbi declaramus.
- Declaratio fieri potest per illum, qui non potest ad eum revocare, vel impugnare.
- An præsumptio, quam lex inducit, attendatur in præjudicium non subditorum per accidens.
- Quid respectu non subditorum per naturam, quia nempe sint forenses.
- Distinguitur, & quando forensis huius legi voluntatem accommodare censetur.
- De voluntaria subiectione legibus aliorum locorum, quibus aliis non subiacent.
- De differentia inter leges locales conditas à Principe Supremo, & conditas à Communitate subdita.
- Quod modicum præjudicium causet præsumptio inducta per Constitutionem, & quare.

§. XVIII.

In hac parte utitur Constitutio verbo declaramus, quod in aliis partibus misteriosè adhibitum non fuit, ne aliàs prætendi posset retrahitio ad causam præteritis, ut advertitur supra in §. 7. In præsentibus autem illud adhibetur ad firmiorem inductionem hujus præsumptionis, quasi quod ista non proveniat ex sola potentia legis, quæ in inducat de novo, sed ex ipsa naturali veritate, quæ jam adesset; unde propterea habetur conclusio recepta, ut qui non potest actum revocare, vel impugnare, possit tamen illum ambiguum declarare, quoniam qui declarat non disponit, neque actum de novo facit, sed solum aperit id, quod jam inest, ad instar executientis grana à spicis, quo exemplum utitur text. in l. adeo 7. ff. de acquir. rer. domin. cum concordantibus.

Ista itaque dispositio nullam patitur difficultatem ex capite voluntatis, cum ista sit nimium clara, ideòque nulla indiget glossa, ad jam insinuatam vulgarem regulam text. in l. ille aut ille, ff. de legat. 3. Cumque agatur de lege Summi Pontificis, qui jam expressè declaravit Pontificiam, & Apostolicam quocumque auctoritate adhibere voluisse hinc sequitur, quod nullam pariter difficultatem patitur ex capite potestatis respectu Ecclesiasticorum, & aliorum, quasi à Legislatoris potestate; & jurisdictione essent exemptis, in ipsius tamen ditione, seu territorio viverent, adeòque exemptio esset accidentaliter, ut advertitur supra in §. XI. atque ibi adnotata deserviunt quoque pro ista parte dispositionis, quatenus ageretur de lege Principis secularis, aut etiam Papæ tanquam Principis, quatenus Pontificia spirituali uti noluisset, an scilicet possit ejus lex istius voluntatis præsumptionem inducere in illis, qui ejus foro, & potestati non subiacent, sed accidentaliter, non autem inspecta naturali, & originaria qualitate, quales sunt illi, qui orientes in territorio, vel Principatu sunt naturaliter sæculares, & subditi, accidentaliter postea ob superventam qualitatem clericatus, vel status religiosi efficiuntur exempti, atque in hoc sufficere videtur relatio ad ea, quæ habentur

suprà in §. XI. & disc. 5. de successio. quòd scilicet lex inducat præsumptionem rei naturalis in statu ab instanti natiuitatis, vel saltem ex tempore, quo incipit haberi discursus, & usus rationis cum capacitate apprehendendi mores populi, & traditiones majorum; unde propterea istam jam de tempore habili impressam naturalem qualitatem non tollat, neque cessare faciat superveniens qualitas accidentaliter, exemptionis inductiva, ut locis citatis latius.

Difficultas verò major cadere videtur in forensibus, qui orti, & educati sunt in diversis regionibus, & Principatibus, adeòque dici non valeat quòd legislator sit informatus, beneque conscius de populorum, ac regionis naturalibus, & universalibus moribus, ut in casu præcedenti verificatur: minusque dici potest, quòd præsumptio per legem inducta in aliquo tempore habili jam suam fecerit operationem, & quòd effectus consumatus non cesset per superveniens accidentalem cessationem causæ, dum talium forensium exemptio non est dativa, & accidentaliter, sed est nativa, adeòque nunquam sub legislatoris jurisdictione, & potestate illorum personæ fuerint, quiddam sit de illa impropria, & accidentaliter, & consequenter subiectione, quam secum ferant bona, quæ in eo principatu possidentur.

Atque in hoc distinguenda videntur tempora; ubi enim casus contingeret de recenti, & intra brevem terminum, prius quam ista lex de facto ita publica fiat, ut probabiliter deveniat ad noticiam universalem populorum degentium in illis regionibus, & locis, in quibus degunt hujusmodi bonorum possessores; & tunc videtur, quòd difficultas quidem urgeat, ideòque ubi casus accideret, maturius esset cogitandum; sed ubi è converso tale intercedit intervallum temporis, ut ista notitia probabiliter ibi habeatur, & tunc videtur, quòd difficultas non intret, non quidem, ex potentia legis, quæ cum forensi naturaliter non subdito talem exerceat jurisdictionem, vel operetur effectum, sed ex rationabitione eorumdem forensium bona in locis legislatoris possidentium; quoniam scientes legem hujus præsumptionis inductivam, & non contradicentes, neque contrariam animi facientes declarationem, sed perseverantes in bonorum retentione eo loco, ita illam legem approbare videntur, eique acquiescere, atque implicitè declarare, quòd talis esset eorum voluntas, qualem lex præsumit.

Clarius verò, & cum minori ratione dubitandi in acquisitionibus futuris, & imposterum faciendis, quoniam tunc forenses hujus legis consci, siue illam scire debentes, bona acquirere dicuntur eidem legi obnoxia, atque illi se conformare videntur ex voluntaria subiectione, eo ipso, quòd contrariam eorum animi, & voluntatis non faciunt declarationem, ab eadem lege præservatam, ad instar eorum, quæ in suis sedibus habentur h quo forenses, vel alii exempti voluntariè se supponant alicui legi, cui non subiacent, siue juxta ea, quæ in praxi habemus in hoc Principatu in prohibitione alienandi, vel obligandi bona jurisdictionalia, etiam in subditos, vel super impedita libertate disponendi cum exteris, juxta ea, quæ habentur infra in §. XX. quoniam si forensis acquirit, & retinet in hoc Principatu bona jurisdictionalia, ita dicitur se supponere legibus, & Constitutionibus, dictam prohibitionem continentibus; neque ex eo, quòd ipse non sit naturaliter subditus istius Principatus, & non subiectus dictis legibus, prætereundum est exemptionem ab hac restrictione, & servitute, quòd generaliter congruit feudis regulandis juxta jus commune feudale. Quoniam non ex eo, quòd forenses, qui acquirit, & retinet feuda non sunt naturaliter hujusmodi legibus obnoxii, & legislatorum subditi, prætereundum est exemptionem ab hac servitute, & prohibitione, cum similibus. Cumque præsupponatur in Gallia ex lege, vel consuetudine forenses in ea regione acquirentes bona, quamvis privata, & indifferenta, non posse de illis disponere sine licentia Regis, qua deficiente fisci in eis succedit; utique non poterunt forenses conquiri, vel prætereundum est hujusmodi lege, vel consuetudine se exemptos, dum acquirendo ita se illi supponere implicitè videntur, quasi quòd dicatur onus, vel qualitas ipsis bonis in ista.

Atque in idem intrat sæpius insinuata consideratio differentie constituendæ inter statuta inferiora condita per subditas Communitates, cadentia sub genere juris municipalis exorbitantis ab illo jure, quòd in ea Principatu est commune, & illas leges quæ pro toto Principatu conditæ sunt per Supremum Principem, & quæ verum, ac primarium jus com-

commune in eo Principatu efformant, quoniam supremus Princeps habere dicitur bonorum in suo Principatu existitiale directum, ac habituale dominium universale jurisdictionale, cujus ratione imprimere potest ipsis bonis certam qualitatem, cum qua in quascumque manus transferre debent, ac etiam tanquam lex viva, & animata potestatem habent derogandi, vel dispensandi legi scriptæ, vel mortuæ, ideò intervertere, vel immutare potest illum successiois ordinem, quem præscriptis aliæ lex positiva, à cuius provisione istud successiois beneficium recognoscitur, quòd ab eadem tolli, vel immutari potest; quæ omnia non congruunt Communitatibus, vel Domicelliis subditis, à quibus condita sunt inferiora statuta localia, sub juris municipalis genere venientia; ideòque magna dignoscitur differentia inter unam speciem legis, & alteram, atque ad hanc differentiam, utpote istius materiæ veram, & principalem regulatricem omnino reflectendum est in omnibus casibus, & questionibus pro illarum congrua determinatione.

Considerando quoque; quòd istud est modicum præjudicium, cui de facili per quamlibet occurri potest, faciendò diversè ejus voluntatis declarationem à Constitutione præservatam, ideòque non meretur dici lex, quæ liget, atque invitos afficiat, & per consequens non intrant illæ difficultates, quæ cadunt in legibus arctatoriis, & obligativis, ad quòd pariter est reflectendum.

a De qua pluries in Theatro, præsertim disc. 15. nu. 8. de Regal. disc. 21. n. 16. de Testament. & alibi.

b Disc. 102. de dot. & disc. 26. de successio. & disc. 116. de credit.

c In cap. Imperialem de prohib. feudi alienat. per Fridericum, siue in uruique Sicilia Regni per Constitutionem, quæ incipit Constitutionem Divæ memoriæ ex deductis in sua sede sub tit. de feud. discurs. 3. & 135. & alibi.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Quæ verò de intestatis successiois hæcenus, ut supra, statuta, & disposita sunt, in testamentariis quoque successiois attendi, & observari debere volumus, ac statuimus, quacumque pariter bonorum, & personarum differentia, & consideratione, ut supra, sublati, in iis casibus, in quibus eadem statuta, & leges locales in hac specie testatæ successiois masculorum de agnatione favore disponunt, quoribus decedentium contraria expressa voluntas non adverteretur.

ARGUMENTUM.

Statutum exclusivum feminarum an cesset, ubi defunctus, decedit condito testamento, & de statuti operatione in casu testatæ successiois.

SUMMARIUM.

- D**E rationibus, ob quas istius Constitutionis editio non approbatur.
- An profit, nec ne remedium renunciationum.
- Lex debet providere imperitis, & imbecillibus, non autem peritis, & sagacibus.
- Quare frequentius homines decedere solent intestati.
- Cessante statuto etiam si fiat testamentum, decedens non eximitur ab onere legitime.
- De legitime privilegiiis.
- Quando ista non sit in quarta, sed in toto.
- Quare opportunum fuit providere etiam in successioibus testamentariis.
- Statutaria dispositio cessat ex contraria dispositione decedentis.
- An femina, vel alii exclusi censentur agniti in suos, itaut cesset statutum, si testator aliquid eis relinquat.
- Quòd testamentaria successio latius patet, quàm intestata, & de ratione.
- De Statuto Urbis 141. in quo differat à 145.
- De successioe feudorum in Regno Neapolitano, & quomodo feudatarius possit excludere familiam proximiorum favore agnati.
- Quando gravatus decedens alterare possit successioem fideicommissariam.
- De facultate parentis binubi disponendi inter liberos.
- De questionibus, quæ cadunt in statutis disponentibus de testamentis, & testamentaria successioe.

Card. de Luca de Statut. Success.

In primo congressu habito super istius edendæ, nec ne Constitutionis consultatione, antequam populorum vota exquirentur, juxta seriem, de qua in præfatione, perquam plures ex iis, qui fuerunt in sensu, ut continuari deberet cum jam receptis restrictionibus, & conclusionibus, respondendo ad inconvenientia, quæ per me, & alios meos opinionis sequaces proponebatur, dicebatur posse de facili eis occurrere, testando, vel procurando profitemtum in Religione, vel monasteriis renunciationes, præsertim à puellis, quæ moniales fiunt, juxta prævidorum virorum consuetudinem; Non habuit tamen plausum istud votum, & merito; siquidem quod cautela renunciationis, non omnes possunt, & solent esse ita prudentes, & providi, quorum in hoc mundo longè minor est numerus, quam imperitorum, & segniorum; Ac etiam quia sæpe contingit, ut illi mascululi, quibus providere voluerunt statuta, ita penè annihilata, reperiri solent in pupillari, vel minori ætate, neque omnes feminæ sunt eorundem sensuum, eisdemque facilitatis in hujusmodi renunciationibus efficiendis. Et quòd magis est, quando successio jam delata fuit, de facili solent istæ renunciationes impugnari ex capite læsionis, aut visdoli, & circumventionis, vel ex capite restitutionis in integrum, ratione ignorantia, vel falsæ causæ, aut sub prætextu cessantis præsuppositi, siue quòd esset personalis, ut propterea deficientibus aliquibus personis cesset, vel illam impugnando ex capite nullitatis, ob non adhibitas, vel male aliquas solemnitates, ut videre est ex tot casibus recensitis in Theatro in sua sede sub tit. de renunc. magis verò in voluminibus decisionum Rotæ, & apud tot Consules, adeòque magnum videantur hujusmodi renunciationes consistuere seminarium litium, & perturbationum, quodque medicina in venenum potius convertatur. Ideòque lex imperitis potius, & inhabilibus, qui facta propria bene, & providè explicare nesciunt, vel non possunt, occurrere, & providere debet, eorumque imperfectionem supplere, cum sagaces, providi, & cautelati, legis auxilio, & providentia non egeant.

Quo verò ad aliud, insipidum quidem, consilium testandi, ubi etiam de testabilibus agatur, non de facili testatio ad actum reduci solet ob perhorrescentiam haberi solitam mortis, quam naturaliter homines aspiciere solent à longè; unde propterea à morte improvisa, vel à gravi morbo, aut à mentis infirmitate, siue à morte violentia inopinatè præoccupati hoc votum ex plere impediuntur. Ac etiam quoniam magna pars decedentium esse solet de genere intestabilium ratione pupillaris ætatis, vel non sanæ mentis, aut quia sunt filii familias, cum similibus impedimentis.

Et quòd magis est, ubi etiam testamentum fiat, quodque illud perfectum, & validum sit, suumque fortiaur effectum, adeòque non insurgant illæ tam frequentes questiones, & impugnationes, quæ recensentur etiam in Theatro in sua sede sub tit. de testament. unde propterea contingit, quòd frequentissimè, etiam illi, qui testati sunt, intestati decedant.

Adhuc verò id non sufficit, quòd illæ cessant, quæ sunt exclusivæ per statutum sunt tales, quando cessante statutaria exclusioe, attentata dispositione novissimi juris communis, cum quo vivitur, sit eis debita legitima, quam debitores neque volentes admittere possunt, nec in toto, nec in parte; quinimò ubi adimant prætereundo, vel etiam non prætereundo, sed non addibendo honorabilem titulum institutionis, se exponunt periculo invaliditatis testamenti, quòd subtinere curant Doctores cum clausula codicillari, vel cum illa *Omni meliori modo*, aliisque adinventis, ac etiam quòd neque hujusmodi debitores liberatam habent illam relinquendo in una, vel in altera bonorum specie, puta in pecunia, vel in mobiliibus, aut in fructibus, quoniam cum dicatur quota bonorum detrahenda ex singulis bonis, & corporibus, in eis relinquendo, vel assignanda est, quando tales non concurrant facti circumstantiæ, quòd intret æquitativum Judicis arbitrium; magna desuper cadere solita questione inter nostros cum consuetis formalitatibus per classes disputari solitis, an hæc legitime privilegia, illud præsertim, ut relinquere non possit in fructibus, vel in pecunia, siue alterum annullationis testamenti ipso jure, ob eam non relictam titulo honorabilis institutionis, vel eam liberè non relictam, procedant solum in filiis, aliisque descendentibus, vel etiam in ascendentibus, cum similibus questionibus, ex quibus

liquet restrictam esse in hoc voluntatem, ac libertatem decedentium, adeoq. etiam testando, non possint huic malo occurrere; Illudque aliquando non est in sola quota per jus commune statuta, puta in tridente, quando liberi non iunt ultra quatuor, vel in femise, quando sunt ultra quatuor, sed etiam in toto, ut contingit in illis successioneibus necessariis, quæ aliquibus personis debite sunt, adeoq. dependentes non possint earum ordinem alterare, aut onus, & vinculum adicere, ut experiri contingit in dote materna, quæ in plerisque locis, ex eorum legibus, & statutis, vel consuetudinibus, debita est filiis superstitibus, unde matres decedentes nequeunt aliter testari, vel contingit in iis bonis, quæ in parentem binubum obveniunt ex substantia conjugis prædefunctæ, vel ex successione alicujus ex liberis primi matrimonii, atque contingit in successione feudali, vel emphyteusis pacti, & providentiæ, aut in successione fideicommissaria, cum similibus; quoniam docentes testando non possunt illius ordinem alterare; & per consequens ubi femina, alicujus personæ per statutum exclusæ esse cessante statutaria dispositione; æqualem, vel majorem concursum habeant cum masculis, aliisque à statuto vocatis, & prædilectis, ista cautela inanis, ac nullius operationis remanet, unde propterea opportunum fuit ita providere, ut scilicet ea; quæ in intestatis successioneibus dicta sunt, in testamentariis quoque procedant, tanquam in casu minus dubitabili, quoniam si in casu successioneis ab intestato, hujusmodi statutorum operatio provenit, juxta viorem sententiam, à præsumpta, vel subintellecta; & suppleta decedentium voluntate, cui deferendum est, multo magis, & cum minori dubitandi ratione deferri debet, quando habetur eorumdem decedentium expressa, & specialis voluntas per eos declarata.

Magis verò, nedum opportuna, sed necessaria fuit dispositio in præsentis §. contenta, ad occurrendum cuidam Pragmaticorum credulitati recensitæ in alias citato *Constitutio legis*, & rationis observat. 58. Cum enim recepta sit, & rectè quidem, ac rationabiliter, positio, per nostram Constitutionem in præsentis §. expressè canonizata, ut hujusmodi statutariæ exclusiones feminarum, & cognatorum, favore masculorum de agnatione, cessent ex contraria voluntate decedentis quæ in testamento, vel in alia dispositione declarata sit, quoniam cum intestata successio, sive à jure communi, sive à statuto, & locali ordinata dicatur testamentum legis, quod per illum fiat vice, & nomine decedentis ab intestato; ita ejus præsumptam, ac verisimilem suppledo voluntatem, quam ipse decedens inopinata, & insperata morte præoccupatus, vel aliàs intestabilis, & impeditus explicare non potuit, ista præsumptio, vel fictio cedere debet veritati, & expressè declarationi in contrarium.

Ex ista autem propositione, vera quidem, rationabili, & recepta, ut statutum cessare debeat in casu testamenti, resultavit insinuata ineptia, cui opus fuit occurrere; quoniam cum decedentes cum testamento, atque se conformare volentes cum statuto, excludendo feminas, aliosque descendentes, vel ascendentes à statuto exclusos, de jure autem communi necessariò institutos, ut supra; timentes verò ne eorum præterito nullitatem testamenti, vel aliud præjudicium eorum dispositioni causare valeat, ad majorem firmitatem, & cautelam, & quandoque ex consilio alicujus parum experti Juris professoris curant, & solliciti sunt filias feminas, aliasque personas exclusas, in testamento, etiam cum honorabili titulo institutionis vocare, & honorare in aliqua modica re, vel summa, & quandoque etiam ex motivo benevolentiae, & naturalis amoris, cum expressione, ut id relictum censatur pro omni, & toto eo, quod pro omni, & quocumque ejus jure, & portione, etiam legitimæ prætere, & consequi possent, adeoq. debent de hoc esse contentæ, exinde inferri solet ad agnationem in suas illarum personarum, quæ per statutum earum exclusivum extraneæ effectæ essent, ut propterea competat jus petendi supplementum legitimæ, quodque in reliquis cessare debeat statutaria dispositio cum reversione ad jus commune, ex contraria voluntate illius, de cujus agitur successione. Id autem apertam redolet ineptiam, & irrationabilitatem contra omnes scripti, & naturalis juris regulas, ut quod favore introductum, & ordinatum est in odium retorquetur; quodque effectus diversus esse debeat à causa; vel quod voluntas trahatur ad oppositum ejus, quod voluit fuit; quodque ordinata ad ædificandum, & ad majorem firmitatem, deserviant ad destructionem, cum similibus; dum hujusmodi cautelæ adhiberi solent ad majorem firmitatem, ad majorem observantiam

statutariæ dispositionis, quam eatenus cessare facit testamentaria dispositio, quatenus illa illum destruat, eique contraria sit, non autem ubi conformis esse dignoscitur, ut locis citatis advertitur.

Testatæ siquidem dispositiones latius patere solent favore agnationis, magisque ampliari statuta de intestatis successioneibus dispositio, ut ex-gr. dignoscitur in statutis Urbis, quoniam decedente patre ab intestato, ex statuto 145. succedunt quidem liberi masculi, exclusis feminis, sed si istæ tantum superstiti, eas non excludunt decedentes fratres, vel alii transverales agnati; & tamen si decedens, qui solum filias feminas habeat testetur, eas excludere potest, etiam ab illo supplemento legitimæ, quod superstiti ultra dotem de paragio, ut bona relinquat agnatis collateralibus ex statuto 141.

Non deserunt tamen in hoc ineptiæ, magnas retextendo quæstiones, cum decisionum quoque varietate, ut sub agnatorum nomine venient etiam filia femina, quæ decedens testando gratificari velit, ut ob istas, alias ex hoc statuto excludere valeat, quod tamen falsum est, idque ultimo loco tanquam verius agnitionum. d

Prout etiam in successione feudorum Regni Neapolitani juris Francorum, quæ cum ordine primogenituræ defertur, ob feminarum capacitem; & habitatem, illud quidem exorbitans, nimiumque asperum, & irrationabile receptum est, quod si ex primogenito prædefuncto supervit femina feudatarii morientis neptis, ista excludat patruos, qui masculi, sint morientes primi gradus filii, ut in sua sede sub tit. de feud. disc. 13. unde propterea meritò id registratum est in sæpius citato *Constitutio legis*, & rationis obs. 205. Huic autem absurdo consulere potest testamentaria dispositio, ex beneficio *pragm. final. de feud.* per quam feudatario morienti facultas tribuitur excludendi feminam, cujus proxima sit successio, ad favorem illius agnati masculi, qui, dicta femina non extante, esset proximè successarius; idque nostra ætate justè declaratum fuit in successione Ducatus Adriæ fieri posse cum pupillari substitutione; Cùm enim juvenis Dux Adriæ decedens relinqueret filium in factis, fororem, & patruum, prudenter quidem disposuit, ut filio in pupillari ætate decedente, patruus, non autem foror succedere debeat; Unde dubitatum fuit, an intraret beneficium Pragmaticæ, ex eo, quod non de ipsius disponentis, sed alterius feudali successione ageretur; Contrarium autem justè cum subsequuto effectu decisum fuit, vel quia substitutio pupillaris continere dicitur testamentum pupilli, quod ejus vice, & nomine faciat pater, quasi quod ita ipse pupillus disposuerit, quæ tamen ratio periculosa videbatur, dum ultra tertium gradum civilem in eo Regno non datur feudorum successio, atque gratia extensiva ad quartum gradum intelligitur de illis gradus æqualis, vel inferioris, non autem de illis lineæ superioris. Vel, & probabilius, quoniam decedentes in pupillari ætate lex habet, & fingit pro non extantibus, ideòque habetur, ac si pater ita disponendo decederet sine illis filiis, qui in pupillari ætate decedunt.

Habemus quoque idem in successione fideicommissaria, in qua testamentaria dispositio gravati decedentis latius patet, quàm intestata, quoniam si gravatus restituere uni, vel pluribus de familia, vel de certo genere, intestatus, & absque alia dispositione cedit, succedunt omnes proximiores illius generis, juxta ordinem intestatæ successioneis, & tamen testando gratificari aliquando potest inter eos, aliquos præeligendo, alios verò negligendo. e

Quod etiam in parente binubo habemus, prohibitio disponere extra liberos primi matrimonii de bonis lucrativo titulo in eum obventis, & substantia, & bonis primo conjugis, idque ubi non disponat, omnes primi matrimonii liberi superstites in illis bonis succedunt juxta ordinem juris, & tamen inter eos inæqualiter disponere potest, cum plerique similibus in idem tendentibus; Ex quibus patet quod latior, & favorabilior videtur causa testamenti, quàm intestati, ergo proflus erroneum, & irrationabile est, ut statutaria dispositio, agnationis favore prodita, latius patere debeat, quàm testamentaria, quoribus ista eundem respicit finem, ipsique statuto est conformis, cum solum recessus à statuto, ejusque cessatio intret, quando constat de decedentis contraria, vel diversa voluntate; Et per consequens rationabilis; neque fundata est nostræ Constitutionis dispositio in præsentis §. ut omnes restrictiones, quæ in intestatis successioneibus sublatae sunt, in his quoque testamentariis sublatae censentur.

In

In statutis item quæ de testamentis disponunt, adhuc eandem restrictiones, aut verius superstitiones, & frigiditates dignoscunt, cum distinctionibus, in intra vel extra territorium, & similibus, ut ex-gr. habetur in illis statutis, quæ prohibent mulieribus, vel aliis testari absque certis majoribus solemnitatibus, vel sine aliquorum consensu, quoniam ultra difficultatem super eorum validitate, quasi quod statui non possit, ut ultimæ voluntates ab alieno pendeant arbitrio, seu non possit libera testandi facultas adimi, super quo adeo magna dignoscitur inter Doctores scissura, & in ipsismet Tribunalibus variatio cum non modica quidem rursus provocatione, adhuc dubitari solet, an condito testamento in Ecclesia, vel in loco alias exempto à jurisdictione, & potestatem statutum, obflare debeat, necne statuti dispositio, ex deductis in sua sede sub tit. de testam. disc. 29. & seqq. cum similibus, quæ in hoc proposito considerari possunt.

a Ex deductis sub tit. de dot. disc. 102. cum plurib. seqq. & disc. 26. de successione. & alibi.

b Ad textum in l. feminae, & in l. hac editæ C. de secund. nupt. ex iis, quæ habentur disc. 24. de successione. & alibi. c Ex deductis disc. 3. n. 16. & seqq. ad fin. de legitim. & disc. 22. de successione. & alibi.

d Ut in disc. 267. & 283. p. 9. rec. & agitur disc. 40. de successione. e Ex deductis in sua sede sub tit. de fideicommiss. disc. 55. cum sequent.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Non intendimus autem per præsentem Constitutionem, atque in ea disposita, in aliquo derogare, & præjudicare Constitutionibus Apostolicis recol. memorie Nostrorum Prædecessorum Sixti Papæ V. Clementis Papæ VIII. Pauli Papæ V. Urbani Papæ VIII. Innocentii Papæ X. & Alexandri Papæ VII. & aliorum, siquæ adfuit, super inhabilitate forensium dicto nostro, & Apostolicæ Sedis dominio in temporalibus non subjectorum, qui statuti temporibus ad habitandum non veniant, & non observent ea, quæ in eisdem Constitutionibus disponuntur, ac demandantur, sed illæ salvæ, integræ, & in suo robore, ac firmitate permaneant.

ARGUMENTUM.

De Constitutionibus Apostolicis, ac etiam de statutis particularibus inhabilitantibus forenses ad acquirendum, & retinendum bona jurisdictionalia, & alia stabilia; & de materia civilitatis, & quando hæc verificari dicatur.

SUMMARIUM.

- 1 Quod adhuc sit incerta dispositio istarum Constitutionum.
- 2 In statu Ecclesiastico ante Constitutionem Sixti V. non aderat prohibitio contra forenses.
- 3 De Bulla Pii V. de non infundando.
- 4 De legibus feudalibus prohibentibus alienationem feudorum, an locum habeant in Statu Ecclesiastico, & quomodo attendantur, & n. 24.
- 5 De natura bonorum jurisdictionalium in Statu Ecclesiastico, & an sint feudalia, vel allodialia.
- 6 Explicatur alodium istorum bonorum quale sit.
- 7 Illa, quæ obtinentur cum expresso titulo feudali, quam naturam habeant.
- 8 De renovatione petenda per novum feudi successorem.
- 9 Quid disponat Constitutio Sixti V. contra forenses.
- 10 De validitate statutorum localium prohibentium alienationes in forenses.
- 11 An hæc statuta afficiant clericos.
- 12 De exceptatione Urbis, & ambitus decem miliarium circumcirca, & locorum montium, ac censuum, & dotium.
- 13 Quare sine superfluitate fiat exceptatio locorum montium.
- 14 De Constitut. Clement. VIII. qui continet.
- 15 De imperfectione humanorum operum.
- 16 Dispositio dictæ Constit. Clementis circa ultimas voluntates, de quibus loquitur.

Card. de Luca de Statut. Success.

- 17 Quod asperum sit excludere forenses per ultimas voluntates.
- 18 Unde proveniat extensio ad omnes contractus ultra tres contentos in Bulla Sixti V.
- 19 Enarratur dispositio Constitutionum Pauli V. & Urbani Octavi.
- 20 De prohibitione bonorum in consilio.
- 21 De cautela præservativa jurium Camera in licentiis dari solitis.
- 22 Prohibitio etiam in causam dotis.
- 23 De constitutionibus Innocentii Decimi, & Alexandri Septimi.
- 24 De dictis prohibitionibus, earumque materia, quod attendantur leges feudales.
- 25 Quod dictæ Constitutiones non tollant intestatam successionem.
- 26 Ad quid præservativa dictarum Constitutionum in hoc §. adjecta sit.
- 27 An per istam Constitutionem in §. 17. sublata sint statutaria localia contra forenses.
- 28 De civilitate, per quam forenses contradistinguuntur & de variis speciebus civilitatis.
- 29 In qua specie civilitatis cadat dubium, necne super comprehensione sub dictis Constitutionibus.
- 30 De comparabili civilitate plurium locorum.
- 31 Distinguitur civilitas, ad effectum istarum Constitutionum, & ad effectum statutorum localium.
- 32 Civilitas ficta an sufficiat in statutis.
- 33 Certum est non sufficere ad effectum istarum Constitutionum.
- 34 Quare in casu civilitatis, quomodo libet dubiæ, non solent disputari.
- 35 Fiscus duxus adversarius.
- 36 Quod licentia facile concedi solet.
- 37 Licentia obtenta ad majorem cautelam non præjudicat.
- 38 Ideoque exinde inferri non potest ad observantiam.
- 39 De errore procedentium cum propositionibus generalibus.
- 40 Quæ regula in hoc teneri debeat.
- 41 De distinctione inter acquisitionem civilitatis, & amissionem jam quæsitæ.
- 42 Aliud est repellere à quærendo, aliud est privare eo, quod jam quæsitum est.
- 43 De eadem differentia inter novam acquisitionem, & privationem jam quæsitam.
- 44 Quando discessus à loco, & mora in alio non interrumpit civilitatem.
- 45 De civilitate per solam accidentalem nativitatem in loco, absque alio requisito, ad quid proferat.
- 46 Quod non sufficiat ad satisfaciendum in his constitutionibus.
- 47 Quod illa mora in loco, quæ ad alios effectus non causat civilitatem, proferat ad istam constitutionem.
- 48 Mora occasionalis etiam diuturna non inducit domicilium.
- 49 De differentia effectuum resultantium ex mora, & incolatu in loco.
- 50 Nati casualiter extra patriam, adhuc in patria originaria sunt veri cives.
- 51 De civilitate domiciliaria quando acquiratur, ejusque effectibus.
- 52 De civilitate originaria remota originis, scilicet patris vel avi.
- 53 De civilitate ex mero privilegio.
- 54 A quibus hoc privilegium concedi possit.
- 55 An ista concessio facta per Principem secularem præjudicet ecclesiasticis, & exemptis.
- 56 De civilitate, quam acquirunt Feudatarii, Barones, & Senatores, ac etiam Episcopus, & Canonici cathedralis, & similes.

§. XX.

Adhuc incertum, involutumque remanere videtur, quidnam Apostolicæ Constitutiones, in præsentis §. enunciatæ, continent, ac disponant, ut præsertim praxis docuit in casu, de quo agitur disc. 161. de Regal. & dec. 536. p. 14. rec. quæ privatum votum potius continet, in eodem casu, ac etiam in casu, de quo disc. 69. de alienat. & contract. prohibet. Pro aliqui tamen materiam moritia, ad rem nostram advertendum videtur, quod antequam dictæ

dicitur Constitutiones ederentur, in hoc Principatu nulla aderat lex universalis, à proprio Principe condita, quæ aliquam alienandi prohibitionem in forenses, vel alios contineret, exceptis Canonibus, & Constitutionibus generaliter pro toto Orbe catholico prohibentibus alienationem bonorum ecclesiæ, & specialiter in hoc Principatu, ultra antiquas Constitutiones Symmachi, aliorumque Pontificum, de quibus præsertim *sub tit. de feud. disc. 4. illa B. Pii V. de non in feudandis Civitatibus, Terris, Castris, & Locis ad Romanam Ecclesiam pertinentibus, & de qua constitutione eodem disc. 4. de feud. & in aliis frequentur, & quæ Constitutio continet prohibitionem, ne Pontifex in feudaret, vel alienaret ea, qua per Ecclesiam Romanam, & Sedem Apostolicam liberè, & pleno jure possideantur, sive ne fierent investiturarum prorogationes, aut linearum mutationes, juxta superventas aliorum Pontificum Constitutiones, dictæ Bullæ Pianæ confirmatorias, & declarativas, vel extensivas; nullatenus verò disponit de bonis jam possessis per Barones, & Domicellos, & per privatos, etiam feudales, & jurisdictionalibus, multò verò minus de bonis privatis indifferentibus, quæ ad differentiam feudali, ac etiam jurisdictionalium allodialia vulgò dici solent.*

Et quamvis adessent leges feudales, prohibentes alienationes bonorum feudali, absque assensu domini directi, qualis præsertim est constitutio Frederici Imperatoris *In cap. Imperiale de prohib. feud. alienation. per Fredericum*, quæ aliis latius patet, ideoque sola circumferri solet, quasi suffocando prohibitiones Loharii, & aliorum, Nihilominus in meo sensu omnino verius videtur, ut hujusmodi leges in isto Principatu usu receptæ non essent, dum earum vis, & operatio non pendet à potestate, & jurisdictione legislatoris, sed potius ab usu, cum illæ consuetudines potius, quam leges veræ sint in illis ditionibus quæ dicto legislatori immediatè non subjacent, ut plenè materiam radicatus, & ab alto examinando habetur *discurs. 135. de feud. ubi curiosas poterit sibi abundè satisfacere.*

Idque, ultra quamplures alias rationes ponderatas, ex eo præsertim probatur, quod Civitates, Oppida, Castra, & loca inhabitata, quæ cum baronali imperio, & jurisdictione in hoc Principatu possidentur per Barones, & Domicellos, contradistinctos à feudatariis majoribus verè dignitatis, qui Principum potius, quam Baronum figuram faciunt, juxta distinctionem, de qua supra in §. 2. & alibi, pro majori parte non possidentur cum investitura feudali, & ex titulo verè, & propriè feudali, unde propterea subjacent legibus, servitiis, & oneribus feudaliibus sed potius possidentur ex titulo allodii, ad instar aliorum bonorum indifferentium, adeo nullum præstent fidelitatis juramentum, neque præstetur aliquod servitium personale, vel reale, vel aliqua adfit investitura, ejusque renovationis obligatio, neque successio restricta est ad agnatos intra certos gradus, cum aliis oneribus, & servitiis, quibus feuda subjacent; ideoque majori reputantur valoris, longèque magis æstimantur, ut pluries advertitur in dicta sua sede *de feud. præsertim discurs. 19. & in aliis.*

Et quamvis istud non sit verum, & proprium allodium quale propriè dicitur illud, quod præsertim liberum, plenum, & absolutum dominium, adeo alter superior non recognoscatur, nisi solus Deus, cum in his locis Papa sit plenus dominus cum alto dominio, & superioritate, etiam actuali, & in exercitio, & cum libero subditorum recursum, ac etiam cum jure præveniendi, & cum regalibus, quæ penes Papam resident, unde propterea inesse dicitur implicita feudalitas, & implicita obligatio fidelitatis, & servitii, quando necessitas, vel opportunitas exigat, juxta celebre *consil. 1. Spadae*, atque pluries advertitur in dicta sua sede *sub tit. de feud. & in aliis* enunciatum opusculo Italicè idiomatice, cui titulus est, *Il Principe pratico, cap. 47. & alibi*. Nihilominus ista est quædam feudalitas impropria, & remota, considerabilis ad præstatos, aliisque similes effectus, in reliquis autem hujusmodi bona jurisdictionalia non regulantur cum legibus, & consuetudinibus feudaliibus, tanquam feuda recta, & vera, sed potius tanquam feuda corrupta, & redacta ad instar allodialium, & regulantur jure aliorum bonorum privatorum indifferentium.

Quinimò licet pleræque ex hujusmodi Civitatibus, Terris, Castris, & locis jurisdictionalibus quæ possidentur in hoc Principatu per Barones, & Domicellos, quamvis

comparativè in modica quantitate, possideantur cum investitura feudali restricta ad hæredes sanguinis, vel ad certas generationes, & cum onere servitii realis, & consistentis in aliqua annua præstatione, faciendi de more in Vigilia, vel in Festo B. Petri, juxta casus de quibus *disc. 4. & 5. de feud. & in aliis eod. tit.* Nihilominus iis exceptis, quæ in investitura continentur, vel ad quæ observantia obligaret dici quoque merentur feuda corrupta, & impropria, dum usque ad tempora Sixti V. nulla desuper habetur lex prohibitiva alienationis, neque practica id, quod in veris feudis dispositum est, ut moriente feudatario, aliqua pars fructuum illius anni Domino debita sit, quodque novus feudatarius teneatur investiture renovationem petere, ex iis, quæ habentur *cod. tit. de feud. disc. 8*. Et prout in hoc eodem Principatu practicitur in feuda majori, & Regali Regni Neapolitani, quod ad præscriptum investituræ, ita expressè disponens, id servatur, etiam cum majori rigore quam leges feudales disponant, dum ista statuunt terminum anni, & diei, in hoc autem feudo petenda est nova investitura infra sex menses, ut habetur apud à Ponte, *disc. 1. ubi de restitutione in integrum concedenda ad versus hanc novam investituram, in tempore non petitam, ex capite minoris ætatis, quod in aliis feudis minoribus, & baronalibus generaliter non practicitur.*

Prima itaque lex, quæ desuper habetur, est Constitutio III. Sixti V. Pontificatus initio condita, quæ plures continet partes. Primò enim in §. I. & II. narrat statuta in plerisque Civitatibus, & Locis Ecclesiasticis Status existentia, per quæ, ad conservandum bona in civibus, & incolis, prohibetur alienatio bonorum stabiliu in forenses, vel quod isti majori graventur onere, juxta recensitos *disc. 75. de Regal. disc. 39. & 69. de alien. & contrah. prohib. & alibi pluries*, istaque statuta commendando tanquam utilia, & favorabilia, illa approbat, atque Apostolica auctoritate servari mandat; unde propterea in hoc Principatu cessat illa dubitatio, quæ per Doctores excitatur super hujusmodi statutorum validitate, ex relatis *disc. disc. 39. de alienat. n. 10. & seqq. & disc. 77. & 83. de regal.* Ideoque mirandum est quomodo Gratianus Doctor Romanus, qui post istam Constitutionem scripsit in *disc. 245.* super hoc dubio adeò insistant, nisi collectorem potius, quam Doctorem, ex proprio sensu, & discursu loquentem, illum dicamur, ut revera dici meretur, dum dicta Constitutio non solum expressè mandat hæc statuta observari ex auctoritate Apostolica, unde propterea intrant ea, quæ superius in §. XI. ob ista verba insinuata sunt, sed etiam illa declarantur utilia, & favorabilia; ideoque ita cessant omnia argumenta in contrarium, fundata in eorum exorbitantia, & odiositate.

Quinimò, quidquid sit in aliis ditionibus, & Principatibus de quæstione. a. An hujusmodi statuta afficiant clericos, & personas ecclesiasticas, in qua Rota negativam sequitur, & firmat, super qua integer locus vegetati relinquatur, in hoc tamen Principatu, ob istam Constitutionem, probabilior videtur opinio Cyriaci, & sequacium, non quidem ex potentia, & operatione ipsorum statutorum, vel statuentium, sed ex auctoritate Apostolica, dum ille terminus Apostolicæ auctoritatis magis, & propriè convenit auctoritati Pontificis uti Pontificis, quam induendo solum personam Principis temporalis, adeo ut intrant eadem considerationes, de quibus supra in dicto §. XI. Potissimè quia ex toto contextu Constitutionis liquet, quod Pontificia potestas quoque adhibita fuit, dum etiam de personis ecclesiasticis fit pluries mentio, eorumque comprehensio demandatur, atque ita cessat omne dubium quod cadere posset circa præjudicium Ecclesiasticæ immunitatis, ratione auctoritatis Apostolicæ.

Deinde in §. III. prohibetur, ut tam Civitates, Castra, & Loca jurisdictionalia, quam etiam alia bona stabilia non possint forensibus vendi, aut permutari, seu in feudum, emphyteusum, livellum, vel pignus, aut locationem concedi ultra triennium. In sequenti autem §. IV. prohibetur Civitates, Oppida, & Castra, magis verò Fortalitia generaliter, etiam subditos vendi, permutari, vel donari. Et si cives, vel incolæ à Statu discedant non reverfari, teneantur infra biennium dicta bona aliis vendere, vel permutare; ut in §. V. Atque in §. VI. disponitur ut præter dictos tres contractus prohibitos venditionis, permutationis, & donationis, liceat de bonis suis disponere in quoscumque, vel ab intestato venientibus relinquere dummodo forenses infra triennium veniant ad habitandum in Statu Ecclesiastico.

Demum

Demum in §. VII. declaratur, sub hujusmodi bonis, & respectivè prohibitionibus non comprehendi loca montium, neque census, nec mulierum dotes; ita tamen quod soluto matrimonio, mulieris defunctæ hæredes, si exteri fuerint, ad habitandum venire debeant, seu bona vendere, aut permutare, ut supra. Et generaliter excipiuntur omnia, & quæcumque bona cujuslibet speciei, & qualitatis existentia in Urbe, quæ communis patria dicitur, & in ejus ambitu per spatium decem milliariu circumcirca, ut absque personarum exceptione, omnino liberum sit commercium, ut supra in §. XVII. quoque animadvertimus; ibique assignata fuit aliqua peculiaris ratio, cui hæc provisio innixa est, declarando personas ita prohibitas omnino incapaces, ac annullando quoscumque contractus, & scripturas desuper faciendas, ut in sequenti §. VIII.

Neque superflua dici meretur excipiatio locorum montium, quæ receptum est circumscripti loco Urbis, ex insinuatis supra §. VIII. unde propterea sufficere debuisset sola exceptio ejusdem Urbis, quoniam de tempore, quo prodit ista Constitutio, & altera Clem. VIII. quæ idem repetit, adhuc id erat in quæstione, dum id determinatum fuit in Verbièben. coram Royas ab anno 1640. circiter, ut patet ex decisionibus, & auctoritatibus relatis in *disc. 41. de success. n. 114.* ubi allegatur Rovitus, & alii loquentes de fiscalibus, & arridendis Regni Neapolitani.

Supervenit postmodum Constitutio LXXVIII. Clem. VIII. qui in animo habuit, ut expressè se declarat, & profitetur, præfatam Sixti Constitutionem apertius declarare, omnesque ambages, & dubitandi occasiones tollere, atque revera Constitutio non videtur obscura; adhuc tamen tota hujus materiæ dubietas, & involutio ab ista pendet Constitutione, ut præsertim docuit praxis in jam insinuata controversia, per concordiam postmodum sopitam, de qua agit in allegato *disc. 161. de Regal.* quoniam super puncto, an fideicommissum ordinari poverit in Castro Nemi, aliisque bonis ultra quatuor milliaria ab Urbe, ad favorem exterorum, absque præcedente licentia Apostolica, tota quæstio erat super intelligentia istius Clementinæ Constitutionis, cui scribentes hinc inde varios, imo oppositos tribuebant intellectus, dum Camerales illam uno modo interpretabantur, defensores verò Frangipanii diversam, imo oppositam dabant interpretationem, unde in dies cognoscimus, & experimur humanorum intellectuum imbecillitatem, ac imperfectiorem, quodque in hoc mundo non datur vera, & perfecta prudentia, dum quo magis studemus, & credimus opera perfecta facere, eo magis illa imperfecta esse dignoscuntur, & quo magis curatur facere leges claras, ut omnes ambages, & litium occasiones tollantur, eo magis exitus illas detegit obscuras, ambiguas, & litium productivas.

In hac igitur Clementina Constitutione in §. II. proemiali, in qua, exceptis dictis tribus contractibus venditionis, permutationis, & donationis, datur libera facultas disponendi, quodque ita aliqui abuterentur pro transitu bonorum in Communitates, Universitates, Collegia, & principes sæculares, ac alios, qui in propriis ditionibus residentes, ad habitandum in Statu Ecclesiastico venire non possunt, seu verisimiliter venturi non sunt, declarat, dictam facultatem datam per Sixtum, juxta ejus verisimilem voluntatem, intelligendam esse solum ad favorem eorum, qui venire possunt, ac verisimiliter venturi sunt ad habitandum, nullo facto verbo de personis privatis, nisi quatenus fiduciariè interveniant pro eadem Constitutione fraudanda, & pro dicto transitu bonorum ad Principes, & alios, qui, ut supra, venire non possunt, seu venturi non sunt, atque, eodem themate retento, profertur in §. III. declarare dictam Constitutionem, illamque innovare, & successivè in §. IV. deveniendo ad partem dispositivam, ne in dictas personas bona deveniant, prohibet, ut tam inter vivos, quam per quamcumque ultimam voluntatem, & per impositionem census illi sequi non possit, exceptuando solum officia, loca montium, & dotes, & sic semper cum restrictione ad prædictas materiales, vel intellectuales personas potentes, & suspectas, quæ venire non possunt, nec verisimiliter venturæ sunt ad habitandum, & quatenus venient, non sunt permanuræ; deinde in sequenti §. V. incipien. *Et nihilominus* absque restrictione ad dictas personas, simpliciter, ac generaliter eadem Sixtina Constitutio extenditur ad omnes, & quoscumque contractus excepta dote, omnesque ultimarum voluntatum species: atque ex hoc §. oritur quæstio, an hæc generalis, & indefinita extensio intelligenda sit eodem themate retento, & cum

Card. de Luca de Statut. Success.

restrictione ad dictas personas, vel potius complectatur omnes, etiam privatas, & subditas in jurisdictionalibus, ut prætendunt Camerales, vel intelligi debeat ad limites præcedenter dispositorum. Informantes enim pro Frangipanio contra Cameram, eorum jura deducebant non solum ex parte proemiali, quæ declarat totam dispositionem sed ex aliis subsequentibus partibus in §. III. & IV. ac etiam in omnibus aliis §§. sequentibus, totoque ipsius Constitutionis tenore attento, dum in §. VI. VII. super annullatione actuum, ac penis Notariorum, & alienantium, ac etiam super inhabilitacione acquirendi, inde continuatur thema, in Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, Principibus, & aliis, qui venire non possunt, nec venturi sunt, nulla penitus mentione habitata de personis privatis, & clarius in §. VIII. ubi declaratur, non comprehendi sub prohibitione Republicas, Communitates, Universitates, Collegia, & Principes, ubi dispositio esset de eo, in quo ab intestato essent successuri; dummodò facto casu adventio nis bonorum in eos, illa transferantur in subditos infra triennium; Et in sequenti §. IX. concedendo eandem libertatem à Sixto concessam in Urbe, tanquam communi patriæ, ejusque circuitu infra decem milliaria, prohibetur subditis, ne dent eorum bona prædictarum personarum potentium protectioni, defensionis, commendationi, salvaguardiæ, confederationi, vel custodiæ; Ac demum in §. X. subditis prohibetur, ne pro prædictis personis fideiussione faciant, vel bona pro eis obligare, & hypothecare valeant, sive Commendas erigere in illis Religionibus, vel Militiis, quarum Reges, & Principes sint magistri, & administratores, Unde dicebant idem informantes pro Frangipanio istam Constitutionem ad præstas personas potentes, quæ venire non possunt ad habitandum, aut verisimiliter non essent venturæ, seu veniendo non essent permanuræ, restrictam esse; nullatenus autem agere de personis privatis, quarum respectu, tanquam in casu omisso, remaneret constitutio Sixtina in suo esse, nisi aliæ supervenissent Constitutiones.

His addebant, quod secluso dicto casu personarum potentium, nimium durum, & asperum, ac verisimiliter à mente adeò docti, & pii Pontificis alienum videtur, ut subditi, ita redditi essent intestabiles erga illos agnatos, alioque conjunctos, vel benevolos, erga quos ratio naturæ, vel convenientiæ ita exigeret, quodque dispersoni potius deberet erga fræminas, vel cognatos, aut extraneos, ex eo, quod illi habitarent extra Statum, venire tamen possint, ac verisimiliter venturi essent, dum, ut in §. XVII. advertitur, etiam ipsa ratio politica, & boni regiminis exigit ita allicere exteros ad habitandum, propriumque Principatum magis populatum reddere; Unde propterea quamvis per ora forensium volitare soleat, quod hæc generalis ampliatio ad omnes contractus, ultra tres in Sixtina prohibitos, proveniat ab ista Constitutione Clementis Octavi. Nihilominus, attentè considerata ista Constitutione; id non continet, sed benè in suis casibus restrictivè id continetur in Constitutionibus Successorum Pontificum Pauli V. Urbani VIII. Innocentii X. & Alexandri VII. Illa siquidem Pauli V. 24. Decembris 1617. in *Bulla-rio tom. 4. constitut. 10.* generaliter in §. IV. approbando, & confirmando dictas Constitutiones Sixti, & Clementis, deinde in §. V. se restringit ad Civitates, Oppida, Castra, & Loca jurisdictionalia, magis verò ad Fortalitia, quæ prohibentur alienari, etiam in subditos, sub cuiuscumque contractus nomine; Itaque Constitutio verè continet dictam extensionem ad quoscumque contractus, & quoscumque species alienationis, nullum autem verbum continet de dispositionibus per ultimam voluntatem. Et quod in jurisdictionalibus Paulus fecerit extensionem ad omnes contractus, declarat Constitutio Urbani Octavi edita de anno 1627. in ordine 65. in §. 3. per quam approbat, & innovatis præfatis Constitutionibus Sixti, Clementis, & Pauli, disponens de Civitatibus, Oppidis, Castris, & Locis jurisdictionalibus, in §. V. & VI. fit extensio etiam ad Castra diruta, vel tenuitas, quibus aliqua jurisdictione annexa sit, & competat prohibendo etiam impositiones censuum, ac similiter ad casalia, & tenutas, etiam sine jurisdictione, quæ sint in confinio, quamvis ab uno latere tantum, aliarum Civitatum, Oppidorum, Castrorum, & Locorum jurisdictionalium. Et rationabiliter quidem, quoniam, ut praxis quandoque docuit, & forsan in dies docet, quando Civitates, Oppida, vel Castra, sive eorum Domini acquirunt dominium hujusmodi casalium, vel tenutarum, illa consueverunt cum

D 4

corum

horum territorii, atque progressu temporis præterdunt, quod sint de territorio proprio, cum jurisdictione ibi competente; Unde propterea Urbanus de eodem anno 1637. aliam edidit Constitutionem in Bullario 72. per quam concedit quemdam terminum ad retractandum infra certum tempus hujusmodi alienationes, adiacendo in ista Constitutione illam cautelam, quæ in hujusmodi licentiis passim apponi solet, ut intelligatur concessæ pro sola validitate actus, & remotione obstaculi prohibitionis, absque aliquo Camere præjudicio de præterito, de presenti, vel de futuro, & de qua cautela, ejusque effectibus agitur in enunciato *disc. 161. de Regal. n. 39. & seqq.* Et demum idem Urbanus de anno 1637. per aliam ejus Constitutionem 151. dictas prohibitiones in Civitatibus, Oppidis, Castris, & Locis jurisdictionalibus, vel stabilibus non jurisdictionalibus, existentibus in confinio, extendit etiam ad contractum, usque ad præsens exceptatum, & licitum dotis; scilicet in jurisdictionalibus, & existentibus in confinio, etiam in subditis; in stabilibus vero non jurisdictionalibus, cum solis forensibus, ut de hac prohibitione, etiam in causam dotis, sit mentio *disc. 20. de feud. disc. 146. de dot. ac etiam disc. 72. de testam. & alibi*, respondendo ad objectum fieri solitum aduersus leges prohibentes dari feuda, vel alia qualificata bona in dotem sine licentia, quasi quod essent præjudiciales libertati matrimonii. Sed semper in his Constitutionibus agitur de contractibus, aliisque speciebus alienationis inter vivos, nullatenus vero de dispositionibus per ultimam voluntatem, nisi implicite, & relative ad Constitutionem Clementis VIII. quæ, (ut dicantur iidem Informantes pro Frangipano,) restringitur ad personas potentes, in quibus non sit verificabilis accessus ad habitandum, & nihilominus neque in istis prohibetur successio ab intestato, vel testamentaria in eo, in quo essent alia successuri, cum obligatione transferendi bona in subditos, ut supra.

23. Constitutio verò Innocentii X. edita de anno 1650. aliud novi in effectu continere non videtur, nisi restrictionem ambitus Urbis à decem ad quatuor milliaria, & remotionem aliquarum caularum, quæ adhiberi solebant, faciendæ alienationes cum clausulis præservativis, ac præscribendo modum adhibendum in licentiis desuper concedendis, ac revocando fictas, & privilegiatas civitates; sed semper eodem themate retento, quod ageretur de alienationibus directis, vel indirectis pro contractibus, aliisque actibus inter vivos, nulla facta dispositione de testamentis, aliisque actibus per ultimam voluntatem, minimeque agendo de successibus ab intestato, nisi implicite, ob relationem ad Constitutiones Sixti V. & Clementis VIII. & alias subsequentes, earumque applicationem, & innovationem; Idemque continetur in ultimam Constitutione Alexandri VII. edita de anno 1660. *Constitutione 107.* quod scilicet reassumantur omnia in præteritis antecedentibus Constitutionibus disposita, quæ innovantur, earum observantiam demandando, idemque præsupponendo thema, quod ageretur de actibus inter vivos: de illis vero per ultimam voluntatem non nisi respectu Communitatum, Universitatum, Collegiorum, Principum, & aliorum, in quibus non possit, seu verisimiliter non debeat verificari verus, & effectivus accessus ad habitandum cum perverantia.

Informantes autem pro Camera, qui ad hærebant Afalili, insisterent in eo, quod dicta Constitutio Clementis VIII. quæ in §. 5. extendit, & ampliatur præcedentem Constitutionem Sixti ad quæcumque alia genera dispositionum & ultimarum voluntatum, generaliter sit intelligenda etiam de iis, qui venire possunt ad habitandum in Statu Ecclesiastico, alioquin ampliatio superflua foret, dum respectu eorum, qui venire non possunt, aut venturi non sunt, jam erat prohibita dispositio ex sola Constitutione Sixti. Et ultra alia motiva deducebant, quod ita declaraverunt Successores Pontifices, ut late videri potest in restrictu scripturarum, super tertio articulo, impresso penes Mansi. *consul. 358. num. 27. cum seqq.* Atque ita etiam comprobavit observantia, dum forenses, licet sint talis qualitates, ut venire possint ad habitandum, obtinere solent indultum succedendi, quod præsupponit inhabilitatem, ut considerat Mansi. *ubi sup. nu. 28. vers. Nec ullum obstaculum. in fine.*

Ad istum autem solum, & præcisum effectum intestatæ, vel etiam testamentariæ successio hæc omnia considerantur per eisdem Informantes, & de se referuntur in sola forma narrativa, seu discursiva, nihil de præsumptione firmando.

Et de his Constitutionibus, earumque respectivè tempo-

ribus pro regulanda validitate alienationum, aliorumque actuum, qui gesti fuerint, antequam prohibitiones supervenerint, vel extenderentur, agitur in *tit. de feud. disc. 66. cum pluribus seqq.* ubi præsertim *disc. 68.* habetur, an hujusmodi prohibitiones percutiant dispositiones generales, etiam per contractus, puta renunciacionis, vel successio- nis, aut donationis hereditatis, & successio- nis, vel alterius juris universalis, sub quo accessoriè venient bona jurisdictionalia, vel alias prohibita: ac etiam agitur *eodem tit. de feud. disc. 105. in appendice, & disc. 117.* in quo examinatur an prohibitio alienationis bonorum jurisdictionalium, quæ æquè percutit subditos, ac forenses, capiat tenentias, casalia, & prædia, quæ per Baronem; seu Domicellum, ex privatis titulis acquisita sint, & possideantur intra fines ejus Oppidi, vel Castri jurisdictionalis, pro libertate alienandi in subditos, vel ut cadant sub obligationibus, & hypothecis, ut ibi videri potest; Sicuti etiam, occasione agendi de validitate refutationis tractatur *disc. 116. eod. tit. de feud.* ubi de materia Bullæ Baronum, atque in dictis locis advertitur, quod licet, juxta insinuatam n. 4. leges feudales communes in *cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione* per Fridericum, & alia, ac etiam Constitutio Regnorum utriusque Siciliæ, quæ incipit Constitutionem Divæ memoriæ, ac ea, quæ super eisdem scribit Feudistas, non habeant locum in Statu Ecclesiastico, tanquam leges, vel auctoritates; Attamen ex rationis identitate, post inductas dictas prohibitiones, attendendæ veniunt, atque ab iis arguere licet, quamvis agatur de bonis jurisdictionalibus alldialibus, cum ita ad hunc effectum alienationis exæquata sint feudis.

Certum autem est, quod iste Constituciones nullum præstant obstaculum forensibus, quoad intestatam successio- nem, sive sit juxta ordinem statutorum, & legum localium, dum per Constitutionem Clementinam, etiam in Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, Principibus, & aliis prohibitis, illa præservatur cum obligatione transferendi bona in subditos intra terminum præfixum, ideoque istarum Constitutionum præservatio in hac materia statutarie successio- nis illud solum finem percutit, ne alias forenses per eandem Constitutionem habilitati ad gaudendum hujusmodi statutorum beneficio prætere- dere possent se simpliciter habilitatos, & dispensatos ad obtinendum, ac possidendum bona ex successio- nibus obvenien- tia, absque necessitate accedendi infra terminum præfixum ad habitandum, cum subsecuta effectuatione, & continuatione, vel ad earundem Constitutionum præscriptum, reponendi eadem bona penes subditos, & personas capaces, ad instar eorum, quæ in sua sede *sub tit. de emphyt.* habentur circa obligationem manus mortuæ reponendi penes manus non mortuas bona emphyteutica, quæ ex legitimo titulo in eam obveniunt, cum similibus.

Et quoniam in hoc Principatu (ut præmissum est) foren- ses duo patiuntur obstacula, unum scilicet, quod resultat ex his Constitutionibus, quæ propterea non obstant subditis Principatus in universum, quamvis non habeant civilitatem illarum Civitatum, seu Locorum, in quibus fit casus successio- nis, vel sita sunt bona, & alterum, quod resultat à statutis, aliisque legibus particularibus, & localibus singula- rum Civitatum, & Locorum, unde propterea, istis attentis, forenses dicuntur, non solum illi, qui non sunt de Statu Ecclesiastico, atque in temporalibus subditi Papæ, & Sedis Apostolicæ; sed etiam illi, qui sunt de Statu, & subditi, sed non sunt cives illorum locorum, de quibus agitur, ubi propterea dicuntur forenses; Idcirco intrat dubium, an adhuc, ista Constitutione non obstante, dicta statuta localia contra forenses attendi, & servari debeant; Atque affirmative respondendum videtur, quoniam ratio dubitandi caderet, quando ageretur de statutis non habentibus confirmationem Apostolicam in forma specifica, ob difficultatem à ple- risque excitatam in locis supra allegatis, quod in hujusmo- di statutis, utpotè odiosis, & exorbitantibus, non sufficiat confirmatio in forma communi, etiam expressa, multò verò minus tacita, vel præsumpta, quæ majorem vim non habet, quam illa in forma communi, ut pluries insinuatum est. Et nihilominus etiam isto casu difficultas non intrat, vel quia verius sit, ut superius advertitur vel (& magis ad rem,) quod ad effectum, de quo agitur, intrat inspectio, an hæc statuta, de per se considerata, sint valida, vel invalida, & an odiosa, vel favorabilia, cum de hoc in casibus particularibus pertineat ad Judices inspicere, juxta singulorum casuum circumstantias; sed punctus est, an per dispositionem contentam in §. XVII. ad favorem-

forensium, derogatum censetur hujusmodi statutis, atque in hoc, citra omnem dubitandi rationem negativè respon- dendum venit, quoniam ex tenore Constitutionis liquet Legislatorem ad istum casum non cogitasse, neque hujusmodi statutorum notitiam habuisse, vel se habere professum esse, ut fecit de statutis exclusivè fœminarum, super quibus adjecit clausulam quorum tenores, ut advertitur supra §. VI. ideoque nihil aliud in dicto §. XVII. voluit fuit, nisi tolle- re generaliter difficultatem excitatam per Doctores, an hujusmodi statuta suffragari solum debeant subditis, & civibus non autem forensibus, & sic providere super obsta- culo generali resultante à propositionibus firmatis per Do- ctores, non autem super casibus particularibus, in quibus aliqui populi ita ipsi, eorumque indemnitati providere voluerunt, atque de his sensi, tanquam minister, & operari- us Legislatoris, tutè attestari possum.

Verùm in hoc cessat omne dubium, ex eo quod, ut superius advertitur ex Constitutione Sixti V. ista statuta majus robur acceperunt, illaque observanda sunt ex auctoritate A- postolica magis quam ex illa statuentis, atque in vim ejus- dem Sixtini Constitutionis, ideoque cù istius dispositio expresse in præsentis §. reservata fuerit, ita videmur esse in claris, & expressis, in quibus non intrant quæstiones, & argumeta.

Remanet itaque pro complemento materiæ contentæ in præsentis §. inspicere de puncto civilitatis, & forensitatis respectivè, & quænam civilitas sufficiat, ad effectum, ut nõ obstant præterita Constitutiones, quoniam ex cognitione civilitatis rectè deveniri potest ad cognitionem alterius ter- mini oppositi forensitatis, ex regula contrariorum, ut ille, qui est civis, non sit forensis, & è conversò qui non est civis, sit forensis, juxta quæstionem obiter, & remissivè (ut in ple- risque aliis quæstionibus factum est) habitam supra in §. XIII. num. 40.

In hoc autem puncto reflectendum est ad diversas species civilitatis, quæ plures sunt, quamvis magis cõmuniter Do- ctores tres tantum considerent cõfundendo insimul aliquas earum species. Prima namque species civilitatis est illa magis vera, & naturalis, tam de jure, quam de facto, & per natura- tum, atque in cõmuni hominum sensu, ac opinione, quan- do scilicet conjunguntur origo propria naturalis, quia ibi de facto perione sita nata, & origo patris, ratione nativita- tis, vel ratione domicilii, & ejusdem in eo loco nata sit, sed ex legis fictione habetur pro cive alterius loci, ob nativitatem accidentalem, sive occasionalem in eo loco lequatum, quia nempe parentes, vel per transitum, vel occasione feudi, aut officii, vel alterius muneris, aut curandi gratia, vel ob aeris salubritatem ibi tunc morarentur, alia verò esset eor- um patria: Tertia est species civilitatis originariæ fictæ, non per veritatem naturalem, sed ex legis dispositione, vel fictione, comitante etiam natura, puta quia persona in alio loco de facto nata sit accidentaliter, vel occasionaliter, juxta speciem proximè præcedentem, quia diversa sit paren- tum patria, in qua postmodum corpore, vel respectivè ani- mo vivat, eamque suam reputet patriam. Quarta est spe- cies civilitatis actualis, & personalis, sed pariter fictæ, & ex legis fictione, cum aliquo tamen naturæ magis remoto concursu, ratione animi, & destinationis, qualis est domi- ciliaria, quia nempe illa persona, quæ naturaliter, atque tam de facto, quam de jure sit civis alicujus loci, in quo nata sit, atque habuerit parentum, & proprium incolatum, deinde in alio loco vivat, animo ibi perpetuò permanendi, ideoque verum domicilium, sive incolatum contrahat, ejus- que loci domiciliarius civis efficiatur: Quinta est species civilitatis pariter fictæ, & legalis cum aliquo primordiali naturæ concursu, & beneficio, qualis est illa, quæ originis tantum dicitur, quia nempe in uno loco persona fit nata, ibique vivat, atque domicilium fixum habeat, adeout il- lam habeat veram, & propriam ejus patriam, ejus tamen pater, vel juxta aliam laxiorem opinionem, etiam avus paternus esset civis alterius loci, cujus proinde, ratione paternæ; vel avitæ originis civis originarius dicitur: Sexta est civilitas omnium magis fictæ, & legalis, utpotè solum verbalis, absque aliquo naturæ, vel facti fomento, quia nempe competat ex privilegio, seu verbali aggregatione, absque tamen qualitate originis, vel domicilii, juxta hu- jusmodi civilitatum ex privilegio vel aggregatione fre- quentem proxima: Et septima demum est illa civilitas patri- ter ficta, & legalis, sed cum aliquo naturæ, vel facti fo-

mento, qualis ex-gr. est illa, quæ concurrere dicitur in Ba- rone, vel Domicello, in ea Civitate, vel Oppido, & Lo- co, qui, sive in feudum verum, & proprium, sive in illud feudum improprium, & corruptum, quod allodialè dici so- let, ut in initio præsentis §. dictum est, ab ipso possideatur, cum in eo loco dicatur primus civis, ut advertitur *disc. 85. de feud.* Ac etiam est Episcopus in ejus diocesi, & sunt Canonici Cathedralis, vel respectivè Collegiatæ in Civi- tate, seu loco residentie, ex deductis *disc. 35. de præemin. & alibi*, cum similibus.

In prima specie veræ, & omnimodæ civilitatis, tam per- naturam, quam per originem, & domicilium, nulla cadit quæstio, seu ratio dubitandi, quando adhuc de facto in eo- dem statu continentur, adeout nulla intervencio- nis, & des- ertionis cadit dubitatio, quæ tunc intrat, quando ille, qui verus est unius loci civis, ut supra, naturaliter, & de facto alibi vivat, atque materiale, seu naturale habeat domici- lium, istoque casu, quamvis Doctores procedere soleant cum regula generali, ut attendi debeat animus personæ, quoniam non implicat quem esse verum plurium locorum civem, ob non prohibitam, sed potius à jure permiffam plurium civitatum competentiam, & retentionem, ex deductis *disc. 83. de Regal. n. 11. & 12. disc. 37. de præemin. n. 5. disc. 12. & 20. de successione & disc. 14. de matrim.* in quibus locis ad diversos effectus, & juxta varias casuum cir- cumstantias de illa civilitatis materia agitur, ac etiam ali- bi. Nihilominus quidquid sit ad alios effectus, puta ali- quorum privilegiorum, & prebendiarum, ac etiam ad effectum subjectionis alicui Episcopo pro susceptione ordi- num, cum similibus; Ad præcisum tamen effectum de quo agitur distinguendum videtur inter illam civilitatem, quæ requiritur ad satisfaciendum statutis, & legibus particula- ribus, inferiorum Civitatum, & locorum subditorum, ut supra, & illam civilitatem, quæ requiritur ad effectum satisfaciendi præsentibus Constitutionibus. Ad primum enim effectum latius proceditur, dum plurium sententia est, etiã solam fictam, & privilegiativam civilitatem, juxta sex- tam speciem, sufficere, quamvis non desint negantes, alii verò distinguant, & conciliare curent, ex relatis locis citatis, & præsertim *d. disc. 37. de præemin. n. 2.* E conversò autem ad effectum præsentium Constitutionum dicta civi- litas ficta, & privilegiativa non sufficit, ob expressam, & claram determinationem earundem Constitutionum, & præsertim novissimarum Innocentii X. & Alexandri VII. Quare ubi agitur de isto posteriori casu, vel effectu, quoties vera, & effectiva civitas non sit omnino certa, clara, & incontestabilis, sed quale dubium super illa cadere possit, vel in ejus initio, & acquisitione, vel in ejusdem jam competentis, & acquisitæ desertione, seu amissione, & tunc non de facili datur casus, ut sub disputationum juris, sem- per incerta, & varia triflura iste punctus cadat, quoniam malum, ac imprudens consilium reputatur in materia adeò rigorosè prohibita, & graviter pœnali se exponere illi pe- riculo, quod semper inest in articulis, & disputationibus juris, potissimè verò, ubi contentio est cum Fisco, quem notorium est ubique durum esse adversarium, ut pluries sub diversis materiis advertitur, & præsertim *sub tit. de feud. disc. 35. & 56.* occasione quæstionum, quas inter fis- cum, & privatos producere solent feudorum devolutiones; Et per consequens ubi qualibet dubitandi umbra cadat, tunc abundari solet in cautelis, obtinendo licentiam in cujus concessione, quoties nimia potentia acquirere, vel retinere volentis, aut aliæ facti circumstantiæ rationabili- ter contrarium non suadeant, benignè procedi solet, ut consulti in casu, de quo *eod. disc. 35. de præemin. num. fin.* & in aliis, ac etiam præcavatum fuit in casu, ut quo agitur in sæpius relato *disc. 161. de regal.* quoniam licet Constitu- tiones non prohibeant acquisitionem per ultimam voluntatem cum obligatione tamen veniendi ad habitandum cū vera, & effectiva perseverantia, quoties non agatur de il- lis personis potentibus, & suspectis, quæ revera dictum requisitum habitacionis adimplere non possunt; nihilomi- nus adhuc obventa fuit licentia, quam tamen, utpotè nec- cessariam, sed non obtentam ad majorem cautelam, non- producere illos effectus præjudiciales, quas produceret, ubi præcisè necessaria esset, advertitur *eod. disc. 161. n. 57. & seq.* Exindeque resultat, quod ex hujusmodi observantia inferri non potest ad dictarum Constitutionum interpreta- tionem, & ad agnitionem comprehensionis istius casus eis, dum notorium est; istam esse superabundantem cautelam, ut *eod. disc. 162. num. 61.* advertitur.

Atque hinc ad evidentiam convincitur consuetus super- ficialem Pragmaticorum error procedendi in materia ista. rum

rum Constitutionum cum generalitatibus, & cum illis au-

43 Prout etiam, ex eadem ratione, vel proportione, nota-

44 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

45 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

46 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

47 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

48 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

49 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

50 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

51 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

52 Quatenus pertinet ad secundam speciem illius civilitatis

varia vota in obscuro adhuc remanentia cum similibus, super quibus certa regula statui non potest, cum decisio in magna parte pendeat ad consuetudinem, vel observantiam, alii-

46 damnant fictiones, vel subtilitates juris, atque principaliter attendunt substantiam veritatis, vel effectum in eis contemplatum, ut scilicet bona sint penes subditos, & incolae istius Principatus, adeo in Constitutione Sixti, ab omnibus aliis sublequentibus innovata, & confirmata, disponatur quod si veri cives, tam ratione originis, quam domicilii, & qui jam legitime, & in situ habili acquisiverunt bona in Statu Ecclesiastico, & qua postea discedant, teneatur illa in alios alienare, atque eorum retentionis incapaces reputantur, quoties, ut praevisum est, discessus non fit casualibus, vel occasionalibus, domicilio adhuc retento, ut superius exemplificatum fuit. Igitur multo minus ad hunc effectum sufficere debet illa accidentalitas nativitas in loco, cum discessu, & absque alia civilitatis retentione.

47 E converso autem, ad effectum satisfaciendum his Constitutionibus sufficere videtur nativitas, & respectively permanentia in Principatu, quavis ad alios effectus in puncto juris vera civilitas loci habitacionis adeste non dicatur, ut puta nascitur quis in loco occasionaliter, ut supra, ratione morae, quam ibi occasione feudi, vel officii, seu mercaturae, aut alterius exercitii parentes traxerunt, atque in eodem loco ex eadem occasione moratur, & de facto vivit; quoniam nisi verbis, vel factis declare animum contrahendi ibi verum domicilium, atque effici illius loci domiciliarius civis, superportando onera, & faciendo ea, quae alii cives faciunt, etiam adhuc retinendo primaviam, & originariam civilitatem, ob compatibilem retentionem, & concursum utriusque civilitatis, ut supra, tunc utique in eo loco pro publicis muneribus, ac honoribus, & oneribus, atque pro subiectione statutorum, aliiisque similibus effectibus non habebitur tanquam civis, sed tanquam exterus, cum sit verus civis patriae originariae, istaque accidentaliter, vel occasionaliter mora verum non inducat domicilium, juxta celebres decisiones in Firmana codicillarum cum concordantibus eod. disc. 37. de praeemin. num. 6. & d. disc. 104. de Regal. ubi de exemplo Januensium, aliarumque similiarum nationum mercantiliam, quae in variis locis etiam nimium remotis, occasione negotiationis, & mercaturae diuturnam habet moram, & incolatam de facto, etiam de filio in patrem, & de ayo in nepotem, vel pronepotem, quod etiam in occasione residentiae in feudis sequitur in nobilibus Neapolitanis; Et tamen ad effectum praesentium Constitutionum, iste incolatus de facto quando fit continuus, & diuturnus cum familia, & cum retentione substantiae in toto, vel in parte notabili, sufficere videtur, quoniam aliud est, quem esse verum civem alicujus loci particularis, pro illius muneribus, honoribus, & oneribus, ac statutis, aliud vero est esse subditum Principis, & Principatus, ejusque jurisdictioni, potestati, & legibus subiacere, atque ibi de facto vivere, qualis est finis hujusmodi legum, ac effectus ab eis consideratus, quoties permanentia fit fixa, & continuata, ideoque vera, & naturalis de facto, licet ex juris subtilitate non sit talis.

48 Quoad tertiam speciem civilitatis quidem factae, & legalis, non autem per veritatem naturae, quae tamen ratione originis, & animi legis fictionem comitari, seu corroborare videtur, illa verificatur in iis, qui juxta speciem praecedentem, de facto nascuntur in uno loco, sed per accidens, & occasionaliter, quia parentes ibi de tempore nativitatis repariantur occasione feudi, vel officii, sive exercitii, aut mercaturae, vel aulae &c. animo tamen retineatur originaria, & propria patria, cujus respectu dicuntur veri, & proprii cives, perinde ac si ibi vere nati essent, juxta doctrinam Felini loquentis de se ipso, ex deducitis d. disc. 37. de praeemin. n. 9. disc. 104. de Regal. disc. 19. & 20. de successione disc. 62. de benef. disc. 14. de matrim. disc. 21. de Canonico. & Dignit. & alibi. Quod tamen ad effectum istarum Constitutionum intelligendum venit eodem modo superius dictum est, ut scilicet tam nativitas, quam vita, & permanentia in alio loco, tam de jure, quam de facto non faciat cessare continuationem civilitatis, & subiectionis, adeo ut fictio legis habeat concomitantiam facti, & veritatis; non autem, ut haec sola idealis, & intellectualis civilitas debeat sufficere, semper (ut praevisum est) spectando substantiam veritatis, ac finem, vel effectum ad legibus consideratum.

Super

51 Super quarta specie civilitatis domiciliariae quaestiones facti potius, quam juris esse videntur, quoniam posito domicilio, verè contracto, non dubitatur contrahi veram, & plenam civilitatem quae originariae assimilatur, ad omnes effectus, juxta auctoritates relatas in locis proximè citatis, & praesertim d. disc. 37. de praeemin. n. 3. quoties ex dispositione legis, vel hominis necessaria non sit qualitas originaria, juxta cons. 93. Marant. cum aliis d. disc. 62. de benef. & disc. 21. de Canonico. & Capit. & alibi; sed cadere solet difficultas, quando istud domicilium dicatur perfectum, & legitime contractum, adeo ut fit praefati effectus productivum; Atque in hoc se involvere videntur Doctores, cum solita opinio varietate, ex relatis per Barbof. de Episcop. allegat. 4. Giurba observ. 75. & 76. & alios, de quibus in locis citatis; Alii namque volunt requiri decennalem habitacionem, adeo ut minor non sufficiat, & major necessaria non sit, quasi quod sit operatio istius spatii tanquam species formae; Alii verò, ut requiratur ducere in loco uxorem, & acquirere bona stabilia; Et alii ut requiratur diuturna supportatio onerum, cum aliis similibus formalitatibus. Verior tamen sententia videtur illa, ut ista sit quaestio facti potius, quam juris, decidenda ex singulorum casuum particularibus circumstantiis, ex quibus bene inferatur ad animum, & ad quod totum pendet; Stant enim simul, quod quis cum modico spatio temporis, verum, & perfectum contrahat domicilium, & e converso, ut per longissimum, diuturnum, & continuatum de patre in filium, ac etiam de ayo in nepotem non contrahat, quia incolatus fuerit casualibus, vel occasionalibus, ut supra, ideoque non est materia capax regulae certae, & generalis, cui-cumque casui applicabilis, atque in hoc puncto praesertim dignoscitur pluries insinuatus superficialis Pragmaticorum error procedendi cum generalitatibus; Inter facti autem circumstantias, illa praesertim videtur nimium attendenda, consuetudinis loci, & communis sensus, vel opinionis, cum qua ibi vivatur. Non tamen, ut aliis jam observatum est, ad effectum istarum Constitutionum de facili datur casus istius quaestio, quoniam ubi aliquod dubium cadat, abundari solet in cautelis, obtinendo licentiam, ad evitandum periculum poenarum, vel molestiarum, quae per fiscales inferri solent.

52 Quinta species est cujusdam potius intellectualis, & metaphysicae civilitatis originariae mediate, seu remota, ex eo solum deducta, quod pater, vel avus esset illius loci civis, absque aliquo facto proprio ipsius personae, ex quo ejus animus inferri possit, disputantibus quoque DD. an sufficiat solum origo patris, vel potius attendatur etiam illa avi, ex relatis praesertim d. disc. 14. de matrim. quiddam autem fit de ista civili tate ad alios effectus, certum est, quod non sufficit ad illum, de quo agitur istarum Constitutionum, dum, ut pluries dictum est, in illis potius, ac principaliter attendenda venit substantia veritatis de facto, quam subtilitas, vel fictio juris, spectato scilicet sine, vel effectu per eas considerato, & voluto, vel spectata ratione, cui earum dispositio in innixa est.

53 De sexta specie civilitatis etiam factae, & legalis, absque ullo primordio, vel fomento naturae, puta competentis ex solo privilegio, vel aggregatione, jam dictum est supra ad alios effectus esse hae quaestio, an ista dicatur vera civilitas, illis assumantibus, alii negantibus, & aliis distinguuntibus, an sup. portentur onera, necne, ex relatis d. disc. 37. de praeemin. n. 2. atque in hoc pariter nimium deferendum est locorum consuetudini, & styli. Verum extra controversiam est, ut illa ad effectum, de quo agitur, non sufficiat, ob expressam, & claram earumdem Constitutionum dispositionem; Cadente in hac specie civilitatis quaestione, cum in consueta opinione scissura, an ejus concessio dicenda sit de regalibus, ut propterea non nisi per Principem supremum fieri valeat, sive per Civitatem non recognoscentem in superiore, ac habentem jura imperii, & supremi Principatus, vel potius fieri valeat per Communitatem Civitatem subditarum, earumque Barones, vel Domicellos, pariter subditos, & subordinatos, qui jura Imperii, & Supremi Principatus non habeant, adeo ut non habeant illam potestatem, quam habet Princeps Supremus dispensandi legibus, atque ficto tribuendi vim veri; Illacque videtur probabilior, magisque recepta distinctio, ut in iis, quae ipsi Communitati, vel Baroni praedjudicant, ejusque jus, vel interesse concernunt, adeo ut non praedjudicentur tertio, ejusque aliquid jus tollatur, id fieri valeat, ita quoque docente usu communi, quod communitas tunc concedunt passim haec privi-

legia civilitatis ad honores, & aliquas praerogativas, non autem ut jus tertii tollatur; Ideoque in facti contingencia, cum in aliquibus Collegiis, ex fundatorum dispositione recipiendi essent cives aliquorum locorum, exteri autem peterent dispensationem pro admissione ad Collegium, tanquam cives creati per Communitatem loci, cujus civibus admissio debita esset, adhibita fuerunt diligentia, an in eodem loco adessent cives veri, & naturales ad id habiles, & idonei, ut istis existentibus nullo modo admitti deberent cives ex privilegio, secus autem eis non extantibus, cum tunc nemini fiat praedjudicium; Ubi verò desideretur plena civitas ad omnes effectus, etiam praedjudicialia tertio, tunc id dicitur de regalibus, talisque concessio fieri non potest nisi per Principem supremum habentem jura Imperii, & Regalium, dum ita est tribuere fictioni vim varietatis, quod non nisi Principi competat, ut de his agit in alias allegato Opusculo Italici idiomatis de Principe practico cap. 27.

55 Illa quoque isto casu cadente quaestione, an haec dispensatio, vel concessio facta per Principem saecularem operetur ejus consuetos effectus, in praedjudicium Ecclesiasticorum, & clericorum, aliorumque personarum Ecclesiasticarum, à jurisdictione, & potestate Principis concedentis exemptarum; sed quoniam haec esset nimia digressio, idcirco sufficit referre ad ea, quae generaliter habentur in Theoria disc. 46. de juri. dist. in fine & disc. 13. nu. 26. & seq. & num. 31. de praeemin. super puncto; ad dispensationes & habilitationes concessae per Principem, vel Magistratum saecularem suffragentur, quosque operentur effectus in praedjudicium exemptorum, vel super altero puncto; An concessa per Principem suffragentur extra ejus jurisdictionem in alienis territoriis, de quo in Mutinens. in tit. de Regal. disc. 193.

56 Demum quoad septimam speciem civilitatis etiam factae & legalis, non tamen merè privilegiate, & pendente à sola verbali concessione Principis, vel Communitatis, sed cum fundamento facti, ratione qualitatatis, vel dignitatis, quae in eo resideat, juxta exempla superius insinuat Feudatarii, seu Baronis, qui est primus civis in feudo, seu loco Baroniae, ac etiam sunt Senatores Principatus saecularis, necnon Episcopus in universa Dioecesi, & Canonici Cathedralis, vel respectivè Collegiatarum, cum illa differentia inter istos, quod Canonici Cathedralis jurisdictione ad instar Episcopi sunt cives, non solum Civitatis, in qua est Ecclesia Cathedralis, sed etiam Oppidiorum, Castrorum, & Locorum Dioecesis, eo quia in spiritualibus, ut pluries advertitur sub tit. de jurisdictione, tota Dioecesis efformatur, & constituit unum corpus, unum territorium, ideoque territoriorum divisiones in temporaliibus non attenduntur, quoniam à finibus spiritualibus non inferuntur ad temporales, nec e converso; Canonici verò Ecclesiarum Collegiatarum, ac etiam Parochi dicuntur cives illius loci tantum, in quo necessariam habent residentiam, & cujus loci Ecclesiae inserviunt; Verum quidquid sit de ista specie civilitatis ad alios effectus, pro quibus observantiae, & styli locorum principaliter deferendum videtur, ad effectum tamen, de quo agitur, praedictarum Apolicarum Constitutionum, non videtur, quod ista sola legalis, & privilegiativa civitas sufficiat in acquisitionibus, vel retentionibus privatis, & personalibus faciendis per Episcopum, vel Canonicum, vel similem, nisi verè habitent, solumque in feudataris, & Baronibus, ac etiam in Senatoribus probabiliter dici posse videtur, ut ita per habilitationem ad obtinendum feudum, seu Baroniam in eo Principatu, aut ad obtinendam, & retinendam Senatoriam dignitatem dicantur implicitè per Principem declarati primarii cives, non quidem unius, vel alterius loci particularis, sed totius Principatus: atque sicuti habilitati sunt ad obtinendum unum, vel plura feuda in eo Principatu, ita habilitati videntur ad alia bona in eodem Principatu obtinenda, & retinenda; adhuc tamen observantiae multum in hoc quoque deferendum venit.

a insinuata d. disc. 39. de alienat. disc. 71. n. 5. de servitut. d. disc. 77. de Regal. & alibi.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Sicque pro quoscumque Judices ordinarios, & Commissarios, quamvis auctoritate fugentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, seu Vicelegatos, aut Camerae Apostolicae Praesidentes, &

Cle-

Clericos, & quoscumque alios sublata eis, & eorum cuilibet facultate, & autoritate, ubique locorum judicari, & definiti, ac sententiari debere, necnon quidquid fecus super his à quorum, quavis autoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

ARGUMENTUM.

De operationibus, & effectibus clausulæ sublata, & decreti irritantis, quæ in hoc §. continetur, an procedant in legibus, & constitutionibus universalibus, & de materia aperitionis oris aduersus huiusmodi clausulas.

SUMMARIUM.

- 1 Quare istæ clausulæ videantur superflue.
2 De operatione clausulæ sublata.
3 De aperitione oris aduersus eam.
4 De operatione decreti irritantis.
5 Quare clausula sublata non sit necessaria in legibus universalibus.
6 Legum autoritas est necessaria, illa vero Doctorum est probabilis.
7 Prohibita appellacione non est prohibitum dicere de nullitate.
8 Injustitia notoria causat nullitatem.
9 Sententia contra expressum casum legis dicitur nulla.
10 Quare dictæ clausulæ non sint superflue, sed operative, etiam in legibus.
11 Quod legum varia interpretatio magnas induxit confusiones in legali facultate.
12 Quod aduersus leges, & constitutiones universales non solet opponi de clausulis præjudicialibus.
13 Quando lex universalis continet præjudicium particulare, cujus ratione obici solet de dictis clausulis.
14 An translatio pensiois censenda sit odiosa, & præjudicialis.
15 In futuris incertis actus regulari debet à frequentiori contingentia.
16 Quod dictæ clausulæ impediunt, ne possit dari de non usu, vel usu contrario.
17 An, & quomodo in legibus Papalibus dari possit de non usu, vel usu contrario.
18 Damnatur allegatio non usus, vel contrarii usus legum per viam præscriptionis, sed debet allegari tanquam præsumpta revocatio.
19 Quod dictæ clausulæ non impediunt dari de non comprehensione, vel defectu intentionis.
20 Adhuc tamen Judices abstinere solent ob reverentiam, ut habeatur recursus ad Papam.
21 Quod super concessione aperitionis oris non possit dari certa, & universalis regula.
22 De duplici specie aperitionis oris, diversaque operatione.

§. XXI.

Idem, quod dictum est in §. VI. circa clausulas motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, adaptari videtur clausulis contentis in præsentibus §. quæ licet latius extensa, juxta communem Forensium loquendi usum, brevius explicari solent sub nomine clausulæ sublata, & decreti irritantis, ut scilicet superflue, atque ad satisfaciendum stylo potius adjectæ censentur, quam quod necessariae sint, siue quod aliquam faciunt peculiarem operationem, quæ aliàs non sequeretur, si illæ non adessent, ut sequitur in gratis, & provisionibus particularibus, & quæ privatorem beneficium, ac respectivè præjudicium concernunt. Magna siquidem est istarum clausularum virtus, & operatio; quatenus enim pertinet ad clausulam sublata, illa admittit jurisdictionem Judicibus, ne possint in contrarium judicare, vel interpretari, ac etiam impedit partes interessatas, ne possint se opponere, & quidquam in contrarium deducere, idæque circumferri solet proposito, quod ligat manus, & claudit os Judici, & parti. a Exindeque prodiit terminus aperitionis oris, quæ aduersus provisiones, & gratias ista clausula munitas peti, & obtineri solet à Papa frequentius in Signatura Gratia, juxta ea, quæ,

circa operationem aperitionis oris, ejusque diversas species, & formulas, in suis sedibus habentur. b

Et quoad decretum irritans, illud operatur quamplures effectus, illum præsertim nullitatis gestorum in contrarium, quæ ex sola clausula sublata quoque resultat ob defectum jurisdictionis, magis verò operatur alium effectum infractionis jussumque possessionis, vel observantia in contrarium, unde resultat, quod allegari non potest præscriptio, vel consuetudo in contrarium, quoniam una, vel altera dari non potest sine possessione, quæ ita deesse dicitur, ut potè infecta, & habenda, ac si non adesser.

Ambæ istæ clausulæ nimium operative sunt in gratis, & provisionibus particularibus, quæ habeant oppositores, vel impugnatores ratione eorum interesse, & præjudicii, non autem in legibus universalibus, quoniam istæ non indigent clausula sublata, per quam adimatur potestas Judicibus, & Magistratibus aliter judicandi, dum eo ipso, quod est lex valida, perfecta, & obligatoria Judicium, & partium, eo ipso, absque ista clausula, præstatum operatur effectum, cum legis autoritas dicatur necessaria, contra cuius dispositionem Judices, & Tribunalia judicare non possunt. In hoc etenim differunt leges, & doctrina, quod istæ faciunt auctoritatem probabilem, illæ autem faciunt necessariam, adeo ut iudicium contra earum dispositionem prolatum, irritum, & invalidum censendum sit. Unde propterea docet praxis Regni Neapolitani, quod cum à sententiis illius sacri Regii Consilii, quod Capuane, vel Sanctæ Claræ dicitur, tanquam à sententia Præfecti Prætorio non detur appellatio, sed solum supplicatio, juxta terminos textus in Authentica. Contra que supplicatio, ut de isto Tribunali, ejusque origine, & statu sit mentio, occasio agendi de Auditorio Rotæ in relatione Curie disc. 32. & alibi; adhuc tamen remanet facultas dicendi de nullitate, & merito, quoniam sententia nulla non est sententia, ejusque nomine, essentia, & effectibus indigna est, sed quoniam receptum est, quod nullitas non provenit solum ex defectu ordinis judicarij in substantialibus malè servati, puta ob defectum jurisdictionis, citationis, mandati, & similibus, sed etiam ex capite notoriæ injustitiæ, quæ nullitati æquipollet, ut in Curia habemus quotidianam, non solum aduersus tres conformes, vel rem judicatum, ad effectum impediendi executionem, sed etiam ad effectum retractandi eandem executionem cum remedio reintegratorio, quinimò etiam cum illo retinenda, quod vulgò manutionis dicitur, ex iis, quæ habentur disc. 44. de judic. & alibi; atque propterea sub hoc prætextu injustitiæ notoriæ, ex qua nullitas resultat, deduci solebant omnia respicientia merita causæ, eodem modo, quo in gradu appellacionis, idcirco ad refrendas calumnias prodierunt aliquæ Pragmaticæ registratæ sub tit. de off. Sacr. Regii Consilii, determinantes quando adesse dicatur talis nullitas, atque illa restringitur ad duos casus: unum nempe quando sententia esset contra instrumentum publicum in actis exhibitum, & alterum ad rem nostram; quando esset contra expressum casum legis; idæque dicta clausula sublata superflua videtur. Atque hinc resultat, quod superflua quoque videatur altera clausula decreti irritantis, dum sine illa hic effectus resultat, eo ipso, quod iudicium profertur contra legis dispositionem.

Adhuc tamen dici possunt istæ clausulæ operative, unde propterea excludunt remaneat vitium superfluitatis, quoniam illis cessantibus, & attenda solum dispositione juris, prohibita non est legum aliquatiter ambiguarum interpretatio, cujus ratione, vel prætextu praxis docet, quod ipsarum legum peritiam & usum ab aula penè recesserit, neque amplius in foro audiantur, dum super illarum, quantumvis expressarum, sensu, vel interpretatione adeo magna inolevit opinio diversitas, quæ confusionem non modicam in legali facultate induxit, ut advertitur disc. 35. de judic. & alibi; ita enim per interpretandi quoque ademptam facultatem, huic malo occurri esse deberet, quodque saltem in hoc dictæ clausulæ proficua, & operative remaneant. Verum istud remedium in Constitutionibus, & legibus universalibus nil proficere praxis docet, quoniam in gratis quidem, & provisionibus particularibus, quæ certos habeant interelectos, & oppositores, de istis clausulis, quæ præjudicialiter appellantur, obici solet, ut claudant os, & ligent manus tamen Judici, quam partem, etiam clausa interpretationem, quando etiam interpretandi facultas adempta sit; unde propterea, ut est insinuatum, haberi solent recursus pro aperitione oris, super cuius concessione, vel denegatione habentur disputationes. d Non autem

autem quando agitur de hujusmodi legibus, & constitutionibus universalibus, dum in diuturna mea vita forensi in Curia nunquam id practicavi, seu prædicatum audivi, exceptis illis casibus, in quibus prodierit quidem Apostolica Constitutio per viam legis universalis, & perpetuæ, sed illi causam dederit aliqua controversia particularis, ut non semel id contingere solet; atque ista disputatio super aperitione oris aduersus hujusmodi clausulas præjudiciales contentas in Apostolica Constitutione, condita per viam legis universalis, habita præsertim fuit in Ferrarientensionis aduersus Constitutionem 12. Urbani Octavi, quod indulgentiarum transerendi non suffragarentur in illis pensionibus, quæ impostæ essent super Ecclesiis possessis per Cardinales, absque specialiter mentione, quoniam Cardinales Montaltis Junior, & Ursinus, dum essent in minoribus translarij Principis Peretri quendam obtinentis pensionem super Ecclesia Ferrariæ, possessa per Cardinalem Macchiavellum, defuncto Pontifice, juxta Curia usum, circa initia novi Pontificatus Innocentii Decimi Successoris, adierunt Signaturam gratia, & obtulerunt commissionem causæ in Rota, cum aperitione oris, quinimò cum clausula ac si dicta Constitutio non emanasset pro dicto jam antecedenti casu, illa salva in aliis casibus in futurum; unde propterea ista Constitutio in aliis firma remanet, & est in praxi recepta, ut de illa pluries habetur in sua sede sub tit. de pension. præsertim disc. 54. & 63. ubi fit mentio de decisionibus Rotæ; postmodum prodisit in dicta causa Ferrarientensionis coram Duzozetto, & aliis, in qua disputationes fuerunt potius in facto, quam in jure, super justificatione scilicet fructuum, & valoris Ecclesiæ, ad quem effectum adeo disputatum fuit de obligatione exhibendi libros mensæ Episcopalis, eorumque fide; Atque per istam constitutionem Pragmaticè dicere solent decimam esse quæstionem, quæ prius ab eis credebatur ambigua, & disputabilis, quamvis vera disputacione adhuc indigna esset, an facultates transferendi, ipsæque translationes respectivè censendæ veniant odiosæ, & præjudiciales, neque, quasi quod odium, & præjudicium cessaret ob frigidum adagium, per eorum ora volitare solitum, quod prius quandoque mori solent agni, quàm oves, non reflectendo, quod leges adaptari solent ad ea, quæ frequentius accidunt, quodque omnes humani actus, vel determinationes super futuris, & contingibilibus rebus normam recipere debent à verisimilitudine deducta à frequentiori praxi, & contingencia, sive à naturali, & solito rerum cursu, non autem ab insolitis, & accidentalibus, raroque contingibilibus casibus, ut ex. gr. habemus in materia regulationis vitæ hominis e ac etiam in materia usuraria super regulatione pretij conventi inter partes frumentij, aliarumque frugum futuræ refectionis. f Operativæ quoque istæ clausulæ, præsertim illa decreti irritantis in legibus, & constitutionibus universalibus, reputari solent in eo effectu, qui superius jam insinuatus est, ut aduersus eas allegari non possit consuetudo, vel prescriptio deducta à non usu, vel à contrario usu, ut aduersus leges allegari regulariter potest. g Quoniam, ut jam insinuatum est, cum essentielle, ac principale præscriptio nis, vel consuetudinis requisitum sit longæva pacifica possessio, vel quasi, ex deductis disc. 21. de judic. ubi de materia præscriptionis, & consuetudinis, vel observantia, cum distinctione inter interpretativam, & præscriptivam, ita cessare dicitur istud requisitum, dum per hujusmodi clausulas infecta remanet omnis possessio habenda, ac si nullatenus adesser; idæque nostri dicere solent, quod istæ clausulæ non inficiunt, & annullant ipsam consuetudinem, sed impediunt ejus nativitatem, ac progressum, & perfectionem, ne unquam deducatur ad esse ob inflectionem possessionis, sine qua illa nec incipere, neque perfici potest, ut eod. disc. 21. de judic.

Et quavis aliqui observent, quod hæc operatio procedat in legibus Principum sæcularium, quæ subiacent resolutioni, & inefficacia ob non usum vel contrarium usum, non autem in legibus, & constitutionibus Pontificis, quæ talem non patiuntur subjectionem, ex illa pluries insinuatæ differentia ratione inter leges Summi Pontificis, & illas aliorum Principum, quod isti habere dicuntur potestatem à populo, penes quem illa remanet habitualis, & de qua populi habituali potestate supra Principem agitur in pluries enunciato Italici idiomatis Opusculo de Principe pratico cap. 48. idæque nihil populus per non usum, vel contrarium usum legem non servat, signum est quod illam recipere noluisset, sive receptam abolire; secus autem in Papa, quoniam iste non recognoscit ejus auctoritatem à po-

pulo, sed immediatè à Deo; Nihilominus id procedat in legibus Papalibus concernentibus usum clavium, & Pontificiam spiritualem potestatem in tota Ecclesia; non autem in legibus ab eodem conditis tanquam Principe temporali, pro regimine Status Ecclesiastici, & illorum popu- lorum, qui etiam in temporalibus sibi commisi sunt, ut advertitur pluries supra, præsertim in §. I. idæque in hac temporalium legum specie, de qua est præsens Constitutio, hujusmodi clausularum operatio proficua, & opportuna remanet, unde excluditur vitium superfluitatis.

Verum quidem est quod tunc hujusmodi difficultates, & quæstiones intrant, quando illud imprudens, per superficiales adhiberi solitum, adhibeat consilium pluries damnatum. b Allegandi scilicet præscriptionem, vel consuetudinem præscriptivam; secus autem ubi cum eo prudenti, ac meliori procedatur consilio, iidem mox citatis locis insinuato, allegandi præscriptam revocationem, saltem tacitam, & implicitam, deductam ab eisdem Legislatoris, eorumque successorum consensu, resurgente à patientia, quod lex non esset in usu, sive contrarium usum haberet, dum tunc cessatio legis non provenit à facto negativo, vel positivo contrario subditorum, sed à facto ipsius superioris, & Legislatoris, qui sicuti expresse potuit legem revocare, vel moderari, ita potuit tacite, & implicite cum tali patientia, conjuncta cum scientia, quæ ex temporis diuturnitate præsumitur, ob scientiam ejus Officialium, & Ministrorum; Adhuc tamen quando id ambiguum est, ni- mum prodest hujusmodi clausulas adesse, cum per eas tollatur omne dubium.

Cum itaque istæ clausulæ non veniant censendæ omnino superflue, sed in aliquibus operative sint, etiam in legibus, & constitutionibus universalibus, quodque propterea de illarum obstantia disputari solet; idcirco à nostro proposito extranea non remanent ea, quæ superius insinuatæ sunt circa earum obstantiam. Et licet hæc obstantia, de stricta juris censura evitabilis videatur, quando prætenditur non comprehensio, quoniam non dicitur non obedere, vel impugnare qui non comprehensionem allegat, ac etiam quod non exinde prohibitum sit opprobre de defectu intentionis, ratione obreptionis, vel subreptionis, & similibus, At tamen ex commendabili quidem, & rationabili Curia stylo, dum Pontifex est præsens, atque facilis est ad eum recursus, idcirco Judices ob reverentiam abstinere solent, remittendo partes ad Sanctissimum pro aperitione oris, unde propterea super istius commissionem, vel denegatione disputari solet in Signatura Gratia, atque super hujusmodi quæstionibus certa, & generalis resolutio statui non potest, cuicumque casui applicabilis, dum resolutio pendet à singulorum casuum qualitate, & circumstantiis, ex quibus inspicendum est, an adit talis resolutio, & parum rationabile præjudicium, ut propterea petita concessioni locus esse debeat, juxta ea, quæ plenè ad materiam potestatis Principis tollendi juris tertij, & quando gratia, & provisiones tertio præjudiciales revocari, vel moderari debeant, habentur disc. 148. 177. 185. & 193. de Regal. & alibi.

Duplicis autem speciei sunt hujusmodi concessiones aperitionis oris, juxta insinuata d. disc. 20. de judic. & disc. 30. in relation. Curia & alibi, una scilicet, quæ non percutit substantiam gratia, neque illius revocationem, aut moderationem concernit, sed illa firma remanente, quatenus valida, & legitima sit, habilitatur solum oppositor ad deducendum illum intrinsecos, & naturales defectus, qui jam insunt, subreptionis, vel obreptionis, aut defectus intentionis, removendo solum obstaculum, quod dictæ clausulæ præstant, atque in ista specie facilis solet esse concessio, ut potè rationalis, & modici præjudicii, quoties in promptu non constet petitionem esse injustam, & ad excitandam, vel promovendam litem calumniosam; Quando verò aliquod dubium desuper oritur, adeo non de facili in eo modico temporis intervallo qui descriptus est in d. disc. 30. in relation. Curia mature sumi valeat resolutio, an gratia sit concedenda, vel deneganda, tunc rescribi solet illi Tribunali, cui causa aliàs committenda esset, cum clausula arbitrio, unde propterea in illo Tribunali, cui rescriptum est, super dubio, an intret arbitrium, de causis concessionis, vel denegationis maturius disputatur, juxta decisiones insinuatæ d. disc. 30. in relation. Cur. disc. 20. de judic. disc. 50. de pensio. & alibi.

Altera verò species est major, quia tangit substantiam gratia, illamque enervat, ac de medio tollit, atque tunc rescribitur simpliciter de aperitione oris, cum istud re-

Scripturam intelligendum veniat juxta primam speciem, sed adjectum superius insinuata clausula de reductione ac, si non emanasset, quod tamen rarius, ac difficilius concedi solet, atque nonnisi in casu pluraquam claræ læsonis, & exorbitantia; ideòque, ut præmissum est, materia non est capax regulæ certæ, & generalis, quibuscumque casibus applicabilis, sed tota pendet à singularum casuum qualitate, & circumstantiis, ideòque arbitraria dici meretur.

- a Ex deductis disc. 20. de judic. n. 10. disc. 50. de penson. n. 4. & alibi pluribus.
- b d. disc. 20. de judic. d. disc. 50. de penson. & disc. 30. in relar. Curia, ubi concordantes. c Ex deductis disc. 21. de judic. & alibi pluribus.
- d Ex insinuatis in superius allegatis disc. 20. de judic. n. 10. & seq. disc. 30. in relatione Curia agendo de Tribunali Signaturæ gratiæ disc. 50. de penson. & alibi, ubi concordantes. e Ex deductis disc. 30. de regal. & disc. 54. de donation.
- f Ex traditis in sua sede sub tit. de usur. & disc. 14. de emp. cum similibus. g Ex notatis disc. 22. de camb. & disc. 35. de judic. num. 58.
- h d. disc. 21. de judic. & disc. 3. de alienat. & contra. prohibet. & alibi.

TEXTUS CONSTITUTIONIS.

Ut autem præsentis ad notitiam omnium deducantur; Volumus, & eadem auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, quòd illarum Transumptis, etiam per remissionem factis, manu alicujus Judicis, seu Prælati, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subscriptis, & sigillo alicujus Notarii publici munitis, quemadmodum adhiberetur originali, si præsentaretur, ubique adhibeatur tam in judicio, quàm extra illud, plena, & indubitata fides Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ M. DC. LXXX. Sexto decimo Kalend. Decembris Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Placet Motu proprio B.

ARGUMENTUM.

Quod notitia legis necessaria sit ad hoc obliget, & de regulatione anni, & quare ejus, ac mensis, & diei expressio requiratur, & de forma subscriptionum Pontificatum.

SUMMARIUM.

- 1 Quod notitia legis necessaria sit ad hoc ut obliget. De stylo Auditoris non agendi de foro interno.
- 2 Quando procedat propositio, ignorantia juris non excusat, ut scilicet intelligatur in jure communi.
- 3 Quod de jure particulari, seu locali, distinguuntur plures casus.
- 4 Statuta redacta in volumen publicum, & authenticum non sunt justificanda, sed sufficit allegare.
- 5 Atque præsumuntur esse in usu, donec doceatur de non usu.
- 6 Non deferretur Doctoribus attestantibus de aliqua lege, de qua aliunde non constet.
- 7 Moriens per manus justitiæ ex delicto dicitur voluntariè mori.
- 8 Quòd ista materia excusationis à pœna ob ignorantiam legis particularis arbitraria sit, & non habeat regulas certas.
- 9 Quare nulla, vel nimium rare sint quæstiones super transumptis Constitutionum universalium, bene tamen Bullarum particularium, & de nova forma.
- 10 Quomodo sequatur Constitutum publicum.
- 11 An ille, qui scit, quod de proximo lex, vel provisio edenda sit, possit contra illius dispositionem contrabere, aliasque contravere.
- 12 Quare opportuna sit data anni, diei, & mensis.
- 13 Gratia anterior aliis prævalet.
- 14 De origine, & etymologia Datarii.
- 15 Supplicationes signatæ manu Papæ ante registrationem

forma probanti, & non sufficit auctoritas unius, vel plurimum Doctorum, qui de illa testentur, quoniam in iis, quæ facti sunt, Doctorum testimonio non desertur. a

Ubi verò agitur de exteris, in quibus verisimilis est ignorantia legis particularis loci, in quo ipse non vixerit, sed accidentaliter ad modicum tempus ibi reperiatur, ac mox revertitur; & tunc aut agitur ad effectum lucris, & commodi, de quo contendat ille, qui ignorantiam allegat, & ista non suffragatur; aut verò ad effectum vitandi damnum, magis autem pœnam, ex conventionione resultantem, & tunc distinctio est, quod aut id, quod prohibetur est naturaliter, & intrinsecè malum, adeò sit prohibitum, quia malum ubique, ut sunt ex. gr. homicidium, furtum, rapina, crassatio, sacrilegium, sodomia, adulterium, stuprum, incestus, & similia crimina, quæ universaliter, & ubique sunt mala, & prohibita, & tunc ignorantia, quamvis probabilis, non excuset; Adhuc tamen intrat aliquod rationabile, beneque regulatum Judicis arbitrium pro aliqua temperatione, seu minoratione illius gravioris pœnæ, quæ per legem localem imposita est, quàm sit illa juris communis, vel illa patriæ exteri delinquentis; quoniam cum etià in delictis consideretur quidam implicitus contractus, qui iniri dicitur inter Rempublicam, vel justitiam ex una, & delinquentem ex altera, qui propterea quando criminis pœnam luit, ex voluntate propria id agere videtur, & per consequens ille, qui patitur pœnam capitis, dicitur voluntariè mori, ex deductis disc. 69. n. 9. de penson. idcirco habenda videtur aliqua ratio opinionis, vel credulitatis delinquentis, quem ad pœnam à jure communi statutam, vel in ejus patria inductam, & praticatam cogitative præsumendum venit, non ut præcisè ad hanc pœnam tantum tale arbitrium restrictum sit, sed ut ista consideratio inducere debeat aliquam moderationem gravioris, ac severioris pœnæ, verisimiliter non cogitatur per exterum ignarum legis localis, quæ illam induxit.

Si autem agitur de illis actibus, qui non sunt naturaliter, & intrinsecè mali, & criminosi, tales verò sint quia prohibiti per legem particularem, seu localem, ideòque non sint mali quia mali, sed quia prohibiti, ut frequenter contingit in delatione, & retentione aliorum armorum, aliorumque instrumentorum, seu vestium, aut in aliquibus ludis, cum similibus; Et tunc reflectendum est in primis ad legum combinationem, an verificetur, an scilicet in patria delinquentis eadem ad sit prohibitio sub eadem; vel graviori pœna, & tunc de rigore ignorantia non debet excusare; aut verò in patria nulla ad sit prohibitio, vel si ad sit, contineat pœnam minorem, sive etiam æqualem, adhuc tamen illa non fit in usu, & tunc difficile quidem est, ut id in praxi sufficiat ad omnimodam excusationem, bene tamen sufficere debet ad notabilem moderationem, majorem, vel minorem, ut singularum casuum exigunt circumstantiæ, reddentes illum contraventorem majori, vel minori æquitate dignum; Ideòque materia non est capax regulæ certæ, & generalis, cum tota pendere videatur à prudenti, beneque regulato Judicis arbitrio, & per consequens prolixum erroneum est cum regulis, & propositionibus generalibus in omni casu pariformiter procedere; idque generaliter in omnibus aliis materiis verificari videtur.

Rari autem, penèque nulli sunt casus, in quibus, ubi agitur de Constitutione edita per viam legis universalis, disputari contingat super fide probanti alicujus ejus transumpti, de quo in præsentibus §. agitur, adeò ut inspicendum sit, an, & quando adimpleta dicatur forma ibidem præscripta, quoniam hujusmodi Constitutiones post aliquod tempus redigi solent in volumen, ut docent sex volumina Bullarii, jam edita, & priusquam id sequatur, illicò solent imprimi, & publicari per Impressorem Cameralem, ut in ista Constitutione sequitur, idque sufficit ob Constitutionem, seu motum proprium Sixti V. disponentem, ut legibus, decretis, edictis, vel bannimentis, aliffque scripturis ab isto Impressore, tanquam publico officiali, ad id deputato impressis, & publicatis fides adhiberi debeat; talique est recepta praxis, fundata tamen in ea probatione, quæ resultat à præsumptione juris in dubio attendenda, donec de contrario doceatur, eodem modo, quo de fide, vel attestazione publici notarii, vel alterius officialis habetur. In transumptis autem Bullarum Apostolicarum super gratiis, & provisionibus particularibus, ob aliquam inconvenientiam, quæ sequuta fuerunt sub Innocentio Decimo per ejus Constitutionem 50. statuta fuit quædam nova forma, qua non servata, eis fides non præstatur, quinimo utentes illis transumptis, quæ talem for-

mam non habeant, pluribus subjacent pœnis, illi præsertim privationis beneficij, de quo agitur. b

In proposito autem hujusmodi legum, seu bannimentorum, & edictorum, aliarumque provisionum publicationis, ut omnibus pateat, ejusque ignorantia non excuset, ea dupliciter sequi solet; Primò, nempe cum affixione per publicum Curforem, juxta stylum, in acie Campi Floræ, ut in ista Constitutione sequitur esse liquet, & Secundò per impressionem, & publicationem per Impressorem Cameralem; disputari solet per Juristas, magis autem per Morales pro foro interno; (cum in externo, de quo ad Juristas agere pertinet, nimium rari, penèque nulli sint casus, in quibus talem disputationem haberi contingat,) an scilicet illi, qui hujusmodi legum, vel bannimentorum publicationem notitiam jam habeant, vel quia sint ministri, & officiales Legislatoris, vel quia sint aulici, & familiares, aut alii arcanorum indagatores, licitè possint gerere illos actus, quos sciunt jam prohibendos, cum damno, & præjudicio eorum, qui talis legis, vel provisionis, bona fide illos actus, juxta currentem rerum statum gesserunt, ut ex. gr. contingere solet in legibus, vel edictis jam determinatis, & publicandis super reprobatione, aut reformatione alicujus monetæ, an scienter expendi possit juxta currentem valorem, sive in edictis publicandis super pretio frumenti, aliorumque victualium, ut bene cum similibus. Atque nostra ætate in Urbe vidimus praticatum in venditione locorum montium pro illo majori pretio extrinsecè, de quo frequenter agitur in sua sede in trad. de locis montium, ac etiam in Theatro sub tit. de Regal. cum jam sciretur imminere illorum extractionem, vel reductionem, ob quam dictum majus extrinsecum pretium cessabat. In hoc autem cum nimium se involvere videantur scriptores, adeò pro eruenda veritate penè integer tractatus necessarius videatur; idcirco ista non assumitur provincia, dum, ut pluries dictum est, magna habetur penuria temporis, & librorum in aula, in qua vivitur; potissimè quia in foro externo, & judiciali, nimium rari, penèque nulli sunt casus, in quibus ista scientia justificari valeat; de interno autem meum non est agere, videri itaque poterunt de ista quæstione agentes. c

Demum quoad datam diei, mensis, & anni, quæ in Constitutione legitur, illa commendabilis quidem est, non autem necessaria ad validitatem, & perfectionem legis, dum tot Apostolicæ Constitutiones, quæ habentur in utroque novo, & antiquo Bullario, nec diem, nec mensem, neque annum currentem continent, sed solum annum Pontificatus; ut etiam legitur in legibus, & Constitutionibus Imperialibus restringatis in Codice, quæ sub Consulibus emanarunt; expressio namque, sive data specialiter etiam diei, prodest, imò necessaria est in gratiis, & provisionibus particularibus ad duplicem effectum; Primò nempe, ut in concursu plurium gratiarum, quæ de eodem beneficio, vel alia re factæ sint pluribus, ac diversis personis, id dignoscatur quænam sit prima, sive anterior, quæ attendi debet, ac aliis prævalet; atque ad hunc effectum introductum fuit officium Datarii, qui ab hac data denominationem desumptis, ut advertitur in relation. Curia disc. 9. n. 1. & 17. & secundò quoniam licet sola supplicatio signata manu Papæ importat gratiam perfectam, nihilominus donec illa registratur, nullum jus tribuit, vel firmat, sed ad libitum Datarii lacerari potest, ut advertitur disc. 42. n. 3. de benef. & disc. 51. n. 10. in relation. Cur. dictaque registratio non potest, nec solet sequi, nisi præcedat data, quæ apponitur ab eodem Datario.

Computatio autem annorum nostræ Redemptionis per Datarium, & Cancellarium Apostolicum fieri solet de stylo ab Incarnatione, id est à die 25. Martii, quod in Curia est singulare, licet in aliis quibus Eturæque partibus, idem servetur, quoniam ut plurimum Notarii, tam in actibus judicialibus, quàm in publicis instrumentis facere solent computationem à Nativitate, id est à die 25. Decembris; pro communi verò usu in epistolis familiaribus, ac etiam in apocis, & scripturis privatis, juxta stylum, qui videtur generalis, computatio fit à Circumcisione, id est à die 1. Januarii, quod in Regno Neapolitano servatur, etiam in actibus judicialibus, & in publicis instrumentis, ex lege, seu Pragmatica particulari; Cum enim in Provinciis, & Regionibus, quæ illud modernum Regnum constituent, utpote antea quamplures, post scissum Romanum Imperium, efformantibus Principibus, nimium difformis essent styli, quoniam alicubi anni computatio fieri solebat ab Incarnatione, vel respectivè à Nativitate, vel Circumcisione,

ne, alicubi verò à Kalendis Martii, vel Septembris, cum similibus diversitatibus, quæ in uno, eodemque Principatu magnam confusionem, & inconvenienciam producebat, idcirco prudenter cum dicta lege ita statutum fuit.

Primò, verò aspectu cuilibet videri deberet, quod computatio ab Incarnatione, utpotè redolens anticipationem novem mensium, importet majorem lapsum temporis, & sic quod quando, ex magis communi usu, faciendo computationem à Nativitate, vel Circumcisione currit ex. gr. annus 1680. qualis est ille nostræ Constitutionis, novem menses antea dici debeat annus 1681. & tamen res est in oppositum, quoniam potius id importat retardationem, ac ordinem retrogradum, adeo ut à Kalendis Januarii usque ad 25. Martii, ex quo tempore juxta communem usum dicitur annus 1680. ubi fit computatio ab Incarnatione, adhuc dicitur annus 1679. quod inspicere refert ad plures effectus in praxi, & præsertim pro regulatione pensionum ecclesiasticarum, aliarumque annuarum præstationum, ut advertitur *disc. 26. ex num. 5. de penson.* ubi ex Covarr. & aliis ibi relatis assignatur hujus præpositionis ratio, quod scilicet attenda computatione ab Incarnatione, incipit & computari debet primus annus post illum jam completum; E conversò autem attenda computatione à Nativitate, vel à Circumcisione incipit numerari annus ab ipso initio, sive die Nativitatis, vel Circumcisionis, & sic adest dicta anticipatio, quæ aliis impropria, & exorbitans videtur. Et hæc quoad annum naturalem, sive solemem, qui juxta cursum, & ordinem naturæ, ut comprobant mutationes, & reversiones temporum, ac operationes frequentiores terræ, ubique est idem, & constat ex 365. diebus, ac noctibus respectivè, quamvis circa initium, & divisionem in menses, vel hebdomadas, aliaque spatia diversi sint nationum mores, elaboratè, ac diligenter, summa eruditione collecti, & relati per Modernus Ricciolum in Chronologia reformata *lib. 1. de mensibus, & annis.*

Habetur quoque apud forenses annus legalis pro regulatione, & divisione fructuum merè naturalium, sive mixtorum, id est habentium mixturam naturæ, & artis, vel industriæ humanæ, istæque regulariter, atque pro frequentiori contingencia est idem ac superius insinuatus naturalis, vel solaris, quoniam frequentius triticum, aliæque fruges, ac vinum, oleum, fructus, & herbæ habent regulationem à cursu solis completo, ideòque sola differentia consistit in computatione, vel initio; atque receptum est id pendere à diversa qualitate fructuum, ut postquam collecti sunt, & à solo separati jam maturi, terminari dicatur illorum annus, atque illicò incipere novus, quoniam illicò natura incipit concipere, & præparare novos fructus alterius recollectæ; ideòque sumendo regulam à frequentiori contingencia in frumento, aliisque frugibus, annus novus incipit calculari à Kalendis Septembris, in vino à Kalendis Octobris, in oleo à Kalendis Novembris, & sic similiter ex relatis *disc. 27. & seqq. de penson. & alibi.* Ubi verò agitur de illis fructibus, qui irregularem, & insolitam, non autem dictam consuetam solemem habeant regulationem, quia nempe percipiuntur singulo quoque biennio, vel triennio, seu decennio &c. aut è conversò bis, vel ter in anno, tunc quælibet perceptio, seu recollecta habetur pro uno anno. *d*

In fructibus autem merè industrialibus, qui civiles dicuntur, & consistunt in annuis censibus, vel pensionibus, aliisque præstationibus, regulariter attenditur annus naturalis, vel solaris regulandus ex tempore conventionis, atque in decurso sæculo quaestionem produxit reductio Kalendarii facta per Gregorium Decimum tertium, quod recessi fuerunt decem dies, adeo ut cum dici debuisset prima mensis, dictum fuit die 10. ideòque orta fuit quaestio, quomodo termini solutionum essent regulandi, atque resolutum fuit (& benè) attendi debere priorem cursum, præfata resecatione neglecta, ut *decis. 182. part. 4. divers. & alibi.*

Tandem quoad subscriptionem Pontificis, ista non videtur præcisè necessaria in legibus, & provisionibus Pontificiis, dum istæ solent quandoque emanare per viam oraculi explicati per Datarium, vel alium Officiale, ut liquet ex Bullario, in quo multæ leguntur provisiones juxta hanc formam conceptæ, quæ Apostolicæ Constitutiones quoque dicuntur, atque tanquam tales receptæ sunt, pro frequentiori verò praxi adhibetur subscriptio, quæ duplicem formam, seu modum habere solet; unam magis solemnem, quia Cardinalium in Curia præsentium subscriptio quoque accedat, & tunc Papa se subscribit tanquam Episcopus Ecclesiæ universalis sub eo nomine, quod tanquam Papa immediatè post electionem assumpsit, ex. gr. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, ac ultèrius adjicit signum Crucis cum aliquo versiculo seu lemmate ex Sacra scriptura desumpto, ut ex eodem Bullario liquet. Alteram verò minus solemnem, qualis est ista in motibus propriis adhiberi solita, in qua cum verbo *placet* adicitur pro subscriptione prima littera proprii antiqui nominis; ideòque cum noster Pontifex ante Pontificatum appellaretur Benedictus, apponitur solum littera B. Idemque practicitur in supplicationibus Dataria, ac etiam in commissionibus judicialibus, cum ea differentia, quod commissiones judiciales præsentandæ in Curia signantur per verbum *placet*; illæ verò, super quibus expediendæ sunt litteræ extra Curiam signantur per verbum *fiat*, quod generaliter adhibetur in negotiis Dataria, & Cancellaria ex eadem ratione, quoniam desuper expediendæ sunt litteræ; hæc autem diversitas certam non habet rationem, quæ non de facili in stylis, & consuetudinibus assignari potest clara, & concludens; In Chiographis autem, quæ in materno Italico idiomate concepti cum nimia frequentia solent, in concernentibus potius negotia principatus temporalis, fit subscriptio sub nomine Papali, videlicet Innocentius Papa XI. quod pariter congruam, & concludentem non habet rationem, sed totum pendet ex stylo, qui nimium attendi debet, utpotè regulator voluntatis, & comprobator veritatis actus, ut advertitur *disc. 3. num. 20. de judic. & alibi pluries.*

a Ut eod. *disc. 35. de judic. disc. 38. de regular. num. 9. & disc. 12. de Canon. & Dignit. & alibi.*

b De ista pœna tractatur per Roi. *decis. 69. & decis. 123. part. 12. recent. & disc. 76. de benefic.*

c *Giurb. observ. 1. Larrea decis. Granaten. disp. 16. & 17. & in Teatro disc. 12. n. 10. de empt. ubi alii referuntur. d. Ex relatis disc. 1. de alien. & contract. prohib. disc. 157. n. 6. de regal. & alibi pluries.*

PARTICULÆ STATUTORUM, ET LEGUM

Excludentium ab intestatis Successionibus Fœminas propter Masculos, in Civitatibus, Oppidis, & Locis Status Ecclesiastici;

Necnon Particulæ Statutorum, & Legum aliquarum notabilium Civitatum, & Ditionum Italiae, extra dictum Statum,

Ex commissione

EMINENTISSIMI AUCTORIS

Collectæ, & ordine Alphabetico dispositæ

PER ÆMILIANUM TRAVAGLINUM

I. G. SPOLETANUM,

Tum ad publicam utilitatem, & Studioforum commoditatem, tum etiam ut ita dignoscantur mores Regionis, ac etiam mens, & intentio Populorum; non exclusis aliis Statutis, ac Legibus, quorum notitia, vel respectivè particula haberi non potuerunt.

F I N I S.

I N D E X P A R T I C U L A R U M

Intra Statum Ecclesiasticum ,

A

Æ Sinæ Civitatis fol. 68.
 Agliani ibid.
 Amândulæ ibid.
 Amerinæ Civitatis fol. 69.
 Anconitanæ Civitatis fol. 70.
 Anguillaræ fol. 71.
 Appiri ibid.
 Appignani fol. 72.
 Apugni ibid.
 Aquirpandianæ Civitatis ibid.
 Arcis maximorum ibid.
 Argentæ ibid.
 Ariminensis Civitatis ibid.
 Arquatæ ibid.
 Arrontis ibid.
 Asculanæ Civitatis ibid.
 Assisensis Civitatis ibid.
 Auximanæ Civitatis ibid.

B

B Agnacabili ibid.
 Balneariæ fol. 75.
 Bastanelli ibid.
 Bastiæ ibid.
 Belfortis ibid.
 Beneventanæ Civitatis fol. 76.
 Bidonii ibid.
 Bolseni, aliàs Vulsinii ibid.
 Bonaquisti ibid.
 Bononiensis Civitatis ibid.
 Braccchiani fol. 78.
 Brisighellæ ibid.
 Britinoriensis Civitatis ibid.

C

C Aldarolæ ibid.
 Callienis Civitatis fol. 80.
 Camerinensis Civitatis fol. 81.
 Cammori fol. 82.
 Campagnani ibid.
 Campelli ibid.
 Canmaræ ibid.
 Capranicæ ibid.
 Carboniani fol. 83.
 Carpineti ibid.
 Castiljonis Lacus ibid.
 Castiljonis Tyberinæ fol. 84.
 Castrî, & Roncilionis ibid.
 Castrî Fidardi ibid.
 Castrî Lacus fol. 85.
 Castrî Ritaldi ibid.
 Castrî Rivi ibid.
 Celleni fol. 86.
 Centi ibid.
 Cerreti fol. 87.
 Cerveteris ibid.
 Cervienis Civitatis ibid.
 Cæsenatenis Civitatis fol. 88.
 Cinguli ibid.
 Citerinæ fol. 89.
 Civitatis Castellî, sive Tiphernatenis Civitatis fol. 90.
 Civitatis novæ ibid.
 Civitatis plebis fol. 91.

Civitatis vetulæ ibid.
 Collis Marchesii ibid.
 Collestatis ibid.
 Coranæ Civitatis fol. 92.
 Corinaldi ibid.
 Cornetanæ Civitatis ibid.
 Cotignolæ ibid.

E

E Ugubine Civitatis ibid.

F

F Abriani fol. 93.
 Fanensis Civitatis ibid.
 Faventinæ Civitatis fol. 94.
 Ferrariensis Civitatis ibid.
 Firmanæ Civitatis fol. 95.
 Formelli ibid.
 Foroliviensis Civitatis ibid.
 Foripompilii fol. 96.
 Forosempronienis Civitatis ibid.
 Fossignani ibid.
 Fulginatensis Civitatis ibid.

G

G Ragoli fol. 97.
 Gryptarum ibid.
 Gualdi ibid.

H

H Yspelli ibid.
 Hortanæ Civitatis fol. 98.

I

I Molensis Civitatis ibid.
 Interamnenis Civitatis fol. 99.

L

L Ateræ, & Farnesii ibid.
 Licentæ ibid.
 Lugnani in districtu Urbis fol. 100.
 Lugnani in Patrimonio ibid.
 Lugî terræ ibid.

M

M Aceratenis Civitatis fol. 101.
 Massæ fol. 102.
 Massæ Longobardorum ibid.
 Meldulæ fol. 103.
 Mercati Saraceni ibid.
 Messenani ibid.
 Mevanæ ibid.
 Mondaini ibid.
 Montechii fol. 104.
 Monticellorum ibid.

Montis Bodii ibid.
 Montis Cassiani ibid.
 Montis Castellî fol. 105.
 Montis Falchi fol. 106.
 Montis Falisci Civitatis ibid.
 Montis Fani ibid.
 Montis Filatrani fol. 107.
 Montis Floris ibid.
 Montis Georgii ibid.
 Montis Granarii ibid.
 Montis Leonis fol. 108.
 Montis Milonis ibid.
 Montis Novi fol. 109.
 Montis Sancti ibid.
 Montis S. Martini ibid.
 Montis S. Petri fol. 110.
 Montis Scudoli ibid.
 Montis Ulmi ibid.
 Moricchiæ, & Moriani fol. 111.
 Moriconis ibid.
 Morlupi ibid.
 Mugnani ibid.
 Murri Vallium ibid.

N

N Arniensis Civitatis fol. 112.
 Nucerinæ Civitatis fol. 113.
 Nursæ ibid.

O

O Rzani ibid.

P

P Alumbariæ ibid.
 Perusine Civitatis ibid.
 Pinnæ fol. 115.
 Pisauriensis Civitatis ibid.
 Pissignani fol. 116.
 Plebis Centi ibid.
 Podii nativi, seu Donadei fol. 117.
 Pontis Castrî ibid.
 Postignani ibid.

R

R Avennaten. Civitatis ibid.
 Reatinæ Civitatis ibid.
 Recineten. Civitatis ibid.
 Roccæ Contradæ ibid.
 Rocchettæ ibid.
 ROMÆ Urbis fol. 131.
 Roncilionis, & Castrî fol. 92.

S

S. A Gathæ ibid.
 S. Anatoliæ ibid.

S. Archangeli ibid.
 S. Lupidii, seu Elpidii fol. 121.
 S. Ginesii fol. 122.
 S. Iusti ibid.
 S. Orestii fol. 123.
 S. Severini Civitatis ibid.
 Sarnani ibid.
 Sarfinatenis Civitatis fol. 124.
 Saxoferati ibid.
 Scrofanî ibid.
 Sestii ibid.
 Senogallienis Civitatis ibid.
 Serræ Comitum fol. 125.
 Terræ S. Quirici ibid.
 Sillani ibid.
 Soriani ibid.
 Spinæ ibid.
 Spoletanæ Civitatis fol. 126.
 Stronconii ibid.
 Sutrinæ Civitatis ibid.

T

T Iphernatenis Civ. aliàs Civitatis Castellî fol. 90.
 Tolentinatis Civitatis fol. 126.
 Trebii fol. 127.
 Trivignani ibid.
 Tudertinæ Civitatis ibid.
 Tulphæ fol. 128.
 Tiburtinæ Civitatis ibid.

V

V Allis Petræ ibid.
 Vallis Tupinæ ibid.
 Veliternæ Civitatis fol. 129.
 Vetrallæ ibid.
 Viani ibid.
 Vignanelli ibid.
 Villæ Paganicæ ibid.
 Vissii fol. 130.
 Viterbienis Civitatis ibid.
 Urbinatenis Civitatis fol. 131.
 Urbis ROMÆ ibid.
 Urbifaligæ ibid.
 Urbis veteris, aliàs Urbevetanæ Civitatis fol. 132.
 Vulsinii, aliàs Bolseni ibid.

INDEX PARTICULARUM

Extra Statum Ecclesiasticum ,

A Retinæ Civitatis fol. 133.
 Barenis Consuetudo ibid.
 Florentinæ Civitatis fol. 134.
 Januensis Civitatis fol. 136.
 Lucensis Civitatis fol. 137.
 Mantuanæ Civitatis fol. 138.
 Mediolanensis Civitatis fol. 139.
 Neapolitanæ Consuetudines fol. 140.
 Papien. Civitatis ibid.
 Pisane Civitatis ibid.
 Senensis Civitatis fol. 141.
 Constitutiones Utriusque Regni Siciliae ibid.

PARTICULÆ STATUTORUM.

Æ S I N Æ

Civitatis.

PARTICULA I.

De filiis, & filiabus simul remanentibus, Patre ab intestato defuncto Rubr. 119. lib. 2.

Patre ab intestato defuncto, de bonis suis nullatenus disponere, & filiis cum filiabus simul relictiis, fratres teneantur sorores dotare dote idonea, inspecta qualitate, & conditione personarum, & quantitate patrimonii, dote constituta cum consensu duorum proximiorum consanguineorum dictæ fororis, seu pupillæ in 12. anno, cum tunc dicatur esse viri potens, juris præsumptione, hoc tamen, an sit ætatis nubilis, arbitrio Judicis relinquendo; Si autem pater aliquid reliquisset pro dote certa, vel aliquid simpliciter, & jusserit eas esse contentas, ipso relicto sint contentæ, nec ulterius ad bona paterna, vel materna tam ipse, quam successores earum in utroque casu præmissis possint habere regressum; sed ipsi filii masculi in bonis patris, & matris universales hæredes existant. Et si contigerit aliquem ex dictis fratribus esse absentem, dotes per alios fratres constitutas teneantur omnino ratificare, & stare constitutionibus dorum factarum per fratres; Et si aliqua ipsarum filiarum, tempore mortis patris, esset ætatis annorum 12. infra biennium fratres studeant maritare, alias ipsa se maritare possit, fratribus etiam ignorantibus, & invitis, quibus necessitas imminet ipsas dotare, ut superius est expressum.

Ejusdem statuti de successione ab intestato, Rubr. 110. lib. 2.

Si quis ab intestato decesserit, filiis, vel filiabus, neptibus, seu nepotibus ex filio non relictiis, patre, vel matre non subsistentibus, & fratres carnales subsint soli, vel filii alterius fratris, in stirpem succedant; si autem remanserit soror tantum, illa succedat, si filii, vel filia fororis, tantum masculi succedant; dein in antea proximior gradu succedat, quod locum habere volumus in præteritis, & futuris.

Ejusdem statuti; quod filia dotata stent contentæ, & non possint ad bona paterna habere regressum Rubr. 111. lib. 2.

Filia, seu filia à patre, matre, sive fratre carnale, avo, vel avia dote sibi data sint contentæ; nec possint patre, vel matre, avo, vel avia defuncto, fratre, vel fratribus, seu eorum liberis viventibus ad bona paterna, vel materna, avi, vel avia ipsæ filia, vel successores earum habere regressum, vel aliquid petere occasione hereditatis alicujus dictarum personarum, vel alia quacumque causa, sive rennunciaverint, sive non. Si autem quis relictiis pluribus filiabus, vel nepotibus, tamen quælibet in virili, seu æqualitate succedat; sed si ex ipsis aliqua fuerint nuptæ, tantum minus accipiant, quantum fuerit quantitas suæ dotis. Cæterum si pater, vel mater, avus, vel avia ipsi filiabus, vel nepotibus nuptis aliquid reliquerit ultra dotem, ultra petere non possint occasione legitimæ, vel alia quacumque causa, viventibus fratribus masculis paternis, vel eorum liberis. Quibus fratribus deficientibus post aditam hereditatem sine filiis masculis, cum filiabus tamen fœminis, ipsæ filia, vel successores earum reintegrentur ad successionem bonorum olim earum patris, vel aut avi in stirpem, non in capita, ad hoc ut filia fœminæ, & earum descendentes non sint deterioris conditionis, quam neptes, conferendo tamen dotes.

A G L I A N I

Quod est Castrum sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA II.

Quod nulla mulier dotata possit succedere ab intestato cap. 11. lib. 3.

Nulla mulier dotata à patre, matre, avo, vel avia, aliisque ascendentibus possit succedere ab intestato in bonis alicujus ascendentis dotantis, vel non dotantis, superstiti masculo in parigradu, vel qui cum ipsa alias ab intestato ad successionem veniret, & satis sit, ut dicta mulier dotem consequatur ab uno ex supranominatis, ad effectum ut ab hereditate omnium supradictorum excludatur, sed debeat contenta sua dote esse, ita quod aliud ulterius habere non possit, etiam prætextu supplementi legitimæ; & quatenus non esset dotata, possit à dicto masculo dotari, si aliunde dotem non haberet, & si haberet in dotem sibi computetur, & masculus ad aliam dotacionem non teneatur, & dotata intelligatur ad dictum effectum, etiam quod dotaretur de bonis ipsius mulieris eidem proventis ex hereditate paterna, materna vel avita, & nullo superstiti masculo, qui pariter ad successionem cum ipsa muliere veniret, talis mulier possit, ac debeat ab intestato pleno jure succedere in bonis suorum ascendentium; & veniente casu, quod decessat ab intestato aliquis frater, soror, patruus, vel avunculus, vel deinceps supra, & infra sine aliquibus descendentibus, tunc & eo casu sic ab intestato decedenti succedat, & succedere debeat masculus in pari gradu, vel qui alias cum ipsa muliere ad successionem vocaretur, exclusa penitus ipsa muliere dotata, vel non dotata, & non existente masculo ut supra, possit, & debeat liberè succedere una, vel plures mulieres superstitis quæ alias de jure ad talem successionem vocaretur, seu vocarentur, & prædicta locum habeant in præteritis, præsentibus non decisis, & futuris.

A M A N D U L Æ

Quæ est Terra sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA III.

De Testamentis, substitutionibus, de successione ab intestato, & quod mulier dotata non succedat Rubr. 20. lib. 2.

Testamentum, & quælibet alia ultima voluntas non valeat ipso jure, etiam quoad legata, & fideicommissa etiam minima, si in aliquo prædictorum non fieret expressa mentio de debente de jure institui, vel exheredari, quamvis in eis fuerint juris solemnitates servatæ, & præsumatur de jure testantem, vel aliam ultimam voluntatem facientem, institutionem hæredis, relicta, & fideicommissa non fecisse, si memor fuisset de debente per ipsum institui, vel exheredari; & si præsumptio juris, & de jure, nisi esset filia, vel posthuma, & descendens ex aliqua prædictarum dotata, vel non dotata; de quibus non fieret mentio in dicto testamento, vel in alia ultima voluntate, extantibus filiis masculis, & descendentibus masculis ex eis, vel aliis agnatis masculis institutis, in aliqua parte, vel in totum, capacibus, & ademptibus, vel se immiscerentibus, quo casu valeant, etiam si de dicta muliere, & de dicta posthuma, & descendente ex iis non fieret expressa mentio. Et mulier etiam major septem annis, vel descendentes ex ea, vel posthuma dotata, vel cui in quacumque ultima voluntate esset relicta dos, vel per confessionem, vel alio quocumque modo constituta in totum, vel in partem à patre, matre, avo, avia, fratre, sorore, vel ab alia quacumque persona, sint contentæ dicta dote ipsæ, & ipsarum descendentes, & non succedant ab intestato, si dotanti extarent filii masculi, vel descendentes masculi ex eis, vel posthumus masculus, qui sint capaces dictæ hereditate, & eam adiverint, alias alii agnati adminiculi, usque in secundum gradum personæ dotantis admittuntur.

Admittantur, secundum juris dispositionem ad dictam successionem, in bonis dotantis, si sunt capaces, & dictam hereditatem adjerint, alioquin succedant eidem dictam mulier, descendentes ex ea, & dicta posthuma, secundum juris dispositionem. Et filii masculi, & descendentes masculi ex eis, & alii agnati masculi, usque in secundum gradum, in successione ab intestato propriè, vel impropiè, secundum juris dispositionem, præferantur cognatis, & fœminis, & ipsarum descendentes, ac si dicti cognati, vel fœminæ, & ipsarum descendentes non extarent, dummodo dicti filii masculi, & descendente, masculi ex eis, vel dicti agnati masculi, infra dictum gradum, sint capaces, & dictam hereditatem adæant, vel se immisceant; Alioquin dictæ personæ exclusæ à dicta successione habeantur pro non exclusis. Sed si ab intestato decederet mulier, superstitibus sibi filiis masculis, vel descendentes masculis ex dictis filiis masculis, qui secundum juris ordinem in successione dictæ mulieris præferantur dictis cognatis, & fœminis, dummodo sint capaces, & dictam hereditatem adæant; Si autem ex dicta muliere extarent dumtaxat descendentes fœminæ, tunc eidem mulieri ab intestato decedenti succedat secundum ordinem juris civilis, & præferantur in successione dictis agnatis. Ubi autem de jure civili dictis personis exclusis à dictis successione debetetur legitima, & non existentibus dotaris ipsis, vel ejus descendentes, ipsæ, vel ejus descendentes ad legitimam infra declarandam admittantur, dividendam tamen inter liberos, secundum jus civile, computato tamen in ea omni eo, quod ipsæ, vel descendentes ex eis habuerunt quocumque modo à dictis personis, à quarum successione excludantur. Legitima verò intelligatur sexta pars hereditatis, deducto ære alieno, & funeris impensa; & si dicta legitima non sufficeret dictis personis exclusis pro dote, vel pro alimentis, & dictæ personæ exclusæ non haberent unde possent dotari, vel alimentari, debeat tamen eis suppletæ bonis illius, à cuius successione excludantur, quod eis concederetur sufficere pro dote, vel pro alimentis, secundum qualiter personarum, & bonorum, arbitrio Judicis, vel Rectoris declarandis, unâ cum duobus aliis viris consanguineis proximioribus non succedentibus defuncto, quibus non stantibus, cum duobus aliis viris per eundem Judicem eligendis, etiam sine aliqua scriptura, omni juris subtilitate, & solemnitate omissis, ac etiam diebus feriatis in honorem Dei; quorum declarationi dicti hæredes stare teneantur, alioquin dictæ personæ, ad dictam successionem, à qua sunt exclusæ admittantur, non obstante dicto statuto. Insuper quælibet substitutio intelligatur pupillaris directæ, etiam si fiat per verba obliqua durante pupillari ætate illius, cui fit substitutio, si fiat à potente dictam substitutionem facere; & postea intelligatur fideicommissaria perpetuè, nisi Testator in ea limitaverit tempus. Relicta autem facta, vel alia quæcumque institutio, vel substitutio in aliqua ultima voluntate facta dictis personis exclusis debeantur, nisi aliter per jus commune fuisset dispositum.

A M E R I N Æ

Civitatis.

PARTICULA IV.

Quod filia fœminæ, superstiti masculo, non succedant ab intestato, & qualiter tunc dotentur Rubr. 20.

Statuimus quod nulla filia, neptis, proneptis, vel abnepthis alicujus infra scriptarum personarum, de cujus successione tractaretur, nec aliqua persona, cujuscumque sexus, vel gradus existat, descendens ex tali defuncta persona per lineam fœminarum succedere possit ab intestato in aliquo ejus patri, matri, avo, avia, proavo, proavia, abavo, vel abavia ab intestato defuncto, seu defunctæ, nec in dicta ejus successione audiat agendo, vel excipiendo, superstiti alicui dictarum personarum taliter defunctarum aliquo ejus filio legitimo, & naturali inferioris gradus, descendente per lineam masculinam, & naturalem, & ex tali persona defuncta, de cujus successione pariter tractaretur, & ipsam successionem acceptante, seu acceptare volente, etiam si tenuit, vel possessionem de bonis hereditariis talis personæ defunctæ, seu aliquibus, seu aliquo ipsorum bonorum, Card. de Luca de Statut. Succesf.

vel aliqua eorum, sive alicujus eorum partem haberet, ipsam tenuram, sive possessionem relinquere, & dimittere teneatur dicto legitimo successori talis defunctæ personæ ad ipsius petitionem, ita tamen quod talis filia, sive neptis, & alia quælibet persona inferioris gradus, descendens ex masculo legitimo, & naturali descendente per dictam lineam masculinam, etiam ipsa defuncta persona, de cujus prædicta successione tractaretur, si dotata non esset, debeat decenter dotari de bonis hereditatis talis personæ defunctæ per ejus successorem prædictum, considerata conditione suæ personæ, & qualitate, & quantitate bonorum hereditarium hereditatis prædictæ, ac etiam de eisdem bonis debeat (donec fuerit maritata, & dotes prædictas habuerit cum effectu, sive donec monasterium intraverit) alimentari, vel in domo dictæ defunctæ personæ, vel alibi, ubi stare, vel morari voluerit honestè, & quod dictus successor ad sic dotandam, & alimentandam teneatur, & cogi possit, & debeat cum effectu, & pro dictis alimentibus, & dotibus post mortem talis defunctæ personæ, & ex tempore ipsius mortis, etiam antequam nubat, ex auctoritate præsentis capituli omnia prædicta bona hereditaria tali mulieri obnoxia, & obligata existant, & ipsa mulier sic dotata de ipsis dotibus sit, & intelligatur esse contenta, pro omni suo jure, adeo quod contra bona, & hereditates præmissarum personarum omnium, & cujuslibet earum nullum habeant, vel habere possint recursum, sed ab eis esse debeant penitus exclusæ auctoritate præsentis legis. Et ex testamento verò, & quælibet alia ultima voluntate talis defunctæ personæ succedatur, & succedere possint, & possit eidem prædictæ personæ quælibet earum, & legata, & fideicommissa, & omne, & quidquid in tali ultimo testamento, & ultima voluntate eis, vel alicui earum, relictum etiam capere, & habere possint, & possint juxta tenorem, & formam ipsius Testamenti, sive ultimæ voluntatis, si aliud eis, sive ei impedimentum non obstat; ita tamen quod ipsa mulier, & quælibet earum &c. quibus, vel cui bona talis defunctæ personæ taliter obvenirent, ea sibi computent, & computare teneantur in ipsis dotibus suis. Et si aliqua de dictis mulieribus dotata fuerit ab aliqua de prædictis personis in ejus vita, vel per ipsius ultimam voluntatem, eo casu talis mulier ipsius dotibus sit, & esse debet contenta, ita quod nihil ultra quantitatem in ipsa hereditate, vel de hereditate alicujus prædictarum personarum petere valeat, vel habere, nisi secundum expressam dispositionem talium personarum; Et si postquam aliqua de prædictis personis nupterit, vidua remanserit, possit ad domum hæredis talis defunctæ personæ redire, & ibi stare, ac de ipsis bonis hereditariis modo prædicto alimentari debeat, donec iterum maritetur, vel monasterium intret, dummodo fructus suæ dotis, quos haberet, vel aliorum suorum bonorum, si quæ tunc haberet, converti debeant in alimenta prædicta. Insuper volumus statuentes, quod si aliqua ex prædictis personis, de cujus successione tractaretur in sua ultima voluntate aliquid alicui de dictis mulieribus reliquerit pro ea dotata, vel alia ratione, vel modo, & postea antequam decesserit eam dotaverit, vel alius ejus nomine, vel ejus negotia gerens, & deinde non revocata ipsa sua ultima voluntate, in parte prædicta, decesserit, dictum relictum evanescat, & evanuisse ipso jure intelligatur, pro non facto penitus habeatur, & si post mortem dicti Testatoris successor ejus, vel alius ejus nomine dictam mulierem dotaverit, non facta mentione de dote relicta eidem in dicto testamento, vel ultima voluntate, seu ipsam dotem promiserit usque ad quantitatem dotis sic relicta in testamento patris, dictum relictum factum in dicto testamento, vel ultima voluntate prædicta pro ipsa dote, sit, & intelligatur revocatum, & annullatum, & compensatum in dicta promissione, vel dote, postquam fuerit sibi satisfactum de dote sic promissa post mortem dicti testatoris, ut supra; Et de prædictis, & quolibet prædictorum si de eis, vel eorum aliquo, seu eorum, vel alicujus eorum occasione, aliquis quælibet, vel controversia oriretur, vel esse possit, teneatur, & debeat Judex Curia Civitatis Amerinæ cognoscere, providere, pronunciare, definire, & exequi breviter, summaria, & de plano, & sine strepitu, & iudicii figura, ad pœnam Potestatis, vel iudici contradicenti, vel negligentiam prædictis, vel aliquo prædictorum 30. florenorum auri pro quolibet, & quolibet vice.

*Eiusdem Statuti de successione decedentium ab intestato
Rubr. 21.*

Decedente ab intestato, si fuerit talis decedens habilis ad testandum, siue non, siue fuerint masculus, siue femina sic ab intestato decedens cum liberis, liberi eius legitimi, & tales masculi, hoc est filius, nepos, pronepos, & alius, siue alii descendentes masculi tantum succedant in tota hæreditate prædicti decedentis ab intestato, secundum gradus prærogativam, & si ex dicto tali decedente ab intestato remanserunt filiiæ feminae, una, vel plures sine filiis masculis, stantibus fratribus carnalibus dicti defuncti, vel eorum filiis masculis, quod tunc dictæ filiiæ feminae una, vel plures nate ex dicto decedente ab intestato, non obstantibus dictis masculis succedant, & succedere debeant in tota hæreditate ipsius defuncti sine masculis, descendentes ex eo, & ex masculina linea, dummodo quod si dictæ filiiæ feminae una, vel plures postea decesserint sine filiis, quod tunc dicta hæreditas olim ipsius Patris dictæ feminae sic ab intestato defunctæ, & eius bona hæreditaria prædicta devolvantur, & convertantur, spectent, & pertineant, de tracta legitima debita iure naturæ, quæ debeatur quidem hæreditibus dictæ filiiæ feminae, seu feminarum defunctarum sine filiis, ad fratres carnales, unum, vel plures prædictos ipsius defuncti ab intestato, vel ad filios dictorum fratrum carnalium, seu fratris. Sin autem ex dicto ab intestato decedente sine filiis masculis, vel aliis decedentibus ex linea masculina, vel filiabus feminis primi gradus, extarent, vel superviverent nepotes feminae, vel alii inferioris gradus descendentes per lineam femininam, & stantibus fratribus carnalibus uno, vel pluribus dicti ab intestato defuncti, vel masculis dictorum fratrum, quod tunc dictæ nepotes feminae, vel alii inferioris gradus prædictæ in nullo succedant dicto ab intestato decedenti, sed ipsi fratres carnales unus, vel plures si extarent, vel eorum filii masculi succedant, & succedere debeant in tota hæreditate dicti ab intestato defuncti. Si verò ex dicto ab intestato defuncto sine masculis descendentes ex eo, tempore mortis suæ, extarent nepotes ipsius defuncti una, vel plures nate ex filio masculino prædefuncto, quod tunc dictæ nepotes succedant, & succedere possint, & debeant in tota hæreditate prædicta, siue una, siue plures fuerint, & post obitum ipsarum neptum habeat locum, & servetur illud, quod in filiabus primi gradus post ejus obitum superius ordinatum, & statutum est. Sed si post mortem dicti defuncti ab intestato extarent, & concurrerit filiiæ feminae primi gradus ipsius defuncti ab intestato una, vel plures, & nepotes una, vel plures, quæ extarent ex ipso filio defuncto, tunc volumus, & statuimus, quod prædictæ filiiæ, & nepes una, vel plures pariter succedant pro equali portione in hereditate prædicta, collatis, et remissis dotibus in ipsa hereditate, et contributis, si aliqua prædictarum fuisset primitus dotata, ita quod computatis dotibus prædictis, pares sint, et esse debeant in dicta successione. Sed si aliqua persona de Civitate, et Comitatu Americæ ab intestato decesserit sine liberis superstitibus, sed superstitibus sibi aliquibus, seu aliqua persona, usque in tertium gradum suæ agnationis inclusivè, intelligendo ipsum gradum secundum jus Canonicum, succedat sibi proximior de dicta sua agnatione, hoc intellecto, et declarato, quod in dicta successione non habeatur, nec haberi debeat distinctio, seu consideratio, vel respectus an talis proximior conjungebatur tali defunctæ personæ ex utroque parente, siue per lineam utriusque parentis, siue ex uno, vel unius tantum, dummodo ex patre ipsius defunctæ personæ, seu ex ejus paterna linea saltem eidem conjunctus extiterit. Præterea volumus quod nepotes ex fratre carnali quæ talis defunctæ personæ succedant, eidem, unâ cum eorum patruo, eodemque fratre quæ talis defunctæ personæ in stirpem, et non in capita; Mater verò ipsius quæ defuncti in dicto casu in sola octava parte bonorum ipsius quæ sui filii, seu filiiæ succedat; & succedere possit eidem; & ipsa octava parte ipsa mater dicto casu contenta sit, & esse debeat, adeo quod nihil amplius iure successione petere, vel habere possit de hæreditate prædicta. Matre verò non extante succedat eidem ab intestato avia sua materna in octava prædicta, & ipsi matre, & avia non extantibus similis modo succedat ei proavia ejus paterna, videlicet mater Avi sui patris; Avia verò maternâ,

videlicet mater matris, & proavia materna, videlicet avia matris dictæ defunctæ personæ, seu aliqua persona de cognatitia prole ipsius defunctæ personæ, siue patris ejusdem in dicto casu ad dictam successione nullatenus admittatur; ita tamen quod in dicta agnatitia prole non includatur, nec intelligatur includi aliqua alia femina, excepta sorore carnali, siue neptis, videlicet filia fratris carnalis, & amita fratris personæ defunctæ; quæ solæ, scilicet soror, neptis, & amita in dicta prole agnatitia, & in ejus numero comprehendatur, & comprehendi valeat in casu prædicto, si, & in quantum casu tali defunctæ personæ non superviverit aliquis ejus frater carnalis legitimus, & naturalis, siue nepos legitimus, & naturalis, natus ex fratre carnali, & nepote, vel aliquo eorum, non extantibus, & superviventibus, seu extantibus, & superviventibus dictis sorore, & neptis, & amita talis defunctæ, ad dicta ejus successione dictæ soror, neptis, & amita repellantur, & ad eam victi ejus frater, & nepos admittantur, & admitti possint. Sed & si dictæ mater, avia, & proavia paterna, vel aliqua earum, quæ in dicta octava parte ordine præmissa succederent, seu succedere possent, ut dictum est, non extarent, succedant nihilominus tali defunctæ personæ eidem proximiores de dicta sua agnatitia prole, ut superius dictum est. Verum si talis persona decesserit condito testamento, vel alia ultima voluntate, & in ipso, vel in ipsa quocumque titulo, iure, vel modo aliquod reliquerit ipsi suæ matri, avia, vel proavia, eo casu talis ejus mater, avia, vel proavia dicto relicto contenta sit, & esse debeat, nec ultra in dicta, vel de dicta hæreditate iure successione petere possit.

ANCONITANÆ

Civitatis.

PARTICULA V.

*Quod mulier dotata sit contenta dote Rubr. 55.
collation. 2.*

Statutum, & ordinatum est, quod si aliqua mulier fuerit dotata, vel dotanda, vel corredanda à Patre, matre, vel fratre carnali, vel ab avo paterno, quod si pater, seu mater, vel frater carnalis, vel avus paternus prædictus decesserit ab intestato, superstitibus filiis masculis, vel nepotibus masculis natis ex filiis masculis; illa talis mulier, nec ejus filii, vel hæredes possint aliquid petere in bonis alicujus prædictorum ab intestato defunctorum, sed sit, & esse debeat contenta dote sua, ipsa, & ejus filii, & hæredes, & omnia bona ipsorum deveniant ad dictos filios, vel nepotes ex dictis filiis masculis, in tantum, ut talis mulier non admittatur ad hereditatem supernominatorem, sed ad hæreditate omnium supernominatorum excludatur. Si verò dictis patre, matre, fratre carnali, vel avo decedentibus ab intestato, relicto dictis filiis, vel nepotibus masculis ex filiis, esset alia filia, vel neptis nondum maritata, seu dotata, dicti filii, seu nepotes masculi succedant in tota hæreditate; Teneantur tamen ipsam filiam, forem, vel neptem indotatam maritare, & dotare competenter, viribus hæreditatis, & conditione personarum attentis; Ad quod faciendum si dicti hæredes fuerint negligentes, Dominus Potestas, & ejus Judex cum consensu, & declaratione quatuor attinentium, vel affinium ipsius mulieris, bonæ conditionis, & famæ, vel quatuor bonorum virorum, si non habuerit consanguineos, vel affines, eligendorum omnium prædictorum per Dominos Antianos, & Regulatores, vel majorem partem ipsorum, teneantur, & debeant summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii ad hoc ipsos hæredes cum effectu, realiter, & personaliter compellere, & declarare quantitatem dictæ dotis. Si verò pater, vel mater, vel frater, vel avus paternus talis mulieris dotatæ decesserit cum testamento, & aliquid reliquerit tali mulieri dotatæ, vel filiis ipsius mulieris, relicto filiis masculis hæreditatis, vel nepotibus masculis natis ex filiis masculis; ista talis mulier, & ejus filii, & hæredes debeant stare contenti de eo, quod eis est relicto, quocumque titulo sit relicto, nec possint plus petere, quam quod sibi est relicto ratione debiti juris naturæ. Et similiter filiiæ feminae debeant esse contentæ dote eis relicta in testamento patris, vel matris, vel avi, nec possint plus petere in bonis eorum,

ANGUILLARIÆ

Quæ est Terra Baronalis in districtu Urbis.

PARTICULA VI.

*De modo, & ordine succedendi ab intestato
Rubr. 238.*

Item statuendum est quod, intestatus decedit qui omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum, irritumve factum est; aut in eo, quod fecerat nemo hæres institutus fuit; quibus sic præmissis, statuimus, & ordinamus, quod si quis in Castro Anguillarum intestatus, vel intestata moriatur relicto filiis, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, proneptibus, abneptibus, & deinceps, ex directa linea descendentibus, usque in infinitum eodem in gradu existentibus, qui propriè sui hæredes dicuntur, inter quos filios, & nepotes ex directa linea provocatos, si quid testator ordinaverit, vel disposiverit agendum, faciendum, & exequendum, prælegaverit, donaverit, vel quomodolibet reliquerit unius plus alii, vel alii plus uniparte, quæ dispositum fuerit, & ordinatum, & dicta ordinatio, & dispositio per duos testes idoneos, omni exceptione majores, probetur, vel ad minus per quinque feminas non suspectas; hujusmodi dispositio inter prædictos tantum valeat, & teneat, ac si solemniter testatus fuisset pro ea tamen parte: In residuo verò succedant venientes ab intestato.

Adest alia Rubrica ejusdem statuti, quæ est la 240. excludens feminas dotatas ab intestata successione dotantis; quam latè examinavit Spada *conf. 3. 8. lib. 3.* & quæ est eadem ac illa Brachiani infra la 28.

A P I R I

Terræ existentis sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA VII.

Quod mulier dotata renunciet successione, & si non renunciarit habeatur pro renunciarit Rubr. 28.

Si qua alia, soror, vel neptis alicujus nupserit, & dorem habuerit à patre, matre, fratre carnali, vel alio suo conjuncto, sancimus, & ordinamus, quod teneatur ad petitionem dotantis, si fuerit pater, vel mater, siue frater carnalis, renunciare omnibus, & singulis bonis paternis, & maternis, quæ dicto, vel facto petere postea occasione successione, vel alia quacumque causa, & super hujusmodi renunciatione promissionem facere solemnem obligatione vallatam; & si non renunciarit, nec talem promissionem fecerit, auctoritate præsentis statuti, talis renunciatio, aut promissio habeatur pro facta, ac si expressè facta existissent cum omni solemnitate de jure requisita, & ad bona prædicta non possit habere regressum contra fratres ex his descendentes, & alios quocumque; Declarantes quod nulla mulier nupta, & dotata possit venire ad successione bonorum alicujus consanguinei ex parte patris mulieris ejusdem ab intestato

*Ejusdem statuti, quod mulier dotata non possit succedere
Rubr. 8.*

Si qua mulier fuerit dotata à patre, matre, fratre, vel neptis statuimus, & ordinamus, quod non possit, nec debeat existentibus aliis, seu alio in eodem gradu petere, vel regressum habere ad bona paterna, materna fraternalia, vel nepotum; nec, vel alicui ipsorum succedere ab intestato, nisi in tantum, in quantum sibi relicto fuerit in testamento, vel in alia ultima voluntate.

Ejusdem statuti in qua parte bonorum filiarum mater succedat, & de ammissione successione dictorum bonorum, ac aliorum a marito relictorum, Rubr. 30.

Si quis decesserit in pupillari ætate, vel postea quacumque intestatus sine filiis, vel filio masculino, vel femina, præsentis statuti firmamus quod ejus, vel eorum mater ad successione bonorum ipsius, vel ipsorum venire non possit, nisi in quartam partem hereditatis dicti alii, filiiæ, filiorum, & filiarum, & plus de dictis bonis dictæ hæreditatis nullis modis, vel modo petere possit; sed talia bona, ultra dictam quartam partem, veniant ad illos, qui supervixerint ex latere pater.

rum, vel alicujus eorum ratione debiti juris naturæ; Nec possint testamentum nullum dicere pro eo, quod non fuerit eis iure institutionis relicto, nec dictum testamentum per quærelam inofficiosi testamenti expugnare alicualiter; & in omnibus, & singulis supradictis casibus intelligatur, & præsumatur dicta mulier congruè dotata, etiam si de dote non appareat, si nupta fuerit cum suo viro in matrimonio in una domo per quinque annos continuos, omnibus aliis statutis, & iuribus in contrarium loquentibus non obstantibus; Quibus per præsentem statutum intelligatur totaliter derogatum: pena centum librarum imminente Judicibus contra dictum statutum jura reddentibus, pro quolibet, & qualibet vice; & quod per eos contrafactum fuerit non valeat ipso iure; Et idem intelligatur in aliis quibuscumque personis dotantibus aliquam mulierem: Hoc addito præsentis statuti, quod nulla dos possit alicui mulieri dotatæ (per quacumque personam sit dotata) auferri per ipsum dotantem, vel ejus hæredes, donec vixerit ipsa mulier, non obstante aliqua stipulatione, vel pacto in contrarium loquente, etiam si esset de voluntate mulieris celebratum; Debeat tamen dicta dos stipulari dotanti in secundis matrimoniis, secundum conventionem instrumenti talis primæ constitutionis dictæ dotis.

*Ejusdem statuti de successione ab intestato
Rubr. 102. d. Collat. 1.*

Statutum, & ordinatum est, quod si aliqua persona major, vel minor imposterum decesserit ab intestato, etiam si non haberet facultatem testandi, sine filio, vel filiis, neptis, vel nepotibus, nato ex filio, vel filiis masculis, superviventibus patre, vel fratre, vel sororibus utrinque conjunctis, vel ex latere patris tantum, vel filiis fratrum, vel avo paterno; quod hæreditas, vel bona talis ab intestato defuncti, undecumque sibi obvenierint, deveniant, & devenire debeant, & in ipsis bonis, & hæreditate succedere debeat pater, vel avus paternus, si patrem, vel avum habuerit; Si verò non habuerit patrem, vel avum paternum, quod tali ab intestato defuncto sine filiis, vel nepotibus natis ex filiis masculis succedat frater, vel fratres utrinque conjuncti, vel ex latere patris tantum: Quibus fratribus existentibus sorores non succedant, si dotatæ fuerint à patre, avo vel fratribus, vel filiis fratrum; si verò dotatæ non fuerint à prædictis, vel aliquo prædictorum, eo casu congruè debeant dotari secundum facultatem bonorum, & amplius petere non possint in bonis talis defuncti ab intestato, salva semper matri defuncti, si supervixerit, legitima juris naturæ; Prædictis autem fratribus, vel filii fratrum non existentibus, tunc succedere possint, & succedant sorores prædictæ, exclusis omnibus aliis à dictis bonis, & hæreditate, ac successione, præter matrem, quæ in dicto casu succedat cum dictis sororibus, ut viriles inter eas faciant portiones; Quibus omnibus deficientibus succedat patruus carnalis, & eorum filii in stirpes, & non in capita, & mater unâ cum eis & in eorum defectu succedat frater, seu sorores ex latere matris tantum, & ipsi deficientibus succedant amitæ, & cum ipsis succedat mater pro dimidia, si supervixerit; Si verò contingat matrem concurrere cum dictis fratribus, seu sororibus ex latere matris tantum, vel eorum filiis tunc mater succedat pro dimidia ipsi defuncto; cæteris fratribus, seu sororibus in alia dimidia vocatis. Ut tamen prædicti filii dictorum fratrum, & eorum in stirpes vocentur, & non in capita. Non extantibus autem prædictis, vel aliquo prædictorum in præsentis statuti nominatorum, tali defuncto ab intestato succedant illi, qui vocantur ex dispositione juris communis: Et prædicta locum habeant in futuris tantum questionibus, seu causis. Hoc addito quod supradictæ sorores defuncti dotatæ, vel dotandæ, si remanserint viduæ sine filiis, quod licitum sit eis, ut possint redire ad habitandum in domo filii fratris, seu fratrum, hæredis, vel hæredum talis ab intestato defuncti: Et quod dicti fratres cogantur eas recipere, & receptare in domo prædicta, ut possint in dicta domo commodè habitare, & ipsas regere, & gubernare de bonis hæreditatis, ut fecissent si tales sorores non fuissent maritate; Dummodo viduæ fructus ipsarum dotium in dicta domo fratris, vel fratrum reponant, & cum eis consumant, & idem fiat de fructibus aliorum bonorum ipsarum viduarum, si alia bona habeant, quam dotem.

Card. de Luc. de Statut. Succes.

paterno, usque in tertium gradum inclusivè, secundum jus canonicum computandum; Et si hujusmodi consanguineus ex paterno latere non extaret, mater in omnibus dictis bonis succedat; Matre verò non extante, & consanguineus ex paterno latere non extantibus usque ad dictum gradum, consanguineus ex materno latere usque in dictum gradum inclusivè succedat. Ad dentes insuper quod si aliqua mater vidua administrando bona mariti defuncti, & filiorum, seu filiarum supervenientium, & in illis bonis vivendo in eadem familia cum hæredibus mariti, adulterium, seu fornicationem, & rem luxuriosam cum aliquo commiserit, perdat quicquid maritus in ejus ultima voluntate reliquisset, & ad successorem hæreditatis filiorum, filiarum, filii, & filiaz nullo modo, vel quæsitio colore venire possit in totum, vel in partem; sed omnia, & singula dicta bona acquirantur illis, qui marito dictæ mulieris mortuo intestato succedere debuissent.

A P P I G N A N I

Terra sub Gubernio Maceratæ.

P A R T I C U L A V I I I.

De muliere dotata, & successione ab intestato

Rub. 86. lib. 2.

STatuimus, & ordinamus, quod mulier dotata, seu cui dos relicta fuerit ab aliquo ascendente, seu à fratre carnali consanguineo, vel utrinque conjuncto, ei eam dotanti, seu dorem relinquenti ab intestato non succedat, nec alteri prædictorum, dummodo ab uno ex ipsis fuerit dotata, sed sua sit dote contenta, si ex ascendentibus, vel ascendente dotante super sit filius masculus unus, vel plures, seu nepos, vel pronepos ex filio masculino, quod si fuerit dotata à fratre carnali utrinque conjuncto, vel consanguineo ipsius dotatæ, & ex fratribus super sit, ut supra, filius masculus, seu nepos, vel pronepos ex filio masculino ipsius fratris; Similiter ab eorum, vel eorum hæreditate penitus excludatur, fratribus prædictis, vel fratre ab intestato decedente. Si verò ascendente filii non super sint, sed ipsorum ascendentium fratres carnales utrinque conjuncti, vel consanguinei; & ipsa mulier dotata, filia prædictorum ascendentium mediam partem bonorum, & hæreditatis ipsorum ascendentium capiant, & habere debeant, computata ipsorum dote, seu ipsius mulieris dote, si unica fuerit; alia verò medietas debeatur, & sit fratrum prædictorum, & sic patruorum dictæ mulieris dotatæ, salvo quod si medietas dictarum filiarum, seu filiaz non esset sufficiens pro ipsa, vel ipsis dotandis, ex eo quod essent pauperes, ita quod attempta ipsarum qualitate, & conditione non possent commodè, & cum honore nuptui tradi; tunc de parte patruorum, & eorum filiorum defalchetur tantum, quod sufficiat, ut supra, & si opus esset totam patruorum medietatem auferre, arbitrio tamen Domini Potestatis, & Priorum, dum modo non suspectorum, stetur in iudicando sufficientiam prædictam, & similiter qualitatem, & conditionem ut supra, præstito prius ipsis juramento corporali de rectè iudicando. Quod si neque fratres prædicti ascendentium super sint, sed patruorum ipsorum filii masculi, illi in dicta medietate succedant, & in eadem medietate filiorum filii, scilicet patruorum nepotes. Quod si nulli ex prædictis omnibus remanserint, neque aliqui ascendentium, sed sola, seu solæ ipsæ filiaz dotatæ, vel dotandæ; tunc ipsæ omnes pro virili succedant in singulis casibus prædictis in bonis, & hæreditate prædictorum; quod si cum ipsis filiabus, & sic mulieribus dotatis remanserit mater sua, qua vivente unà cum dicta filia, vel filiabus dotatis, filii ipsius, & sic fratres dotatæ, vel dotandæ defecerint; tunc mater unà cum filiabus dictis dotatis, vel non dotatis æqualiter succedat in bonis, & hæreditate prædictorum filiorum suorum ab intestato decedentium, etiam quod facultatem testandi non habuerint. Quod si mater sola superstititer omnibus filiis & filiabus defunctis uno, vel pluribus in pupillari ætate, vel postea quomodocumque intestatis decedentibus, nec alii ex supradictis patris, vel alii super sint, de quibus supra, ipsa in omnibus succedat, præterquam quod si supervenerit etiam amita filiorum, & filiarum ipsius matris unà cum ipsa matre, quod tunc dictæ amitæ de dictis bonis quarta pars debea-

tur, omnibus aliis reservatis pro dicta matre. Postea verò quàm dicta mater succedit, ut supra, & ipsa testata, vel intestata decesserit, tunc medietas dictorum bonorum applicetur aliis proximioribus agnatis filiorum, & filiarum ipsius matris. Alia verò medietas proximioribus ipsius matris, seu prout ipsa mater disposuerit, nec valeat ullo modo matris testamentum in ea dimidia relinquenda prædictis proximioribus filiorum, & filiarum ipsius matris, quatenus dictam medietatem alii relinquere. Et si tempore mortis mariti sui supervixerit ipsa mater unà cum filiis pluribus, & filiabus, & aliquis ex dictis filiis masculis decesserit, superstitibus aliis fratribus, ipsa matre, & sororibus; Tunc nec mater neque sorores succedere possint, & debeant in parte illius filii filii decedentis, sed tota deveniat in superstitibus, vel superstitem fratrem ab intestato quomodocumque decedente, seu eorum nepotes, & pronepos; quod si mater ipsa superstititer tempore, quo superfuit prædicti patris, seu illorum filii, & nepotes unà cum filiabus suis, quo casu hæreditas cuilibet pro dimidia attribuitur; videlicet dimidia filiaz, seu filiabus, & alia ipsis patris, & filiis, & nepotibus: tunc in nihil succedat, dote excepta. Quod si casus evenierit, quod quis decesserit relicta tantummodo avo paterno, & materno, & non aliis; tunc, & eo casu ad avum matrem omnia bona, quæ pervenerunt ad ipsum defunctum ex parte matris applicentur: alia verò bona deveniant ad avum patrem. Addimus insuper, quod si filia, seu filiaz non fuerint dotatæ, vel ei, seu eis relictae dotes, possint, & debeant dotari à fratre, vel fratribus, & eorum filiis, & nepotibus dote alias consueta, vel prout illarum qualitas & personæ, temporis conditio requirit, & attempta domus, & mariti qualitate, & bonorum quantitate; Quæ dos arbitrio Potestatis, seu ejus Vicarii, Dominorum Priorum, & duorum proximiorum consanguineorum, seu eorum omnium majoris patris stant, decerni, & constitui possit, & debeat. Volumus autem, quod si casus evenierit quod defuncto super sint tantum avia paterna, & materna, & non alii reservetur, idemque in avo paterno, & materno. Quod si casus evenierit, quod defuncto super sint pater, et mater, seu alter ipsorum, ac etiam avus paternus, et maternus, seu paterna, vel materna avia, pater, et mater, seu alter ipsorum succedant, exclusis avis prædictis in totum. Insuper ordinamus, quod femine ut supra dotatæ, vel dotandæ remanentes viduæ possint redire in domum parentum, vel fratrum, et ab eis, vel eorum hæredibus habere debeant victum, et vestitum concedentur, dummodo fructus dotium, et opera manuum suarum cadant ad utilitatem domus, ad quam redierint, et ubi aluntur.

A P U G N I

Quod est Castrum sub Gubernio Spoletici.

P A R T I C U L A I X.

Mulier dotata succedere non debeat ab intestato cap. 11. lib. 3.

Mulier aliqua de dicta Universitate, vel ejus districtu dotata à patre, matre, avo, avia, fratre nepote, vel quocumque alio, non possit, nec valeat succedere, vel regressum habere ab intestato in bonis dotantis, & fratrum suorum, nepotum, neptuum, & aliorum quorumcumque, & quomodolibet atinentium in aliquo gradu ipsius dotantibus, ob aliquam rem, vel causam sed dotibus datis, vel promissis stare debeat, & sit contenta, ita quod aliquid ultra dotes prædictas petere vel habere non possit jure legitimitæ, Trebellianicæ, & supplementi legitimitæ, vel cuiuscumque alterius, à quibus penitus exclusa, & dotes prædictas in locum legitimitæ, vel ejus supplementi dictæ mulieris debeat, & aliorum prædictorum juri succedere, & venire intelligatur, etiam si dictæ dotes ad congruam, & debitam legitimitæ quantitatem ascenderent, & superstiti ei aliquo masculino ex linea paterna, usque in tertium gradum inclusivè secundum jus Canonicum computandum. Et præsens statutum habeat locum in præsentibus, præteritis, & futuris.

A Q U I P E N D I A N Æ

Civitatibus.

P A R T I C U L A X.

Che le donne dotate non succedano, stanti i maschi Rubr. 37. lib. 2.

Femina dotata, & da dotarsi havendo fratelli carnali non succeda ab intestato in beni paterni, & materni, mà privar non si possa di alcuna rascione di lei delata per rascione di natura. e le doti sue siano tenuti i fratelli à darli, e dotarle, se dotate non fossero, e la spesa, e vestimenti prestarli, finche anderanno à marito, secondo le loro facultà, & le loro entrate, e sia nientedimeno lecito al padre, et alla madre lassare, e donare alle figliole come à loro parerà, e piacerà, e ricusando dette femine volere, debbino ricevere le doti secondo le facultà de beni della heredità, & ultra non possino adomandare, mà tutto quello haveranno in dote predette si presumino havere havuto per ogni legitima, e parte, che li toccasse de beni paterni, e materni; e stante li fratelli carnali, & loro figlioli più adomandare non possino per alcun modo, alcuna legge Canonica, & civile in contrario disponente non ostante, e questo medesimo dicemo di ogni heredità, & robba, che remanesset di alcun ziano, & altri parenti, che morissero senza testamento, che sempre li maschi del Ceppo della Casa in uno medesimo grado succedano ne detti beni, ab intestato, e non le femine dotate, & da dotarsi, come è detto di sopra.

A R C I S M A X I M O R U M

Quæ est Castrum B. in Districtu Urbis.

P A R T I C U L A X I.

Quod filia femina, non extantibus masculis, succedant in feudis cap. 90.

Item statuimus, & ordinamus, quod filia femina, non extantibus filiis masculis, succedat, & succedere possint eorum parentibus utriusque sexus, & eorum cuilibet in feudis, quæ essent in dicto Castro, & Territorio, ita tamen, quod filia femina succedentes teneantur ad omnia onera, redditus, & alia quæcumque, ad quæ ipsi masculi succedentes in feudis tenerentur.

Ejusdem Statuti; quod mulieres nuptæ non possint habere regressum ad bona Parentum cap. 91.

Item quod femina dotata dote sibi soluta, sine aliqua fictione, non possit habere regressum ad bona parentum, hoc est patris, & matris decedentium ab intestato, existentibus ex eodem patre, vel matre filii, vel filiabus legitimis, cum quibus in nulla dicta filia dotata ab intestato succedere valeat, etiam si à fratre fuerit dotata, vel maritata.

A R G E N T Æ,

Quæ est Terra sub Legatione Ferrariæ.

P A R T I C U L A X I I.

De mulieribus non succedentibus in bonis paternis.

Coadunatis sapientibus in Camera Vicarii, ut moris est, sapiens Vir Dominus Henricus Adigito de Vicentia Judex, & Vicarius Nobiles Viri Domini Nicolai de Macharuffis pro Magnificis Dominis, Dominis Rainaldi, & Obzone Dei gratia Esten, & Archon, & Marchion. Vicecomitis Terræ Argentæ; Proposuit inter ipsos sapientes de voluntate, & mandato ipsius Domini Vicecomitis quandam petitionem, & supplicationem infrascripti tenoris, videlicet; Quod justum, & æquum est; & etiam salutare, quod Rectores ad regimina deputati sollicitè, & vigili cura intendant, & intendere debeant ad ea videlicet, quæ ad utilitatem, & honorem, & statum sui regiminis, & universitatis hominum, qui per ipsum reguntur, & suo subsistunt regimini omnimodè pertinere noscuntur; Et si quid in contrarium pullulare, & de novo emergere in contrarium viderentur, eis toris viribus obviare. Unde cum quædam sinistra novitas in Terra Argentæ de novo videatur emergere, quæ nunquam temporibus retroactis per aliquos mora fuit, cujus prætextu, & occasione possent in Argenta, & ejus districtu magnum scandalum, & dissensionis materna exoriri in turbationem status ipsius Terræ, &

in dedecus ejus domini; Videlicet, quod sorores, seu mulieres nuptæ à patribus, & avis, & dotatæ ab ipsis, & etiam institutæ à dictis eorum patribus, & avis, in eorum testamentis in dictis sibi datis velint ipsos fratres, & consanguineos molestare, & inquietare ultra id, quod dictorum eorum patrum, & avorum voluntas fuit in earum dotes, & testamentum sibi reliquerunt, & dederunt. Quapropter supplicatum fuit ipsi Domino Vicecomiti pro parte Communis, & Universitatis hominum Terræ Argentæ, quatenus sibi placere velit honore sui, & evidenti causa status pacifici ipsius Terræ, quod fiat quædam provisio, & reformatio per Consilium generale, & homines de Argenta sic, & taliter quod omnis in hac parte dissensionis, & scandalali materia tollatur. Videlicet, quod quælibet mulier nupta, & non nupta contentari debeat de omni dote sibi data, & tradita tempore earum matrimonii à dictis eorum patribus, five avis, vel de eo, quod sibi relictum fuerit ab eisdem in eorum testamentis, & ultra id, quod sibi datum, vel relictum fuerit à fratribus, vel consanguineis nullatenus petere possint; Et si secus facere vellent non audiantur, & si quis ab intestato decesserit, relicta filiis, & filiabus, quod dictæ filiaz nubere debeant per fratres, & dotari, de consilio tamen duorum, vel trium de linea paterna; & quod non possint petere ultra id, quod dare voluerint occasione Falcidiaz, non obstantibus aliquibus legibus Imperatorum, vel consularum Legum, licet expressè non nominentur quæ in contrarium dicere possent, nec etiam aliquo statuto Terræ Argentæ loquente, dum tamen minus Falcida non habeant. Salvo tamen ipsis mulieribus nuptis, & nubendis omni suo jure, quod habent in bonis avorum, patrum, & aviarum, si contingerit ipsos mori absque filiis, & etiam in bonis fratrum relictorum hæredum, si contingerit ipsos mori absque filiis, vel filiabus. Et hæc locum habeant in præteritis temporibus, & futuris, præsentibus, & quæstionibus motis non decisus.

A R I M I N E N S I S C I V I T A T I S.

P A R T I C U L A X I I I.

In Catalogo Civitatum existentium sub Legatione Romanodiolæ, de quibus §. 2. n. 26 fuit præsuppositum, quod in Civitate Arimini adesset statutum feminarum exclusivum sed quia adhibitis postea diligentibus compertum fuit non extare, idè oportunitum visum est hoc in loco adnotare errorem dicti præsuppositi.

A R Q U A T Æ.

Quæ est Terra sub Præfectura Nursiæ.

P A R T I C U L A X I V.

Che le donne dotate, e da dotarsi non succedant ab intestato, Cap. 59.

Statuimus, & ordinamus, che le donne non succedano nelli beni paterni, o materni stante alcun fratello, uno, o più carnali, e filii maschi di detti fratelli, li quali volemo siano patroni, e dette donne ò che siano dotate, o non dotate, al tempo della morte d'esso padre, o madre non possino succedere, ne conseguire legitima, o supplemento di legitima, ne per altra causa, mà siano perpetuamente escluse, e si debbiano contentare d'una dote conveniente, secondo la consuetudine del paese, ordinata, o da ordinarglesi per detto padre, madre, fratello, o fratelli carnali, nella quale debbia stare tacita, e contenta, e li beni tutti rimangano alli detti figlioli, e nepoti maschi, e se accaderà morire alcun fratello senza figli maschi, o femina, e senza testamento, gli succeda l'altro, o altri fratelli, o loro figlioli in stirpes, mà se morirà detto fratello con li figlioli maschi, o femine, essi succedano nelli beni paterni, come di sopra, escluso il zio, e suoi figlioli; e se venisse il caso, che tutti morissero poi senza figlioli maschi, le femine dotate, e non dotate, insieme succedano secondo la disposizione della legge commune; e se accaderà il caso, che morirà alcuna madre, la quale habbia figlioli di diversi matrimonii, all' hora, & in tal caso volemo, che le donne predette, o che siano dotate, o non dotate, e loro figlioli maschi, o femine succedano con li fratelli, e sorelle uterine, o più, e con li loro filii maschi, o femine, secondo la disposizione della ragion commune, come di sopra.

ARRONIS,

Quod est castrum sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA XV.

De mulieribus dotatis excludendis ab hereditate Rubric. 63

Item statuimus, volumus, & ordinamus, quod mulier dotata a patre, avo, avia, fratre, aut patris, & aliis suis consanguineis, & conjunctis personis, stantibus, & superstitibus maribus, videlicet fratribus, aut descendens masculis a fratribus, aut a patris, non possit, nec debeat succedere in hereditate, & bonis omnium præfatarum personarum; Et casu, quo femina non esset dotata ab aliquo prænominatorum, debeat in tali casu dotari ab aliis superstitibus dictarum personarum, aut ab aliqua ipsarum, juxta consuetudinem suorum antiquorum, & supradictæ feminae dotata, vel dotanda debeat stare, & acquiescere dotibus eis constitutis, & plus non possint aliquo modo petere, nec consequi, etiam causa, & occasione legitima, aut supplementi illius, quam reducimus virtute præsentis statuti ad quantitatem dotis sibi constitutæ, & parafarnalium suorum, seu mobilis, ut vulgo dicitur. Et si aliqua mulier, aut filia, aut soror, aut alia conjuncta persona ab aliquo nuberet alicui, & cum eo, cui nupta esset conventionem, aut nomen dotis: Vir talis nuptæ, aut alii pro ipso viro non possit, nec debeat petere, nec habere pro dote plus, quam quinquaginta florenos de Marchia, & pro paraphrenalibus, seu mobili florenos viginti, & si plus peteret, non teneatur ei dari à quo peteretur, nisi pro legitima, nec pro ejus supplemento, quam legitimum reducimus vigore præsentis statuti ad dictam quantitatem 70. florenorum, computatis paraphrenalibus, seu mobilibus.

ASCULANÆ CIVITATIS.

PARTICULA XVI.

De filiabus dotatis non admittendis ad hereditatem patriam Rubric. 6. lib. 1.

Item statuimus, & ordinamus, quod sorores, & filiae dotatæ a patre, vel ab aliquo alio de bonis patris, vel fratris, vel si esse in testamento, vel ultima voluntate relicta aliquid pro dote, ipsæ, vel earum filii ad successionem patris, vel fratris mortui ab intestato venire non possint, nisi ad supplementum legitime, & si dotatæ non fuerint, dotentur a fratribus, vel eorum filiis, & nupti tradantur, considerata qualitate mulieris, viri, & patrimonii; & idem dicimus in nepte ex filio, vel filia ex sorore, vel fratre, quorum, vel quarum matre non fuerint dotatæ, ut dotentur secundum quod dictum est; Et si non extarent filii masculi ex patre, vel ex filiis, vel ex fratre remanentes post mortem patris, tunc filia, & sorores nuptæ cum non nuptis dotem conferendo æqualiter ad successionem admittantur.

ASSISIENSIS CIVITATIS.

PARTICULA XVII.

Quod mulier dotata, vel dotanda non possit venire ad hereditatem Rubric. 21. lib. 2.

Ad conservationem jurium cujuslibet de Civitate, vel Comitatu Assisii, & ne hæreditates, & successiones ad alios, qui non essent de homo ex linea masculina perveniant; Statuerunt, & ordinarunt, quod si qua mulier dotata, vel dotanda a patre, vel a matre fratre, vel fratribus, avo, vel avia, vel à quocumque, non possit, nec debeat ipse, nec ejus filii ex ea descendentes recurrere, vel venire ad hereditatem, vel successionem alicujus predictorum dotantium, nec aliquid petere, vel habere de bonis, & super bonis cujuslibet predictorum quocummodo, quousque ex predictis, vel aliquo predictorum fuerit, vel remanserit filius, nepos, vel pronepos, vel hæres masculus, ex legitimo matrimonio natus, descendens ex eo, vel ea, veniens in successione prædicta cum tali muliere dotata, vel dotanda, sed esse debeat sua dote contenta. Declarantes, quod etiam mulier dotata, sive dotanda non possit succedere fratri, vel fratribus decedenti, vel decedentibus donec & quousque superstitierit frater, vel fratres, nepotes, vel pronepotes ex linea masculina descendentes; Et ipsa nec aliquis ex ea proveniens, vel succedens in bonis alicujus predictorum non possit aliquid petere, vel habere ex testamentis, vel ultimis voluntatibus, donationibus,

vel concessionibus, & alienationibus in talem mulierem, pro ea, vel ex ea venientibus, & descendentibus factis, & fiendis semper salvis.

AUXIMANÆ CIVITATIS.

PARTICULA XVIII.

De mulieribus dotatis, vel non dotatis excludendis à successione, stantibus masculis Rubric. 36. lib. 3.

Statuimus, atque decernimus, quod filia, seu neptis, vel proneptis, & quævis alia dotatæ a patre, matre, avo, avia, proavo, vel proavia, vel ab aliis; stantibus liberis masculis in bonis dotantis, & alicujus prædictorum, ipsa, & descendentes ex ea ab intestato non succedant, sed sint dote contenti, & amplius de ipsius dotantis bonis petere non possint occasione legitima, vel ejus supplementi, seu successione, & dotata intelligatur etiam ea, cui licet adhuc impuberi, vel infanti fuerit per parentem in testamento, codicillis, vel alia vitima voluntate dos relicta, vel cui inter vivos fuit dos constituta, seu sibi, vel alteri pro ea data, vel promissa, seu aliter concessa. Si autem tempore mortis parentis, cui onus eam dotandi incumbat, & delatæ successione non reperiretur dotata, tunc stantibus liberis masculis in bonis ejusdem ascendens (ut supra) non succedat, sed per ipsos liberos congruè dotari debeat, juxta qualitatem personæ, & pro modo facultatum defuncti; & si in constituenda dote mulier, & liberi non concordarent, tunc eidem, attentis præmissis, dos constituatur per duos proximiores consanguineos suos, qui extant, & si non extant, affines; Unum pro parte mulieris, & alterum pro parte liberorum deputant. Si in dote constituenda erunt concordantes, & eis discordantibus tertius per magnum generale Consilium Civitatis Auximi deputetur, & prout per dictos consanguineos, seu affines concordantes, sive tertio, vel eis discordantibus per alterum eorum, cum quo tertius, ut supra, eligendus, seu electus concordaverit, & tertium prædictum dos constituta fuerit, liberi satisfacere teneantur, & mulier à residuo bonorum ejus, de cuius bonis constituta dos fuerit, penitus intelligatur, & sit exclusa, perinde ac si ab ipso ascendente dotata existisset. Et si in casibus prædictis descenderent, nec reperirentur consanguinei, seu affines dictorum liberorum, & mulieris, tunc & eo casu eligantur per dictum magnum generale Consilium dictæ Civitatis Auximi duo probi viri ejusdem Civitatis, & successive tertius, modo, & forma præmissis. Volumus autem, quod bona ipsius ascendens censentur etiam expressè obligata post ejus mortem pro dote dictæ mulieris constituenda, quas dotes dicti liberi solvere teneantur eo tempore, quo mulier nupti tradita fuerit, vel Monasterium intraverit, & non ante, interim autem donec nupterit, & etiam postea quocumque vidua remanserit, dicta durante viduitate, & ea honestè, & castè vivente, sibi alimenta concedentia debeantur in domo paterna, vel avita, secundum vires patrimonii ipsius defuncti, conferendo fructus dotis, & ibidem operas, quas prout præstando, attendita qualitate, & conditione suæ personæ. Et ad prædicta omnia, & singula peragenda, & exequenda Magnificus Dominus Potestas nostræ Civitatis, qui pro tempore fuerit, dictas partes simpliciter, de plano, & sine strepitu, & figura iudicii, ac sola facti veritate inspecta cogat, & de jure compellat. Declarantes, & volentes prædictum statutum locum habere in futuris tantummodo casibus, in præteritis, & presentibus antiqua statuta in robore suo permanere, & secundum ea decideri, & terminari decernimus, & mandamus.

BAGNACABALLI.

Quæ est Terra sub Legatione Ferrariæ.

PARTICULA XIX.

De successioneibus ab intestato Rubric. 31. lib. 3.

Ordinamus, & statuimus, quod si quis pupillus, vel pupilla, adultus, vel adulta ab intestato decesserit in Terra Bagnacaballi, vel ejus districtu, mater, avia, vel proavia pupilli, vel adulti, pupillæ, vel adultæ sic defuncti, vel defunctæ habeant, & habere debeant de bonis ipsius filii sui pupilli defuncti, vel adulti solum legitimum debitam jure naturæ, & non ultra; Agnanti verò masculi proximiores defuncti totum habeant superfluum, & quod ante dictum est in adultis, & pupillis, locum habeat si ab intestato decesserint, quod statutum in omnibus suis partibus sit præcisum, ut tol-

BELFORTIS,

Quæ est Terra sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA XXIII.

De mulieribus dotatis, vel non dotatis excludendis à successione, extantibus masculis Rubric. 47.

Item statuimus, atque decernimus, quod filia, seu neptis, vel proneptis dotata a patre, matre, avo, proavo, vel aliis eorum nomine, extantibus liberis masculis, seu nepotibus, vel aliis descendentibus ab eis, ad successionem habilibus, in bonis dotantis ipsa, & descendentes ex ea ab intestato non succedant, sed sint dote contentæ, & amplius de ipsius bonis petere non possint occasione legitima, vel ejus supplementi, dotis congruæ, vel successione, ita ut penitus censentur, & sint exclusæ ab eisdem, & dotata intelligatur etiam illa, cui adhuc impuberi, vel infanti, vel nascituræ fuerit per parentem in testamento, codicillo, vel alia vitima voluntate dos relicta, vel aliter inter vivos constituta, seu sibi, vel alteri pro ea data, promissa, vel aliter concessa. Si autem tempore mortis parentis, cui onus dotandi eandem incumbat, & sed delatæ successione, filia, neptis, vel proneptis non reperiretur dotata, tunc extantibus liberis masculis, ut supra, in bonis ejusdem ascendens non succedat quocummodo, pariter ut supra, nec aliquid possit petere casus, & rationibus supradictis, sed debeat per ipsos liberos unum, vel plures congruè dotari; attendita qualitate personæ, numero liberorum, & pro modo facultatum defuncti. Et si in constituenda dote prædicta mulier, & liberi non concordarent, tunc eidem dos, attentis præmissis, constituatur per duos proximiores consanguineos, unum pro parte mulieris, & alterum pro parte liberorum deputandos, & eis discordantibus eligatur tertius per ipsas partes; Ad quam deputationem dictis casibus sciendum Receptor, seu Juxta de facto compellat partes, & prout per dictos consanguineos, vel alterum cum tertio respective dos constituta fuerit, dos congrua censentur, & liberi eandem tradere, & solvere teneantur; & mulier à residuo bonorum, de cuius bonis constituta dos fuerit, sit, & penitus intelligatur exclusa, perinde ac si ab ipso ascendente dotata existisset. Volumus autem, quod bona ipsius ascendens, seu dotare debentis censentur etiam expressè obligata post ejus mortem pro dote dictæ mulieris constituenda, quas dotes dicti liberi teneantur solvere eo tempore, quo mulier nupti tradita fuerit, vel Monasterium intraverit, & non antea. Interim tamen, & etiam postea quocumque vidua remanserit, ipsa durante viduitate, & ea honestè, & castè vivente sibi alimenta concedentia constituentur in domo paterna, vel avita, secundum vires patrimonii & quantitatem reddituum, conferendo fructus dotis, & operas suas juxta personæ qualitatem. Femina autem non dotatæ a matre, avia materna, vel paterna, seu aliis, ut permanentibus extra casum oneris ad dotandum in bonis matris, avia, aliorum quæ supradictorum nullo modo succedant, superstitibus filiis masculis, seu nepotibus, ut supra, nec de dictis bonis aliquid petere quocumque occasione possint, sed ad utilitatem masculorum sint, & penitus censentur exclusæ; & hoc intelligatur si ab intestato decesserint, ut prædictum est, salvo semper, & reservato in omnibus, & singulis dictis casibus in præsentis statuti contentis, & quolibet eorum testamento, & ultima voluntate predictorum; filii verò masculis, seu nepotibus, vel proneptibus, vel aliis descendentibus ab eis ad successionem habilibus, ut supra non existentibus, volumus prædictas feminas dotatas, vel non dotatas admitti in successione secundum juris dispositionem, & statutum præmissum in quolibet, & singulo capite præcisum esse volumus, & in violabiliter observari mandamus in presentibus pendentes, & futuris; statutis autem, reformationibus, decretis legibus, & aliis quibuscumque in contrarium non obstantibus. Volumus etiam præfatum statutum, ut supra posse allegari, procedere, & robur habere ad executionem & efficaciam testamentorum, & eorum interpretationem pro decedentibus cum testamento in casibus præmissis.

Eiusdem statuti de decedentibus ab intestato sine filiis Rubric. 48.

Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquis, vel aliqua de Terra Belfortis, & ejus territorio, & districtu decesserit intestatus, vel intestata sine filiis legitimis, quod bona omnia, & jura sic ab intestato decedentis decesserint, & devolvantur in sic decedentis ab intestato propinquiores

ut tolli, vel mutari non possit in aliquo. Item addendo statuimus, & ordinamus, quod filia feminae non succedant cum fratribus masculis, nec cum filiis fratrum, sed tantum debeant dotari secundum qualitatem personarum, & facultatem hereditatum dote non minore legitima, & dotibus suis debeant esse contentæ, per quod non possint fratres masculos, aut filios fratrum inquietare deinceps, & hæc locum habeant in descendentibus ab intestato, alias prout fuerit per parentes quomodocumque, & qualitercumque relictum habeant, & hæc locum habeant usque ad quartum gradum inclusivè.

BALNEARIÆ,

Quæ est Terra Districtualis Urbis.

PARTICULA XX.

Quod mulier nupta a patre, vel fratre ab eis præsumatur dotata, & si contenta de dote sibi data, & non succedat.

Mulier nupta a patre, vel fratre ab eis præsumatur dotata, & mulier nupta, vel non nupta, & descendentes ab ea patri, vel matri, vel avia, fratri, vel alicui ipsorum non succedat ab intestato existente masculo ex linea masculina uno, aut pluribus, ex qua ipsa mulier descendat; Sed si non sit nupta, & dotata, maritetur, & doteur arbitrio per trium proximiorum, & consanguineorum ex parte patris si extarent, & si non extarent, ex parte matris, secundum conditionem personæ, aut facultatem; & unica dote sit contenta, ex quibuscumque bonis processerit, & si maritare se nollet, & aliam viam vellet eligere, habeat tantum, & non plus quantum haberet illa, quæ maritaretur, & si pater ei reliquerit dotem, relicto patris sit contenta, dummodo dos per patrem relicta sit congrua tempore, quo maritaretur, aliàs posse augeri secundum formam præsentis statuti infra de dotibus promittendus, & plus petere non possit in hereditate paterna, vel materna si sint fratres ex utroque parente conjuncti. Veruntamen si contigerit talem, fratrem, vel fratres, qui forem ad supradictis bonis excluderent, mori sine filiis legitimis, & naturalibus, vel descendentibus ab eis, vivente tali fore excluda, tunc & in tali casu illa pars, à qua talis fuit exclusa reveratur sine diminutione ipso jure ad talem forem exclusam, ac si à dicta parte nunquam fuisset exclusa, computata tamen in ea parte dotis per eam habitæ; & si sunt frater, aut fratres, foror, aut forores ex eodem patre, sed ex diversa matre, in paterna hereditate femina non succedat, sed fratres teneantur ei dare dotem, aut patrem contingentem. In bonis verò maternis, si non extant fratres nati ex eadem matre extant masculi teneantur talem forem dotare, aut patrem contingentem ex dictis bonis maternis configurare.

BASSANELLI,

Quod est Castrum Baronale in districtu Urbis.

PARTICULA XXI.

Che la femina dotata non succeda Rub. 12.

Statuimus, & ordinamus, che la femina dotata, o da dotarsi da padre, e madre, avo, o avia, fratre carnale, o nepote maschio non succeda nelli beni, & eredità paterna, e materna dell'avo, & avia, & esclusa una volta s'intenda perpetuo esclusa, e non temporale, & similiter à i beni fraterni esistenti l'altro fratello, o più maschi morendo uno delli fratelli, mà succeda l'altro fratello uno, e più; similiter li figlioli, e nepoti, mà sia solo contenta della dote promessa, e da prometterli per li prenominati, e più non possa domandare, e la dote come di sopra promissa, o data, e da darsi s'intenda essere in luogo della legitima, e questo habbia luogo in presente, & in futuro.

BASTIÆ,

Quæ est Terra sub Gubernio Umbriæ.

PARTICULA XXII.

Fuit à Consiliariis hujus Terræ convocatum consilium, & nemine discrepante determinatum, quod in successioneibus intestatis filii masculi admittantur, exclusis feminis.

conanguineos ex paterna, vel avi paterni linea descendentes : Cùm satis sit conveniens rationi, quod talia bona revertantur ad eum statum, unde principium habuisse noverunt ; & in omnibus, & singulis casibus statuti hujus auctoritate intestatus, seu ab intestato dicatur quis mortuus, etiam si sit pupillus, cui non est facta idonea substitutio, vel etiam quisvis alius inhabilis ad testandum de jure communi Et si contrahat matrem, seu aviam sic decedentis ab intestato supersedeat ipsa mater, seu avia in bonis filii, seu filiarum, vel aliorum descendentiũ filiorum, ut supra, ad legittimam, casu quo de jure deberetur. Ex testamento vero filii, seu filiarum, seu aliorum, ut supra, & ubi causa veretur testamenti, in aliquo non admittit, nisi quatenus de ipsius filii, seu filiarum, vel aliorum, ut supra processerit voluntate : Statuti, decretis, reformationibus, legibus, & aliis quibuscumque in contrarium facientibus minimè obstantibus. Volumus tamen, quod fœminæ à quibuscumque dotatæ, vel non dotatæ succedant in bonis fratrum, vel sororum carnalium tantum, vel plurimum ex utroque parente, vel ex latere patris tantum conjunctorum, vel conjunctarum ab intestato decedentium sine filiis legitimis : dummodò omnes, & singuli supradicti fratres decesserint sine filiis, aliis ad fratris, vel fratrum filias, & ab eis descendentes per lineam masculinam prædicta bona omnia devolvantur. Si vero dictæ fœminæ decesserint sine filiis legitimis, vel cum filiis, qui decederent in statu, vel ætate, in quo, vel qua de jure essent inhabiles ad testandum, tunc, & eo casu prædicta bona omnia, in quibus, ut præmittitur ipsæ sorores successerint, deveniant, & devolvantur in sic decedentes, vel decedentium fratrum, vel sororum propinquoress cõanguineos ex paterna, vel avi paterni linea, ut supra decedentes. Statuto sub præcedenti rubrica de mulieribus dotatis, &c. quoad hunc casum tantum ; necnon aliis quibuscumque in contrarium minimè obstantibus.

BENEVENTANÆ CIVITATIS. PARTICULA XXIV.

De matrimonio contrahendo, & dotium constitutione lib. 2.

Statuimus, & ordinamus, quod fœminæ, quæ matrimonio copulantur juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ de paragio dotentur, etiam ultra legitimam arbitrio dicti dotantis, & taliter dotatæ non succedant in bonis paternis, vel fraternis, sed sint, & esse debeant, propter agnationem, & familiam conservandam tantibus masculis, contentæ dote eis constituta, nec ulterius ab intestato aliquid petere possint, modò tamen dos non fuerit minus legitima, quo casu liceat eis petere supplementum. Ex testamento vero capere possint quicquid reliquatur, & mortalis sit contenta dote solita dari, nec possit aliud ab intestato petere.

BICTONII, Terræ sub Gubernio Umbriæ.

PARTICULA XXV.

Quod mulier, & ejus descendentes, masculis deficientibus, redeant ad successionem ascendentiũ Rubr. 48. lib. 2.

Statuimus etiam, quod mulier, ut supra dotata, exclusa à successione ascendentiũ propter ascendentiã masculinam, ipsius masculis deficientibus, & ejus filii, & nepotes quoadcumque concepti, vel nati, possint redire ad successione parentum, & aliarum personarum, ad quarum personarum successionem de jure communi vocantur, si decedentes per lineam masculinam masculi non supersint, conferendo dotes habitas, vel promissas.

Ex lectura hujus particule constat aliam adesse particulam excludentem feminas dotatas à successione propter mascululos, sed quia ista solùm fuit transmissa, ista etiam solùm fuit hic impressa.

BONAQUISTI,

Quod est castrum sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA XXVI.

Quod mulier dotata non possit succedere ab intestato Rubr. 4.

Statuimus, & ordinamus, quod mulier dotata à patre, vel matre, existente masculo, vel existentibus masculis, non possit succedere ab intestato in bonis dotantis, sed sua dote debeat fructuari, & contenta, & plus petere non possit nec cum dictis masculo, vel masculis succedere.

BONONIENSIS CIVITATIS.

PARTICULA XXVII.

De successione liberorum, patre, vel matre, vel aliis ascendentibus morientibus ab intestato lib. 4.

Statuimus, et ordinamus, quod si quis propriè, vel impropriè sumpto vocabulo, intestatus decesserit relictis filiis, vel aliis liberis masculis legitimis, et naturalibus per masculum descendentiũ, uno, vel pluribus laicis, vel clericis in sacris ordinibus non constitutis, qui non sint professi alicujus Ordinis ; et filia, vel filiarum, vel aliis fœminis per masculum descendentiũ legitimis, & naturalibus, una, vel pluribus, si filia, vel filia, seu alia fœminæ prædictæ, quæ remanserint, dotata, vel dotatæ fuerint à patre, avo, vel proavo, vel matre, fratre, vel fratribus suis, vel patruo suo, et si ille, qui dotavit non sit ille, de cuius hereditate ageretur, filia vel filiarum, et aliarum prædictarum quæ dotatæ sunt, sint contentæ de ipsa dote, seu dotibus, et in bonis paternis, vel maternis, avitis, vel proavitis paternis amplius non petant, nec petere possint si tales masculi supersint, vel alter eorum hereditatem defuncti adiverint, vel in ea se immiscuerint ipsi, vel eorum ascendentes masculi, et per masculum per se, vel legitimam personam pro eis. Nemine vero ex supradictis adeunte, vel se immiscente succedant dictæ fœminæ de jure communi. Extantibus vero solùm filiis, et aliis liberis masculis ut supra, uno, vel pluribus in sacris ordinibus constitutis, vel religiosis professis alicujus ordinis, et fœminis prædictis, tunc, et eo casu dictæ fœminæ cum dictis masculis in sacris ordinibus constitutis, vel religiosis, et professis succedant cum eo, vel eis de jure communi. Si autem supersint dicti filii, vel alii liberi masculi ut supra, quorum aliquis, seu aliqui sint laici, vel clerici in sacris ordinibus non constituti, et alii unus, vel plures sint in sacris ordinibus constituti, vel professi, ut supra, & supersint etiam dictæ fœminæ una, vel plures cum eis, tunc in eo casu dictæ fœminæ cum dictis omnibus specificatis supra succedant de jure communi. Sed tamen ipsarum feminarum unius, vel plurium portio dictis masculis laicis, vel clericis non constitutis in sacris, & qui non sint professi, ut supra auctoritate presentis statuti totaliter acquiratur, & ab eis dotari debeant, secundum formam nostrorum statutorum. Volumus tamen, quod mulieri decedenti ab intestato, quæ contraxit plura matrimonia, & ex uno ex illis extent filii masculi unus, vel plures dictæ mulieris, vel liberi alii masculi ex filio descendentes, & ex alio matrimonio extent filia fœminæ tantum una, vel plures, vel alii liberi descendentes ex filia, filiarum fœminæ, & descendentes ex filia succedant in non dotatis in quadrante tantum, si una, vel plures sint dictæ filie, vel descendentes ex filia. Et in residuo succedant dicti filii masculi, & alii liberi masculi descendentes ex filio, unus, si plures sint, non obstantibus dispositis in hoc statuto. Salvo semper in bonis dotatis ibi, quod dispositum est in statuto postro infra sub rubrica de dotibus restituendis. Et in casibus prædictis dictæ fœminæ, una, vel plures intelligantur esse dotatæ, si data sit dos ab aliquo de prædictis, si vero in ultima voluntate eidem, vel eidem relicta fuerit pro ea, seu eis dotandis ; Et ipsi mulieri uni, vel pluribus, vel ejus nomine viro dos data fuerit, & per mulierem, vel ejus nomine viro dos data fuerit. Et si plures sint fœminæ extantibus masculis supradictis, & una, vel plures dotatæ fuerint ab aliquo de prædictis, & aliæ indotatæ ; tunc ille, quæ dotatæ fuerint in bonis amplius petere non possint, & sint de ipsa dote contentæ, ut supra dictum est ; Illæ vero, quæ dotatæ non fuerint, dotari debeant, si ve maritentur, si ve religionem intraverint, vel monasterium, vel religionem ingredi velint, in ea quantitate, in qua fuerint reliquæ sorores dotatæ pro qualibet, nisi bona patrimonialia essent diminuta, quod legitimis probationibus constare debeat Domino Pœfati Bononiæ, vel ejus Vicario, vel alteri Judici, coram quo causa pendet, dummodò dos constituenda virilem patrimonii portionem non excedat, sed filio virilis remaneat. Et si plures filii sint, similiter cuilibet filio debeat virilis remanere ; & si diminuta essent vires patrimonii, habeatur ratio diminutionis in dote constituenda à die ultimæ dotis datæ. Si vero aliqua prædictarum filiarum non fuerit dotata ab aliquo de prædictis, constitutur, deur ei, vel eis dos in bonis patris, matris, avi, vel proavi, de cuius hereditate ageretur, vel possessis per eos, vel eorum alterum

tempore mortis eorum, vel alterius eorum, de cuius hereditate ageretur, arbitrio quatuor honorum virorum conjunctorum ex parte patris, qui sint saltem ætatis viginti annorum &c. & infra. Item, quod dictum est de filiabus, & masculis remanentibus ut supra, patre, vel matre decedentibus ab intestato, obtineat per omnia in nepte ex filio, & aliis fœminis descendentiũ per masculum extantibus dictis masculis, dum tamen dotes constituendæ non excedat portionem, quæ à patre deberetur, si ipse viveret. Neptes autem, vel nepotes ex filia, & cæteri alii masculi, & fœminæ descendentes per fœminam, remanentibus filiis, & aliis liberis masculis, descendentiũ per masculum ex defuncto, vel defuncta ab intestato, à successione paterna, materna, avita, vel proavita per dictos masculos penitus excludantur. Filiabus autem, vel aliis fœminis per masculum descendentiũ extantibus, & nullis extantibus filiis, vel aliis masculis per masculum descendentiũ, inter eos succedant, & successio procedat de jure communi. Declarantes insuper, quod ubicumque in aliquo casum prædictorum, mulier à successione ab intestato, vel testamento repellitur, si inter masculos ad invicem, vel cum aliis quæstio oriarur super debita jure naturæ quota, seu quantâ intelligatur propter numerum liberorum, tales fœminæ quoad ipsam legitimam in numero liberorum non contineantur, seu computentur. Item dicimus, quod si quis promittens, vel solvens dorem esse debitor mulieris, pro qua promiserit, folverit, intelligatur promississe, vel solvisse de eo, in quo esset debitor ipsius mulieris usque ad concurrentem quantitatem. Et hoc non vindicet sibi locum in ascendentiũ masculis, vel fratres, seu filio fratris talis mulieris, qui intelligatur de suo dotasse, nisi contrarium appareat.

Ejusdem Statuti de successione ab intestato Ascendentium, & Collateralium.

Statuimus, quod si quis, vel si qua intestatus, vel intestata in quacumque ætate, si ve testabilis fuerit, si ve non decesserit, quod in succedendo serventur sibi jura communia, salvo superiori statuto, & salvo quam in casibus infra scriptis, videlicet, quod ascendentes masculi, & per masculum præferantur in succedendo omnibus aliis ascendentiũ personæ defunctæ fœminis, & etiam masculis per fœminam, excepta matre, vel avia paterna, vel deinceps similiter paterna, vidua ex eo matrimonio, ex quo talem filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps, de cuius successione ageretur, habuerit, quæ vidua, ut supra, extantibus ascendentiũ prædictis masculis, & per masculum, vel altero eorum habeat solum usufructum ejus, quod sibi à jure communi deferretur, donec vixerit, vel ad alia vota transiverit, vel usufructus aliter fuerit extinctus, ita quod satisfacta teneatur infra mensem à die, quo, vel qua fuerit requisita per publicum instrumentum, cuius copia dimitti, & dari debeat dictæ mulieris, vel ad domum ejus solitæ habitacionis ; salvo tamen jure cuiuscumque personæ, cui quæstus esset usufructus prædictus jure patriæ potestatis, vel alia quacumque de causa. Item præferantur prædicti ascendentes masculi, & per masculum descendentiũ defunctæ personæ per fœminam, salvo quod omne id, quod alias de jure ipsius descendentiũ per fœminam obvenire deberet, reservare teneatur dictis per fœminam post eorum ascendentiũ mortem si decesserint sine liberis masculis, & per masculum, vel cum liberis masculis, & repudiantibus, seu absentibus, vel minimè aduentibus, seu immiscentibus. Nec non fratres mares personæ defunctæ ex utroque parente, vel ex patre tantum conjuncti, & filii masculi talium fratrum, vel alter ex eis præferantur dictis descendentiũ defunctæ personæ in fœminam in totum, & similiter descendentiũ prædictis per fœminam præferantur patrum defunctæ personæ, & etiam filii masculi eorum, vel alter ex dictis patris, vel filii eorum, vel alterius eorum nisi in legitima eis debita jure naturæ, dote tamen sua, vel materna, si ve avia, vel deinceps in ea non computata, ipsi quidem fratres, eorumque filii masculi, patris, eorumque filii masculi, seu ex eis aliter, præferantur prædictis ascendentiũ defunctæ personæ fœminis, & etiam masculis per fœminam, nisi matri, vel avia paterna, matre non extante, seu extante, & repudiante, vel non adeunte, vel proavis patris, matris, et avia paterna non extantibus repudiantibus, vel non aduentibus, viduis ex eo matrimonio immediatè,

ex quo talem filium, nepotem, vel neptem, pronepotem, vel proneptem, de cuius successione ageretur habuerit, quæ tunc habeat usufructum solum virilis partis, si cum dictis fratribus concurrat ; & si cum filiis eorum concurrat, ipsi filii fratrum in stirpem, & si cum patris, vel eorum filii masculis, tunc usufructum habeat totius hereditatis donec vixerit, vel ad alia vota transiverit, vel usufructus aliter fuerit extinctus, ita quod satisfacta teneatur, prout, & sicut supra ; Ac etiam subire pro rata parte, seu toto quod habuerit, ut supra, omnia onera, & gravamina Communis Bononiæ ipsi hereditati, vel bonis imposita, vel imponenda, quatenus patiarur usufructus, & non ultra, donec ipse usufructus duraverit. Ascendentesque præfati masculi, & per masculum etiam præferantur fororibus defunctæ personæ, earumque descendentiũ etiam masculis, & filiabus fratrum defunctæ personæ, & descendentiũ etiam masculis ex ipsi filiaribus, exceptis bonis, quæ ad personam defunctam pervenerit, vel ex dote, vel titulo lucrativo à matre, vel conjuncto per matrem defunctæ personæ, in quibus inter eos jus commune servetur. Dicti verò fratres mares ex utroque parente, vel ex patre tantum conjuncti, filiique masculi eorum, seu alter ex eis præferantur fororibus defunctæ personæ, etiam utrinque conjunctis, eorumque liberis etiam masculis, ac filiabus fratrum masculorum, & earum liberis etiam masculis, & etiam fratribus, & fororibus uterinis tantum, & eorum, & earum liberis etiam masculis, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam pervenerit ex dote titulo lucrativo, ut supra, à matre, vel conjuncta persona per matrem dictarum fororum, vel uterinorum, in quibus talibus bonis jus commune servetur. Agnati namque masculi transversales, seu alter ex illis usque ad quartum nostrorum statutorum secundum jus civile) præferantur omnibus fœminis transversalibus agnatis, etiam infra dictum gradum existentibus, præterquam fororibus personæ defunctæ utrinque conjunctis, vel ex patre tantum, vel filiaibus fratrum masculorum personæ defunctæ similiter conjunctorum, salvo dispositis in hoc statuto, & salvo, si ipsæ, vel aliqua earum concurrentem cum patre, seu patris defunctæ personæ, quo casu cum eo, seu eis pariter admittantur, nisi in bonis perventis, ut supra, ad defunctam personam à matre, vel à conjuncta persona per matrem dictarum fororum, vel filiarum, in quibus jus commune servetur. Et etiam prædicti agnati præferantur omnibus transversalibus cognatis etiam masculis, & etiam in jus agnationis translatis, ut puta natis ex forore, vel amita defuncti, & aliis à jure declaratis, & expressis, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam pervenerint ex dote, vel titulo lucrativo, ut dictum est, à matre, vel à conjuncta persona per matrem defunctæ personæ, in quibus jus commune servetur, nisi filii masculi, vel fœminæ, vel alii liberi fororum utrinque conjunctarum concurrerent cum fratribus maribus defunctæ personæ utrinque conjunctis, seu eorum liberis masculis, vel altero eorum, quo casu ipsi fratres, vel liberi etiam in dictis bonis præferantur. Volentes, quod naturalibus tantum, & etiam spuris succedatur, & succedi possit ab intestato per quoscumque, perinde ac si forent legitimi, & naturalis, secundum tamen supra scriptam, et infra scriptam dispositionem, in quantum ad aptari potest. Et quoad ipsam successione in facendam legitimi, et naturales censentur, nisi extent ex ipsi naturalibus tantum, vel spuris, ut supra, liberi etiam naturales tantum, ut supra, qui tunc admittantur, et omnibus præferantur, præterquam liberis legitimis, et naturalibus, quo casu inter eos jus commune, et nostra statuta serventur. Declarantes, quod leges de secundis nuptiis loquentes, per tractantes in supradictis, et infra scriptis omnibus vendicent sibi locum, nisi in supradictis, et infra scriptis casibus aliud specialiter sit provisum. Insuper statuimus, quod quilibet homicida, seu ille, cuius dolo malo aliqua persona decesserit, non succedat, nec succedere possit ex testamento, vel ab intestato ipsi defunctæ personæ, nec alicui ejus ascendenti, vel descendenti, nisi ex testamento postea confecto, nec aliquid de bonis talium capere possit ex testamento eorum, nisi postea confecto, ut supra, vel ab intestato propriè, vel impropriè sumpto vocabulo. Item uxor, filii, vel nepotes talis homicidæ, seu ejus dolo malo aliquis decesserit, eodem modo prædictis non succedant, nec capere possint de bonis prædictorum, ut supra, donec vixerit ille talis homicidæ, seu ejus dolo malo decesserit. Et infra. Volentes insuper, et declarantes, quod omnia contenta in præfatis

statuto, & disposita in casibus suprascriptis, si separati, seu disjunctim contingat, locum habeant in dictis casibus, etiam si simul, vel conjunctim contingat quicumque sint casus infimus, vel conjunctim contingentes, quatenus possint adaptari, &c.

BRACCHIANI,
Quæ est Oppidum Baronale intra districtum Urbis.
PARTICULA XXVIII.

De non succedendo per filiam maritam, vel maritam. Cap. 242. fol. 34.

Quod filia maritata, vel maritanda a patre, avo, matre, avia, aliisque superioribus, vel collateralibus fratre, patre, avunculo, nepotibus, aliisque consanguineis, affinis, conjunctis, vel extraneis personis, dote sua contenta esse debeat, nec de bonis paternis, maternis, avi, avie, aliorumque superiorum, vel collateralium fratris, patris, nepotum, aliorumque consanguineorum successione, five ab intestato, ultra dictam dotem habere possit, nec jure legitime, ac præcavere ne in alienam transeat familiam; Quare præfenti statuto jubemus, & ordinamus, quod unaquæque mulier de Terra Caldorolæ, vel ejus districtu, cujuscumque etatis, etiam non nobilis existat, fuerit in præteritum, aut sit in futurum dotata a patre, avo paterno, aut ab avo, vel zio carnali, aut à cæteris ascendentibus ex linea paterna, vel à matre, avo materno, aut zio carnali, aut à cæteris ascendentibus ex linea materna, vel à fratre germano, seu fratribus, aut filiis fratrum; talis mulier sic dotata, vel descendentes ex ea non possit, vel possit habere recursum, nec venire ad successione, & bona suprascriptorum dotantium, vel non dotantium, vel descendentiæ ab eisdem per lineam masculinam, filiis, vel nepotibus masculis hæredibus remanentibus, vel quousque supervixerint aliquis filius, vel nepos ex prædictis, qui non impediatur hæres esse, vel successor, juris communis dispositione, vel statuti, aut Judicis sententia, vel testatoris voluntate, vel pacto, vel voluntate ipsius, seu quovis alio modo succedere impediat, & ab uno ex his, seu pluribus sufficiat esse dotata, ut ab omnium prædictorum successione cum descendentibus excludatur, etiam si in ipsius dote non contribuerint.

BRISIGHELLÆ,
Terræ sub Legatione Romandiolæ.
PARTICULA XIX.

De successione ab intestato tam ascendentiæ, quam descendentiæ Rubr. 24. lib. 2.

Statuimus, & ordinamus, quod mortuo patre, vel ascendente ab intestato, qui habet filium, vel filios masculos, aut nepotes, vel deinceps ex filio, vel descendentiæ tenentibus primum locum, & cum eis filiam, vel filias, aut neptem, nepes, vel deinceps etiam tenentes primum gradum, tota hæreditas talis morientis in totum, & universaliter pertineat ad masculum, vel masculos, dictis ipsis fœminis ab hæreditate exclusis. Tales tamen hæredes masculi ipsam filiam, vel filias, neptem, aut nepes, & deinceps dotare per dictum D. Vice Comitum compellant sine strepitu, & figura judicii, & talis dos constituatur, & constitui debeat secundum qualitatē patrimonii decedentis, vocatis duobus proximioribus agnatis, vel saltem cognatis, aut vicinis in defectu agnatorum, & cognatorum per dictum D. V. Comitem ad talem dotis constitutionem, dum tamen ipsa dos non possit esse minor legitime, seu debito jure naturæ ipsi mulieri competenti in bonis talis defuncti, & talis dotis constitutionem possit semel quælibet talis filia, aut neptis filie, vel etiam deinceps nepes in dictis bonis, & taliter petere, five velit nubere, aut de perse stare, aut Religionem, vel Monasterium intrare.

BRITNORIENSIS CIVITATIS.
PARTICULA XXX.

De prompta ex Breve san. mem. Gregorii XIII. datum 16. Februarii 1579.

Necnon ad effectum, ut agnatio familiarum vestrarum per masculos conservetur, volumus, quod extantibus masculis in pari gradu cum fœminis, fœminæ succedere non possint in bonis ascendentiæ, transversalium, & descendentiæ qualitercumque acquisitis, dummodo congruè sint dotatæ, & si dotatæ non fuerint ex bonis, in quibus succedere deberent ab intestato, secundum qualitatem, & conditionem familiæ congruè dotentur, prout alias per piæ memoriæ Julium II. Prædecessorem nostrum statutum fuit.

Alla Particula Brevis Julii II. sub datum 14. Junii 1504. de quo fit mentio in Breve Gregorii XIII.

Volentes insuper providere vestris familiis, aut domibus, in quibus masculi sint superstitites, ne ex mulie-

rum successione depauperentur; Præsentium tenore decernimus, & statuimus, quod fœminæ in bonis ascendentiæ, & transversalium qualitercumque acquisitis succedere non possint, dummodo congruè sint dotatæ ex dictis bonis, in quibus ab intestato succederent.

CARDAROLÆ,
Quod est Terra sub Governio Maceratæ.
PARTICULA XXI.

Quod mulieribus dotatis, ab intestato exclusis, masculis existentibus Rubr. 47.

Proculdubio sine divitiis familia, sine decore, & ornamento est, tanquam alga vilescit, & uti flos sine pluvia languet, paupertatisque fluctibus agitata, & ventorum impetu concussa collabitur; At divitiis munita, uti turris inexpugnabilis ab omnibus circumspectur; Maxime igitur utile (hæque præferti temporibus) decorum apprehendit, & admodum necessarium est fortunæ bonis stabilire, ac præcavere ne in alienam transeat familiam; Quare præfenti statuto jubemus, & ordinamus, quod unaquæque mulier de Terra Caldorolæ, vel ejus districtu, cujuscumque etatis, etiam non nobilis existat, fuerit in præteritum, aut sit in futurum dotata a patre, avo paterno, aut ab avo, vel zio carnali, aut à cæteris ascendentibus ex linea paterna, vel à matre, avo materno, aut zio carnali, aut à cæteris ascendentibus ex linea materna, vel à fratre germano, seu fratribus, aut filiis fratrum; talis mulier sic dotata, vel descendentes ex ea non possit, vel possit habere recursum, nec venire ad successione, & bona suprascriptorum dotantium, vel non dotantium, vel descendentiæ ab eisdem per lineam masculinam, filiis, vel nepotibus masculis hæredibus remanentibus, vel quousque supervixerint aliquis filius, vel nepos ex prædictis, qui non impediatur hæres esse, vel successor, juris communis dispositione, vel statuti, aut Judicis sententia, vel testatoris voluntate, vel pacto, vel voluntate ipsius, seu quovis alio modo succedere impediat, & ab uno ex his, seu pluribus sufficiat esse dotata, ut ab omnium prædictorum successione cum descendentibus excludatur, etiam si in ipsius dote non contribuerint.

Defunctis autem suprascriptis, vel aliquo ex eis ultimo superstitite sine filiis, vel nepotibus masculis legitimis, & naturalibus; tunc, & eo casu mulier ipsa etiam dotata admittatur ad successione, & bona sic decedentium, vel decedentis pro portione sibi à jure debita, ac si dotata non esset, collata dote in casu, quo veniret conferenda.

Et mulier dotata intelligatur, cui per suprascriptos dos soluta erit realiter, vel promissa, aut consecrata, dummodo per eos, vel descendentes ex eis postea integrè persolvatur sine aliqua lite, & controversia.

Declarantes etiam, quod si in præteritum, vel in futurum contingat mulierem aliquam dotatam fuisse, vel esse de fratre, seu fratribus germanis, five de bonis paternis, vel aliorum ascendentiæ, vel transversalium, vel quocumque alio modo, & aliquis ex dictis fratribus moriatur sine filiis masculis, vel nepotibus, cæteri fratres, & filii masculi ipsorum fratrum succedant in stirpem, & prædictæ mulieres dotatæ, & descendentes ex eis excludantur à successione prædictorum, prælati fratribus, & eorumdem filiis masculis, ut supra.

Et omnia præmissa in omnibus, & singulis casibus præmissis intelligantur, & locum vindicent in successione, & bonis decedentiæ ab intestato, five intestati decesserint in potentia facti, five jurati, ita minores 14. annis, & alii hujusmodi.

Si verò prædicti cum testamento decesserint, omnia in testamento disposita serventur plenissimè, nec tale testamentum, ut supra conditum, possit dici nullum, rumpi, infringi, vel querelari, aut aliquo modo impugnari per suprascriptas mulieres, vel descendentes ex eis.

Addentes quoque, quod si aliquis ex prædictis decesserit intestatus, & sine ascendentiibus, vel descendentiibus, superstitibus sorore carnali etiam utrinque conjuncta, & nepote masculo, ex fratre germano utrinque conjuncto, & fratre patruele, & dicta soror utrinque conjuncta fuerit, ut jam dictum est, dotata ab aliquo ex præmissis ascendentiibus, vel fratre germano; bona sic ab intestato decedentis devolvantur pleno jure in dictum nepotem, dictis sorore, & fratre patruele prorsus exclusis.

Sed

Sed si post mortem talis decedentis superesset soror carnis utrinque conjuncta, & frater patruele præmissi ab intestato decedentis, sine ascendentiibus, vel descendentiibus, bona æqualiter devolvantur ad prædictos sororem, & fratrem pro domus conservatione, & cippi.

Et quoniam aliquando evenit suprascriptas dotatas mulieres matrimonio dissoluto, vel etiam constante, aliquo casu, viros inopes fieri, sit ut vivere non possint, nec seipsas sustentare, ne paupertate oppressæ in muliebris fragilitatis scopulos incidentes corruant, quadam pietate, ne benignitate utentes, statuimus, quod in præmissis casibus, vel aliquo ipforum, si mulier sit non levi paupertate oppressa, & gravi in necessitate constituta, sic ut vivere nequeat, possit tunc petere victum, & vestitum in hæreditate sic decedentis, secundum vires patrimonii, & personæ ipsius conditionem, dummodo cum successibus suis conferat dotes, aut ut easdem repetendi cedat ipsis.

Verumtamen si mulier non fuerit dotata ab avo, patre, vel alio ex prænominatis in vita, nec in morte ab intestato decedentibus, & fratres ipsius mulieris, vel descendentes ex eis masculos reliquerit decedens; dicto casu superstitibus masculis teneantur, & debeant dotare ipsam mulierem unam, vel pluries, & congruam assignare dotem, juxta vires patrimonii, numerum filiorum, domus conditionem, & communem Terræ Caldorolæ consuetudinem, & dotem ipsam effectualiter tradere ipsi mulieri, aut ejus marito, vel socio, vel cui mulier voluerit, vel jura disponerent ad mulieris utilitatem servandam, quia dote soluta, vel formiter promissa, & cauta, dicta mulier à prædictorum successione penitus exclusa intelligatur.

Addentes, quod dos data, seu danda ipsi mulieri, an sit competens, & congrua, consideratis jam dictis conditionibus, sicut declarationi duorum proximiorum consanguineorum mulieris, cum auctoritate D. Potestatis, vel Vicarii, five Officialis Caldorolæ, dummodo per prædictos legitima, jure naturæ debita, non fraudetur prædicta mulier, talisque consanguinei ad prædicta cogantur per D. Potestatem, vel alium ius dicentem ad petentis petitionem; Et si duo concordēs non fuerint in dotis declaratione, & constitutione, tertius ad id per Judicem eligatur.

Quæ dotis assignatio, vel promissio fieri debeat infra sex menses computandos à die mortis, avi, patris, vel aliorum suprascriptorum.

Si quæ mulier dotanda non fuerit nobilis ætatis, id est major duodecim annorum, sed erit minor, & non apta ad matrimonium contrahendum, vel sponsalia tunc frater, seu alter, qui virtute præsentis statuti dotare tenetur, coram Judice, & ad bancum juris compareat, & sub Notarii rogitu constituat infra dictum tempus sex mensem congruam dotem modo suprascripto ipsi mulieri, offeratque tempore legitime solvere, quantitate exprimitendo pecuniarum, vel bonorum, quæ assignare intendit, & tunc pro dotata habeatur mulier, quoad ipsius exclusionem à successione.

Quæ omnia si facta non fuerint infra dictos sex menses currentes dicta mulier admittatur ad successione cum cæteris hæredibus, vel sola, juxta juris communis dispositionem, si alii non superint omnium præmissorum.

Decernimus adhuc, quod si quæ persona extranea, exceptis patre, avo, matre, avia, zio carnali, vel zia, aut fratre germano, vel sobriño dederit in futurum, vel promiserit dotem pro muliere de bonis ipsius dotantis, five in pecunia, five in alia re, & hoc constet sic esse, & saluto matrimonio morte mulieris sine liberis tempore traditionis, vel promissionis stipulatus fuit sibi dotem ipsam restitui, casu eveniente sibi, vel suis heredibus restituar, quarta retenta à viro ex forma præsentium statutorum, vel alteri, cui dotans restitui stipulatus fuerit, sed si sibi, vel alteri restitui non fuerit stipulatus, tunc ad mulieris hæredes transmittatur.

At si de bonis mulieris dicta dos data, vel promissa fuerit, etiam si dotans sibi reddi stipulatus fuerit, actio non sibi, sed mulieri: ejusque hæredibus, & successoribus quaeratur ad repetendam, soluto matrimonio, vel alio casu de jure permissio, semperque dotans simpliciter mulierem, five sit extraneus, five sanguine conjunctus intelligatur de bonis propriis mulieris dotatis, si habeat hæreditaria, vel adventicia, aut alio modo quæsitæ, & dotans tanquam procurator id fecisse præsumatur; & si majorem quantitatem promiserit,

quam sint bona mulieris, tunc promittens de propriis bonis supplere teneatur.

Et cum sæpius fratres detrectent proprias sorores matrimonio, debito tempore collocare, ut inrerim promissa, seu constituta dote, ut supra fruatur. Statuimus, quod fratres, qui post vigesimum annum sorores nuptui non tradiderint, si matrimonio sint aptæ, & non impeditæ aliquo morbo, vel naturæ impedimento, post dictum tempus ultra alimenta ipsis sororibus præstanda pro interutorio promissæ dotis, vel constitutæ, teneantur solvere ad rationem quatuor pro quolibet centenario dotis constitutæ, aut promissæ.

Addentes propterea, quod si avus, vel pater, aut frater dotando neptem, filiam, & sororem respectivè certam promiserit quantitatem, computatis bonis maternis, vel adventitiis, aut aliunde quæstis ipsis neptis, filie, vel sororis, si avus, vel pater habiles sint ad promissam dotem præstandam, vel si à fratre fuerit facta promissio, & quantitas de paternis bonis sibi debeat, tunc, & eo casu dos promissa à patre, vel avo, de propriis bonis ipsorum proficietur, & ultra materna bona, vel aliunde quæsitæ congruent similiter, & frater paterna, vel avita, & ultra aliunde quæsitæ.

Insuper si paterna bona non sufficiant, materna, vel avita ad congruam dotem forori constituendam, fratres tunc de propriis bonis addere ad competentem dotem compellantur, si habiles sint ad dotem præstandam, quæ habilitas Judicis arbitrio, qui pro tempore fuerit, reponatur.

In omnibus vero casibus præmissis mulier dotata exclusa intelligatur à successione prædictarum personarum, non autem à legitima non dotantium ipsi debita, quam integram consequi mandamus, & ea non fraudari præfenti- que statutum locum vindicet in præteritis, præsentibus, & futuris.

Ejusdem statuti; Quod bona decedentis ab intestato devolvantur ad proximiores consanguineos Rubr. 48.

Jura sanguinis suadent, & omnes leges dicunt, ut decedentium ab intestato bona ad proximiores agnatos devolvantur, ne familiaris dignitas inopia pereat, statui- mus igitur, & præfenti statuto firmamus, quod si aliquis, vel aliqua de Terra Caldorolæ, ejusque districtu decesserit intestatus, seu intestata, nulloque condito testamento sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, vel descendenti- bus ex eis, bona omnia cujuscumque generis, & jura sic ab intestato decedentis devolvantur, & deveniant in proximiores consanguineos descendentes ex paterna, vel avi paterni linea, videlicet bona paterna, vel avita ad proximio- rem consanguineum sic ab intestato decedentis usque in tertium gradum inclusivè, secundum gradus, & lineæ pre- rogativam.

Bona verò materna in proximiores consanguineos ex linea materna, vel avi materni linea descendentes usque in tertium gradum, ut supra, cum rationi consonum sit, quod talia bona ad statum revertantur, ut principium habuisse noscantur.

Declarantes præfens statutum locum non vindicare in decedente ab intestato patrem habente; eo enim casu patrem succedere volumus, cæteri proximioribus ex linea transversali.


Si autem sic ab intestato decedens matrem relinquat tantum mortuo patre, tunc mater superstes habeat legitimam portionem sibi jure naturæ debitam; cætera verò bona devolvantur ad proximiores de cippo, modo prædicto.

Declarantes etiam, quod consanguineorum appella- tione non veniant decedentes masculi, vel fœminæ ex filiabus dotatis, ut in præcedenti statuto cautum est, sed intelligantur solummodo descendentes consanguine ex masculis.

Filia fœminæ legitimæ, & naturales sic ab intestato decedentis per præfens statutum exclusæ intelligantur, quoties congruo tempore, & modo fuerint dotatæ, ut in præcedenti statuto, alias succedant, juxta juris communi- dispositionem.

Si concurrant in hæreditate sic ab intestato decedentis avus paternus, & maternus; in bonis paternis præferatur paternus, in maternis maternus; si concurrant avus pater- nus, avia paterna, ac materna, his omnibus paternus præferatur.

Adjicientes, quod intestatus intelligatur præfenti statu- to, qui testamentum condere noluit, vel non potuit facti, vel juris impedimento, aut ratione ætatis, uti pupillus, & vel



infans, vel rationis imperfectione, uti furiosus, & mentecaptus.

CALLIENSIS CIVITATIS.

PARTICULA XXXII.

De successione ab intestato, quod stantibus masculis, &c. Rubr. 64. lib. 2.

Decretum Federici Urbini Ducis.

Nos Federicus, &c. statuimus, & presentis lege, & decreto decernimus, & firmamus ad confirmationem familiarum, & agnationum cipporum domus, quantum dignitas, & honor per masculos conservetur intendentes, quod communiter per Italiam in aliis Civitatibus, & locis nostræ jurisdictionis, & districtui nostro subjectis conservantes pro communi, ac publico utili, ac honesto, moti, & inclinati consensu, & voluntate populi nostræ Civitatis Callii, prout in Consilio Civitatis prædictæ aliis fuit obtentum, quod de cætero filia femina, & descendentes ex eis per lineam femininam, ad successionem patris, matris, ac collateralium masculorum, & eorum filiorum, necnon aliorum descendendum tam per lineam paternam, quam maternam ab intestato defunctorum non admittantur, existentibus filiis masculis, vel nepotibus per lineam masculinam descendentes ex eisdem, & aliis collateralibus masculis, & eorum filiis, quibus ipsi solum succedant, dummodo ipsa filia dotata fuerint, aut dotentur à quocumque prædictorum de bonis, rebus, & pecuniis cuiuscumque ipsorum, usque ad quantitatem legitimæ dictis filiabus debita jure naturæ in bonis patris, aut aliorum ascendendum per lineam masculinam, ut supra, & ultra quantitatem legitimæ.

Sin verò dotata fuerint in minori quantitate ipsius legitimæ à quocumque prænominatorum, tunc solum excludantur, & sint exclusæ dictæ filia dotata à successione, & hæreditate ipsius dotantis, & non aliorum existentibus filiis masculis, ut supra, & si prædicta locum habeant in præteritis, presentibus, & futuris, sive reservatione, sive præsumptione non decisus.

Ejusdem Statuti Rubr. 65. lib. 2.

Decretum Guidobaldi Primi Urbini Ducis.

Convenit, quantum fieri potest, familiarum dignitatum bona conservari, & perpetuari, ut mulierum translatione in alienas familias, quibus nulla conservatur dignitas paternæ domus, sive stirpes, ad extraneos non transeat familiarum facultates, quibus deficientibus eadem obscurantur familiaræ. Igitur non sine ratione ad hanc devenitur constitutionem in perpetuum valituram, faluberimo remedio occurrendo, prout decet, omnium suffragio.

Hoc igitur perpetuo Edicto firmatur, quod filia femina, & descendentes ab eis non succedant ab intestato ad bona, seu in bonis paternis, vel maternis, donec, & quocumque filii masculi, sive nepotes descendentes ab eis per lineam masculinam in infinitum supervixerint unus, vel plures, dum tamen sint dotatæ, sive dotentur; Quibus quidem filiis, nepotibus, & cæteris, de quibus supra existentibus, hoc est, donec supervixerint, & quoad supervixerint dictæ mulieres dotatæ, sive dotandæ, intelligantur exclusæ ab intestato, etiam à jure rumpendi, & agendi ad supplementum legitimæ in bonis, sive hæreditate dotantis; Quod quidem intelligatur non modo transeuntibus in matrimonium carnale, verum etiam ad matrimonium spirituale, seu aliter quovis modo in sæculo, vel Religione intrantibus, quibus dotem congruam præstandi decernitur, prout supra, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus, & prædicta locum habeant in præteritis, quibus nullum jus quæsitum per sententiam, & in presentibus, & futuris.

Decretum Guidobaldi Secundi Urbini Ducis

Rubr. 66. lib. 2.

Volentes, sicut est cura, & sollicitudo nostra, commodis, & opportunitatibus subditorum nostrorum providere, ac in familiis masculinas opes, & divitias, per quas hominum dignitates manentur, & conservantur, recolentes, & animo revolentes Illustrissimum, & Excellentissimum Ducem fel. mem. Federici

Proavi nostri, Guidobaldi Avi nostri adoptivi in Statu Urbini, nec non Joannis de Ruvere Urbini Præfæcti, Soræ, Arcisq; Ducis Avi nostri paterni in Statu Senogallia, & Vicariatu, Constitutiones, & Decreta ad exclusionem femininarum in favore masculorum edita, quæ tamen, quia partim in defectu non abierunt, & hæcenus neglecta non fuerunt observata, & partim quia supplementariam additionem requirere videbantur, eisdem constitutionibus, & decretis inhærentes illas, & illa nedum confirmare, sed quantum ad communem populorum nostrorum utilitatem nobis pro universali concessione agnationum, visum fuerit expedire easdem Constitutiones, & Decreta in hac parte loquentia omnium, & singularum locorum jurisdictioni nostræ status subditorum corroborate, ampliare, & extendere intendentes.

Nos Guidobaldus Secundus Feltrius de Ruvere Urbini Dux IV. Hac nostra presentis lege inviolabiliter observanda & perpetuo duratura decernimus, & sancimus, quod scemine quorumcumque locorum totius nostri status, dotatæ ab Avo, Avia, Patre, Matre, vel à Fratre, à quocumque, vel ab altero ipsorum, donec, & quocumque masculi supervixerint; per lineam directam descendentes, in infinitum, ab intestato succedere non possint, nec agere ad jus aliquod legitimæ, vel ejus supplementi, aut congruæ dotis, vel aliquo alio quæsitio colore possint, & debeant habere regressum ad bona, & hæreditatem patris, matris, avi, avia, seu fratris, vel alterius ipsorum, vel ipsarum; ita quod ab uno ipsorum tantum dotatæ, censentur exclusæ ab omnium supranominatorum personarum hæreditatibus sed dotibus sibi relictis, constitutis, traditis, vel promissis à quocumque ipsorum, vel altero eorum, stare debeant tacite, & nulla unquam ratione reclamare, & contravenire, & perpetuo censentur exclusæ, donec, & quocumque, ut supra dictum est, masculi in infinitum per lineam directam descendentes supervixerint.

Teneantur tamen dicti filii masculi, quatenus filia femina ab avo, patre, aut matre dotatæ non fuerint, illas, vel quaslibet ipsarum concedentem, & congruè dotare, inspecta quantitate personarum, patrimonii, & consuetudine eorum domus, & casatæ sub iudicio, consensu, & declaratione duorum propinquorum proximiorum, non habentium interesse in hujusmodi hæreditatibus, & in eventu discordia, & dissentus eorum consanguineorum, arbitrio, & declaratione Judicis ordinarii locorum. Et filia femina ultra dotes, sicut supra, eis traditas, aut quocummodo constitutas traditas, vel promissas à quocumque prædictorum, aut ab eorum altero, nihil ultra petere possint in dictis bonis avitis, maternis, paternis, & fraternis, sed in illis tantum, sicut supra descendentes, integrè, & plenè succedant, & succedere debeant.

Volentes, & providentes, quod si plures dotatæ fuerint sorores, vel non dotatæ, una, vel plures decedentes sine filiis, quod cæteræ sorores in eis, vel earum bonis, & hæreditate censentur exclusæ, & filii masculi, vel eorum filii descendentes, & proximiores in earum successione admittantur, & admitti debeant.

Addentes, quod veniente casu viduatis, dictæ filia femina redire debeant, & possint ad domum avitam, maternam, paternam, vel fratram, vel eorum, à quibus fuerint exclusæ, seu hæredum ipsorum, & ibidem, suas dotes conferendo, habere debeant alimenta necessaria cum vestitu, secundum avitas, paternas, maternas, vel fraternas facultates.

Suppletæ, & declarantes, quod ubi in locis nostræ jurisdictionis subjectis extarent statuta, reformationes, seu constitutiones, quæ magis plenas, latas, seu largos casus amplecterentur, & ad alias personas posteriores in favore masculorum se magis extenderent, quam in presentis lege, & decreto fuerit expressum, non intendentes eis statuta, reformationibus, seu constitutionibus præjudicare, volumus, & decernimus, hoc nostro decreto nil obstante, eadem statuta, reformationes, vel constitutiones observari, volentes, & mandantes hanc nostram legem, & decretum per omnia loca jurisdictioni nostræ subiecta publicari, & in publico registrari, ac perpetuo manentem, & observari, sub pœnis arbitrio nostro imponendis, nullis aliis legibus, decretis, constitutionibus, reformationibus, seu consuetudinibus aliis factis, in contrarium facientibus non obstantibus, quibus, & cuilibet ipsarum, aut ipsorum in hac parte derogari volumus, & expressè derogamus.

CAMERINENSIS CIVITATIS.

PARTICULA XXXIII.

De dotibus, & dotatis mulieribus Rubr. 119. lib. 2.

Item statuimus, & ordinamus, quod si qua mulier nata, vel nascitura fuerit, vel erit dotata à patre, vel avo paterno, vel fratre carnali, vel patruo carnali, non possit ipsa mulier, nec descendentes ex ea succedere in bonis, & hæreditate, vel successione prædictorum, vel aliquis eorum dotantium, vel non dotantium, vel descendendum ab eisdem, vel aliquo prædictorum per lineam masculinam, quocumque supervixerit aliquis de prædictis avo paterno, patre, fratre carnali, vel patruo carnali, vel aliquis masculus legitimus, & naturalis de prædictis proximè nominatis, vel aliquo prædictorum, vel masculus, seu masculi ex descendentes ab eisdem, vel aliquo ipsorum per lineam masculinam, dummodo dicta persona successibilis, si vero fuerit dotata à matre, vel avo materno, vel avia materna, vel paterna, non possit ipsa mulier dotata, nec descendentes ex ea succedere in hæreditate, & successione ipsorum matris, avi, vel avia patronorum, & maternorum dotantium, vel non dotantium, quoad supervixerit aliquis masculus legitimus, & naturalis ipsorum, vel aliquis eorum, de cujus hæreditate agitur, vel masculus, & masculi legitimus, & naturalis, vel legitimi, & naturales, descendens, vel descendentes ex ipsis, vel aliquo ipsorum, vel ipsarum, de quorum hæreditate agitur, ut præmittitur, & si mulier plures habuerit fratres carnales, & fuerit ab uno ex fratribus dotata, non possit dicta mulier reverti, nec recurrere ad hæreditatem fratris dotantis sine liberis ex matrimonio decedentis, vel ad hæreditatem alicujus ex fratribus ipsius dotantis utrinque conjunctis, vel consanguineis tantum, nec ipsi fratri dotanti, vel alicui ex talibus suis fratribus ab intestato succedere, quocumque supervixerit aliquis frater utrinque conjunctus, vel consanguineus tam ipsius fratris ab intestato mortui sine liberis ex matrimonio natis, vel aliquis ex descendentes per lineam masculinam à fratre, vel fratribus utrinque conjuncto, vel conjunctis ipsi fratri dotanti, vel à fratre, vel fratribus consanguineo, vel consanguineis, quam ipsius fratris dotantis, & Item dicimus, quod si qua mulier fuerit, vel erit dotata à fratre, vel fratribus omnibus carnalibus, & aliquis illorum fratrum decederit sine filiis, alii fratres masculi utrinque conjuncti, si soli supervixerint, vel consanguinei tantum, si soli supervixerint fratri mortuo ab intestato succedant cum nepotibus ex aliis præmortuis fratribus, qui fuerint fratres utrinque conjuncti mortui, vel consanguinei, & si non supervixerint tales fratres talis mortui, sed supervixerint tales nepotes, ipsi nepotes succedant soli, ipsa mulier dotata exclusæ à dicta successione, quocumque aliquis ex dictis masculis extiterit, & hoc etiam locum habeat in patris carnalibus, quibus succedant filii masculi aliorum fratrum, & non feminæ dotatæ, ubi morentur ab intestato, & si dictæ mulieres dotatæ, vel non dotatæ morentur sine filiis ab intestato, etiam in pupillari ætate, matre supervixit, vel ea non extante, supervixit avia materna, vel avo materno, vel avia paterna, eo casu in totum excludantur mater, avus maternus, vel avia materna, vel paterna, quocumque supervixerint aliquis frater, vel foror carnalis utrinque conjunctus, vel conjuncta, vel aliquis filius, vel filia, unus, vel plures ipsorum fratris, vel fororum, si ipsi supervixerint secundum formam, & tenorem statuti immediate sequentis; Ubi verò prædicti non supervixerint, & supervixerint frater, vel fratres, consanguineus, vel consanguinei tantum, vel eorum; vel aliquis ipsorum filii masculi legitimi, & naturales, vel patruus, vel patruu carnalis, vel filii eorum, seu aliquis eorum masculi legitimi, & naturales, & exclusæ matre, avo, & avia paterna, & materna prædictis succedant in aliis bonis, præterquam in legitima ordine successivo, & eo casu, quo filii masculi remanerent ex dicto fratre dotante, & morentur in pupillari ætate, simili modo succedant fratres dotantis, ubi supervixerint fratres carnales etiam ex latere patris tantum, & ubi non supervixerint tales fratres, succedant patruu eorum, & filii masculi, matre exclusæ, & avo, & avia prædictis; Salvo in omnibus, & singularis dictis casibus in presentis statuto contentis, & quolibet eorum testamento, & ultima voluntate prædictorum, & etsi aliqui ex dictis, mulieribus relinquerent aliquid, observetur, salvo, quod mulieres

Card. de Luca de Statut. Success.

tempore necessitatis possint habere victum, & vestitum in hæreditate secundum vires patrimonii, dotem suam conferendo, & refundendo, si poterit, vel jura cedendo rependi dotem causa conferendi, & refundendi dotem prædictam, & si illa autem, vel illi, qui simul cum aliqua mulier parentibus successerit, vel successerint ab intestato, qui dotem dederit, vel dederint pro ipsa mulier, ejus, seu eorum hæredes non possint, nec debeant repetere ipsam dotem, donec vixerit illa mulier dotata, vel sui filii, unus, vel plures, nec petere possit ipsa mulier partem ipsius, vel ejus hæredibus contingentem de bonis ipsorum parentum usque ad concurrentem qualitatem dotis receptæ, & Item si aliquis receperit aliquam promissionem restitutionis dotis alicujus mulieris de bonis mulieris, sive nominata fuerit illa mulier in Instrumento promissionis de restitutione dotis, sive non, jus de dicta dote, & actionem pro ipsa dote repetenda, & dare, & restituere debeat ipsi mulieri, nec detentio talis Instrumenti ipsi mulieri, nec illi cui dimitteret, vel jus suum daret, & cederet obesse possit, aliquo jure communi, vel statuto non obstante, sed illum, vel illos instrumentum, seu promissiones de restitutione dotis recipientem, seu recipientes Potestas, & Capitaneus, vel aliquis alius Officialis compellant ipsi mulieri, vel suis filiis, vel cuius suum cederet, & dimitteret, ut dictum est, restituere, & Et intelligatur dos fuisse de bonis mulieris dotatæ eo ipso, quod apparuerit eadem dotata fuisse femel, vel pluries à patre, matre, avia, vel zio fratre carnali, vel consobrino, forore carnali, vel consobrino, etiam in Instrumento dotali non diceretur, quod essent bona dictæ mulieris, seu simpliciter à prædictis daretur, ita quod non intelligatur de bonis propriis ejus, qui stipulatus fuerit dotem sibi restitui, & dotem dedisset, vel promississet de bonis dictæ dotatæ, nisi appareret evidenter dictum dotantem supradictam dotem dictæ mulieris se dare, seu promittere, quo casu usque ad concurrentem quantum solvitur, & quod suo folveteret, possit sibi cavere per stipulationem, vel alio modo, ut partes extiterint in concordia, & Item si quis, vel qua (exceptis personis, de quibus in præced. §. qui incipit, ille autem, vel illi, aliquam dotaverit mulierem in totum, vel in partem de propriis bonis ipsius dotatis, sive pecuniarum dederit, vel alias res, & ipsam dotem tempore promissionis, si promissio interveniret, vel tempore solutionis, vel traditionis stipulatus fuerit, vel stipulata dotem sibi reddi, & confiteri Instrumento, aut documento publico, vel testibus fide dignis, matrimonio dissoluto, morte mulieris sine filiis ex ea descendentes inter illam mulierem, quam dotavit, & maritum, cui pro ea dotem dederit, vel dari fecerit, dotem, quam dederit, vel dari fecerit liberè possit repetere, & sibi restitui debeat per eum, qui receperit talem dotem ab aliquo dante de suis bonis prioris, & teneantur restituere, & ei, cui voluerit, qui dotem dederit, facere instrumentum, & promissionem; nec compellatur ipsi mulieri, nec hæredibus, per quos dos data est, respondere de dicta dote, & quod capitulum in negotiis presentibus, præteritis, & futuris locum habeat in qualibet parte sui, capitulo aliquo non obstante, & Salvo quod femina possint venire ad successionem parentum, & fratrum, & aliarum personarum, ad quarum successionem de jure vocantur, si descendentes masculi per lineam masculinam non supervixerint de prænominatis supra in presentis statuto, remittendo, vel cedendo, ut supra, dotes suas in hæreditate, & Et intelligantur mulieres esse dotatæ, si pro dote mulieri aliquid in testamento, vel codicillis fuerit relictum per aliquem de personis prædictis, vel datum, vel promissum; dum tamen si minus congruè fuerit dotata, debeat suppleri congrua dos, secundum quod in capitulo proximo continetur, & Item si aliquis pater, vel avus paternus alicujus ipsius mulieris utrinque conjunctis, vel conjuncti, vel consanguineus, sive consanguinei tantum, vel alii masculi descendentes ab ipso fratre, vel fratribus per lineam masculinam tenentur, & debeant de bonis ipsius patris, vel avi ipsam mulierem dotare, vel partem assignare, & dare competentem secundum contentiam suæ personæ, & secundum facultatem hereditatis patris, vel avi paterni, & consuetudinem, & montem Civitatis, & habita dicta voce, vel promissione facta marito, vel patri mariti, vel sibi assignata, & data, ex tunc excludatur à successione prædictorum patris, & avi, quocumque supervixerit, vel supervixerint frater, vel fratres dotans, vel dotantes, vel eorum, seu alicujus eorum descendentes masculi per lineam masculinam, & Et de contentione dotis dictæ mulieris stetur dicto, & declarati.

F

CAMPAGNANI,

Terræ B. in districtu Urbis.

PARTICULA XXXV.

De non succedendo per filiam maritatum, vel maritandam ab intestato.

Item statuimus, & ordinamus, quod filia maritata vel maritanda à patre, avo, matre, avia, aliiſve ſuperioribus, vel collateralibus fratre, patruo, avunculo, nepotibus, aliiſve conſanguineis, affiniſque, & conjunctis, vel extraneis perſonis, dote ſua contenta eſſe debeat, nec de bonis paternis, maternis, avia, avia, aliorumque ſuperiorum, vel collateralium fratribus, patrum nepotum, aliorumque conſanguineorum, ſucceſſionis jure ab inteſtato, ultra dictam dotem habere poſſit, nec jure legitime, ſalcediæ vel trebellianicæ, ſed dote ſua contenta eſſe debeat ſibi data, vel promiſſa, ſive danda de paragio, ut ſupra ſtatutum fuit, ad quam dotem de paragio promittendam, & dandam juxta poſſibilitatem facultatem ſupradictorum, & ſuorum, fratres, conſanguinei; vel affines ad quos illam tradere nupti ſpectat, & pertinet, aſſingantur, & compellantur per Officiale, & Maſſarios Terræ Campagnani, cum honeſtati dictæ Terræ expediat habere mulieres dotatas, & maritatas, nec non familias, ac ſtirpem conſervare.

Item ſtatuiſmus, & ordinamus, quod filia maritata vel maritanda à patre, avo, matre, avia, aliiſve ſuperioribus, vel collateralibus fratre, patruo, avunculo, nepotibus, aliiſve conſanguineis, affiniſque, & conjunctis, vel extraneis perſonis, dote ſua contenta eſſe debeat, nec de bonis paternis, maternis, avia, avia, aliorumque ſuperiorum, vel collateralium fratribus, patrum nepotum, aliorumque conſanguineorum, ſucceſſionis jure ab inteſtato, ultra dictam dotem habere poſſit, nec jure legitime, ſalcediæ vel trebellianicæ, ſed dote ſua contenta eſſe debeat ſibi data, vel promiſſa, ſive danda de paragio, ut ſupra ſtatutum fuit, ad quam dotem de paragio promittendam, & dandam juxta poſſibilitatem facultatem ſupradictorum, & ſuorum, fratres, conſanguinei; vel affines ad quos illam tradere nupti ſpectat, & pertinet, aſſingantur, & compellantur per Officiale, & Maſſarios Terræ Campagnani, cum honeſtati dictæ Terræ expediat habere mulieres dotatas, & maritatas, nec non familias, ac ſtirpem conſervare.

CAMPELLI,

Quod eſt Caſtrum ſub Gubernio Spoleti.

PARTICULA XXXVI.

Quomodo diſponantur bona decedentium ab inteſtato Rubr. 41.

Mulier aliqua de Caſtro Campelli, vel ejus diſtrictu dotata à patre, matre, avo, avia, fratre, nepote vel quocumque alio non poſſit, nec valeat ſuccedere, vel reſreſſum habere ab inteſtato in bonis dotantis.

CANNARIÆ,

Terræ ſub Gubernio Umbriæ.

PARTICULA XXXVII.

Quibus perſonis ſit prohibita ſucceſſio hæreditatis decedentis ab inteſtato Rub. 29.

Item ſtatuiſmus, & ordinamus, quod nulla mulier forenſis alicui de Cannaria, vel ejus diſtrictu hætenus maritata, vel quæ nupierit in futurum poſſit in hæreditate alicujus de Cannaria ab inteſtato ſuccedere, aut ejusdem decedentis ab inteſtato eidem bona remanere, aut cui eorumdem ejus hæreditas ſpectare. Si ex parte patris decedentis hujusmodi aliquis, vel aliqua conſanguineus, vel conſanguinea uſque ad quartum gradum atinentes decedenti ſuſceſſerit; Cui ſic ſuſcepſerit, vel ſupervenerit ex parte patris talis decedentis uſque in dictum gradum, & lineam bona hæreditatis cujuſlibet decedentis pleno jure pertineant, auctoritate præſentis ſtatuti capituli, atque ſpectent. Et hoc capitulum ſit præciſum, & præciſe intelligatur in qualibet parte ſui, hinc aliqua lege, conſtitutionibus, privilegiis; vel etiam ſtatutis loquentibus, ſeu loquente in contrarium ubicumque poſitum, aliquid non obſtantibus.

Et quoniam reduci in dubium videbatur, an ea, quæ in præallegato capitulo continentur locum haberent, & comprehenderent feminas, & illarum decedentes, quæ tempore delatæ, & obvenientis hæreditatis prædictorum patris, matris, & aliorum in præallegato capitulo nominatorum dotatæ non erant, præſentibus declaramus, & ſtatuiſmus per talem donationem factam, vel faciendam quocumque ante, vel poſt dictam delationem hæreditatis, ſemper intelligi dictas mulieres, & ex ea decedentes excluſam, & excluſas ab omni hæreditate, vel ſucceſſione, & durare, & eſſe eandem facultatem donandi omni tempore, quod dicta mulier, vel ex ea decedentes vellent qualitercumque ad ſupradictorum hæreditates venire, falvis tamen, quæ in §. Salvo quod hoc capitulo, continentur.

CAPRANICÆ,

Quæ eſt Terra diſtrictualis Urbis.

PARTICULA XXXVIII.

Mulier dotata non ſuccedat in bonis dotantis Rubr. 41.

Statuimus, & ordinamus, quod omnia bona decedentium ab inteſtato remaneant filiis masculis defuncti, & nepo-

& nepotibus, ex filio defuncto natis ſi habuerit, ſi adrem non habuerit filios masculos, & nepotes paternos, deveniant ad filias feminas, ſi habuerit maritatas, & ſi masculos, & feminas ſimul habuerit, quod omnia bona deveniant ad masculos, qui teneantur maritare, & nupti tradere ſuas ſorores, & amitas reſpective, ſecundum eorum conditionem, & facultatem, & maritatæ, & dotatæ dote contentæ ſtare debeant, nec amplius de bonis paternis, & maternis petere poſſint; Si autem non habuerit filios, ſeu filias, bona dicti defuncti perveniant ad proximiores, falva gradus prærogativa.

CARBONIANI,

Quæ eſt Terra B. in diſtrictu Urbis.

PARTICULA XXXIX.

Che la Donna dotata non ſucceda in beni paterni, nè materni Rubr. 59.

Ordiniamo, che la Donna dotata ſia contenta della ſua dote ſola, e non poſſa ſuccedere ne i beni paterni, nè materni, non che per queſto ſi neghi alli padri, ed alle madri di far teſtamento, e di laſciare alle ſue figliole, e che le figliola ſuccedino nelli beni della madre ſolo che la legitima, qual legitima in neſſun modo ſi poſſa togliere a loro, mà ſe non ci faranno figli maſchi, e ci faranno ſolo le figlie femine, ſuccedino, e poſſino ſuccedere nelli beni del padre, e della madre, e ſe ci farà un fratello, ovvero più, e le ſorelle non ſoffero dotate, che il fratello, o fratelli ſiano tenuti dotarle, e ad eſſe conſegnare la dote, ed appannamenti delli beni così del padre, come della madre, ovvero del ſuore, e beni loro, quando li beni del padre, ovvero madre non ci ſoffero, e queſto ſecondo il coſtume è conſuetudine della Terra di Carbognano, a ſimilitudine, e modo, che ſoffero padri, e ſimili a detti fratelli.

CARPINETI.

Terræ B. in diſtrictu Urbis.

Quod mulier dotata, patri, & matri ab inteſtato decedentibus cum fratribus non ſuccedat cap. 13.

Item ſtatuiſmus, quod filia femina dotata, patri, & matri ab inteſtato defunctis non ſuccedat, nec ſuccedere poſſit; ſed ipſi tantum filii maſculi parentibus ab inteſtato defunctis ſuccedant in omnibus eorum bonis. Et femina volumus, quod ſit contenta de dote ſua, ſive fuerit dotata à parte, ſive ex bonis communibus utriuſque, dummodò dos non ſit minus legitima de jure tangenti; Et quatenus ſit minus legitima, petere debeat ſupplementum, & non aliud. Et ſi non erunt filii femine dotatæ, ſint contentæ dote de paragio, quæ non ſit minus legitima, quod diximus de filia femina idem dicimus de eorum filiis ea defuncta, ſtantibus maſculis ſupradictis. Ex teſtamento vero poſſit dicta filia femina, ſtantibus maſculis, patri, & matri æqualiter ſuccedere, vel inæqualiter jure inſtitutionis, vel legati, prout ipſi parentes voluerint. Teneantur tamen cum fratribus dote conſerte, juxta formam juris, qui una cum eis ſuccedit ex teſtamento, niſi in eorum teſtamenti contrarium ſenſerint parens, tacite, vel expreſſe; & ut latius in dicto ſtatuto originali impreſſo, ad quod recuratur, quatenus opus ſit.

CASTILONIS LACUS

Terræ ſub Gubernio Peruſiæ.

Delle ſucceſſioni dove non è teſtamento Rub. 67.

Venendo il caſo della morte di alcuna perſona ſenza teſtamento, & ultima ſua volontà, reſtando da tal perſona decedenti, all' ora, ed in quel caſo ſuccedano li maſchi decedenti per linea maſcolina legitimi, e naturali, ſervando trà loro l'ordine della ragione comune, excluſe le femine dotate, o ſe ſi doteranno dopo, ſecondo è diſpoſto nel ſequenti ſtatuto; E ſe reſtaranno Aſcendenti ſolamente eſſendovi il padre, e madre, il padre ſucceda in tutti li beni ſuoi, eccetto nella legitima, alla quale ſ' ammetta la madre, ed il meſteſimo ſ' offervi, quanto, a gl' altri aſcendenti maſchi, quali excluſando gli aſcendenti per via di madre, ed anco avia, e proava paterna, eccetto dalla legitima, quale detti aſcendenti femine poſſano avere, ſecondo la prerogativa del grado tra loro; Se vi farà la madre, ed avia paterna ſolamente ſuccedano egualmente, e così l' avia paterna, e materna, eſſendovi eſſe ſolamente.

Se vi faranno tranſverſali ſoli, ſuccedano prima li fratelli, loro decedenti maſchi di Padre, e di madre egualmente, e non ce eſſendo queſti, li fratelli padre ſolamente, e loro decedenti maſchi, ſervando tra di loro il grado, ſecondo la ragione comune, eccetto li beni di tal morto pervenuti d' altronde, che dalli ſuoi aſcendenti, nelli quali le ſorelle, e loro decedenti ſuccedano per la terza parte, che li poteſſe venire ab inteſtato di ragione comune, e queſta excluſione delle femine duri fin tanto, che ſopravverà decedente maſchio legitimo, e naturale delli predetti fratelli.

Non vi eſſendo detti fratelli, e decedenti maſchi di legitimo matrimonio, loro ſuccedano le ſorelle carnali di padre, e madre, e loro figlioli, e decedenti maſchi di legitimo matrimonio nati, e dopo queſti le ſorelle conſanguinee nate di padre ſolo, e loro decedenti, e con eſſe ſorelle eziandio congiunte di padre, e madre, e loro figlioli ſuccedano egualmente li zii, altrimenti fratelli del Padre, e loro decedenti maſchi in ſtirpe, e non in capite, excluſe le ſorelle uterine, fratelli uterini avuncole, ovvero zii materni, matertera, ed amita.

Ed eſſendovi aſcendenti, ed tranſverſali inſieme, ſucceda il padre, ed aſcendenti maſchi, falva la prerogativa del grado tra di loro, e li fratelli, e loro decedenti legitimi, e naturali in ſtirpe; e non in capi, excluſa la madre, e ſua linea aſcendente, eccetto nella legitima, nella quale ſi ſervi la prerogativa del grado, come ſopra; e dopo li fratelli carnali, e loro decedenti, come ſopra, concorrono li fratelli conſobrini, e loro decedenti maſchi, e non reſtando queſti, anche le ſorelle congiunte di padre, e madre, ed loro figli ſuccedano egualmente con il padre, ed ogni altro aſcendente maſchio per linea paterna, ſecondo l'ordine della ragione comune.

Mancando alcuno con la madre, avia, e proavia, o decedenti materni ſolte con tranſverſali, ſuccedano a queſti in prima li fratelli di padre, e madre, e loro decedenti maſchi legitimi, e naturali, falva tra loro la prerogativa del grado, falva ſolo alli ſudetti aſcendenti la legitima, ſervando però tra eſſi la prerogativa del grado, come di ſopra; non eſiſtenti queſti, ſuccedano dopo le ſorelle carnali, e figliola di eſſe egualmente con la madre, avia, proavia paterna, ed altri aſcendenti per linea materna, falva ſempre la prerogativa del grado, e non vi eſſendo fratelli carnali, nè conſanguinei, nè decedenti loro, nè ſorelle, o loro decedenti, come di ſopra, ma ſolo zii, o decedenti maſchi di eſſi, ſucceda la madre, ed avia paterna, ovvero aſcendente per la madre, falva tra loro la prerogativa del grado in una metà, e nell' altra il zio, ovvero zii, e loro decedenti maſchi in capi, e non in ſtirpe, excluſi gli uterini, fratelli, e ſorelle, ed anco le materne, ed amite.

Ed anco ſe vi ſoffero le ſorelle carnali, la madre, e zii, ſuccedano tutti egualmente, volendo ancora, che li legitimi, o diſpenſati poſſano ſuccedere in pregiudizio delle figliole legitime, e naturali dotate, e decedenti di eſſe, e ad eſſe della loro excluſione, come li legitimi, e naturali.

Ejuſdem ſtatuti. Che Femina dotata non poſſa ſuccedere durante la linea maſcolina Rubr. 68.

Statuimo, ed ordinamo, che qualunque donna dotata da padre, e madre, o qualche altro aſcendente, delli beni, e coſe di eſſo dotante, durante la linea maſcolina, non poſſa eſſa, nè ſua decedente ſuccedere ab inteſtato nell' eredità, e beni di detto aſcendente dotante, o decedente di eſſo dotante nelli beni venuti à tali decedenti dal dotante, mà ſia ammeſſa ſolo alla terza parte degli altri beni pervenuti, o altrimenti acquiſtati, oltre a gl' altri beni avuti dal dotante per ſucceſſione, tanto ab inteſtato, quanto per Teſtamento, e di altre rate, e parte anche di detti beni, come ſopra, pervenuti, ed acquiſtati di detti decedenti, ſ' intenda, e ſia in tutto excluſa, fin tanto, che ſopravverà alcun maſchio decedente ad eſſa perſona dotante per linea maſcolina.

Dichiarando, che li beni di tal decedente morto ſ' intendino, e preſumino fino alla ſua legitima de' beni degl' aſcendenti, e non d' altronde pervenuti, e ſe la donna averà più fratelli, e di alcun di loro, vero di tutti proprii ben loro, e di alcun di loro, ovvero comuni ſarà dotata, non poſſa tal donna tornare all' eredità di alcun di detti fratelli, tanto congiunti di padre, e madre, quanto conſanguinei, che morranno ab inteſtato ſenza figli legitimi, e naturali, ſin che

che sopravviverà alcun fratello, tanto dell'uno, quanto dell'altro lato congiunto, ovvero consanguineo, o alcun maschio descendente per linea masculina d'alcun di detti fratelli rispettivamente, come sopra, li quali, fratelli e descendenti maschi, come sopra rispettivamente succedano a tal fratello che morirà ab intestato, senza figli legittimi, e naturali, osservando fra di loro in tal successione, l'ordine di ragione, esclusa detta donna dotata, fin che vi farà alcun di detti maschi; come sopra, salvo che la donna maritata nel tempo di sua necessità possa avere il vito, e vestito nell'eredità di detti, secondo le forze del patrimonio, conferendo la dote, che averà ricevuta, se potrà, ovvero cedendo le ragioni di potere ripetere dette doti ad effetto di poterla conferire, come sopra, e s'intendi sempre a favore della donna dotata tutt'ora, che apparirà dal pagamento, o promissione di detta dote essere de' beni di detta donna, benché apparischi essere stata dotata di padre, avo, o avia paterni, ovvero di zio, fratello carnale, cugino, ovvero consobriano, sorella carnale, cugina, o consubrina, ancorché non si dicesse, che dette doti fossero de' beni di detta donna, salvo sempre li patti, che si facessero, & intervenissero fra il donante, ed il marito di detta donna riceventi detta dote, con consenso però di detta donna dotata, e nell'altre persone estranee si osservi la disposizione della ragion commune, e li patti, che intervengono nel dar la dote.

E se la Donna sarà dotata del Padre semplicemente, si intenda dotata in tutto de' beni paterni; ma se sarà dotata de' beni paterni, e materni s'intenda per la metà de' beni paterni, e per la metà de' beni materni, se altrimenti non sarà espressamente dichiarata la quantità dell'uni, e l'altri beni.

Dichiarando però che la madre, o avia non siano tenuti in vita loro dare, e promettere alcuna parte della dote alla figlia, o nipote; se non intanto, quanto gli parerà, ma se la Donna sarà dotata de' beni della madre, o avia in tutto, o parte, sia esclusa dall'eredità loro ab intestato, finché sopravviverà alcun maschio legittimo, e naturale, e descendente; come sopra.

E tutt'ora, che de' padri, avi, fratelli, ed altre persone, alla successione de quali di ragione detta donna dotata fosse chiamata, se descendenti maschi, come sopra; legittimi, e naturali per linea masculina de' sopradetti non rimarranno, in tal caso la medesima donna dotata, e loro figli, ovvero nipoti possono venire, ed esser ammessi alle successioni de' sopradetti, ovvero reintegrate con gli altri coheredi, o conferendo le loro doti, over cedendo le azioni di potere ripeterle, come si è detto di sopra ec.

CASTILIONIS TYBERINÆ

Quod est Castrum Status Roncilionis.

PARTICULA XLII.

De successione ab intestato. Rubr. 35.

Hæc particula est eadem, Statuti Castri, & Roncilionis, unde ne frustra repetatur, vide infra in particula sequenti 33.

CASTRI, ET RONCILIONIS.

PARTICULA XLIII.

De successione ab intestato Rubr. 35.

Quia publicè interest dignitatem, & amplitudinem in familiis conservare, statuimus, & ordinamus, quod si quis masculus, vel femina decesserit ab intestato, vel intestatus, sive intestata, etiam si fuerit infans, vel aliis intestabilis, prima causa successione sit filiorum, aut descendendum masculorum, ut filii, & successivè alii descendentes masculi succedant, exclusis filiabus, & omnibus aliis feminis cuiuscumque lineæ, & gradus, dotandis tamen ut infra dicitur. Si vero nulli filii, aut descendentes masculi fuerint, succedant ascendentes masculi, salva graduum prærogativa; similiter exclusis filiabus, & aliis feminis cuiuscumque lineæ, & gradus, dotandis tamen, ut infra dicitur. Si vero nulli descendentes, aut ascendentes masculi fuerint, frater, & filii fratris personarum defunctæ, sive utrinque conjuncti, sive consanguinei tantum, agnati tamen, succedant, & excludant filias, & omnes feminas cuiuscumque gradus, & lineæ, dotandas, ut infra dicitur. Si dotatè non fuerint ab aliquando, cui incumberet onus dotandi. Si autem quis decedat nullis relictis filiis, vel

descendentibus, vel ascendentibus masculis ex linea masculina, neque fratre, aut filii masculi fratris, tunc agnati masculi ex linea masculina proximiores secundum gradus prærogativam, utque ad tertium gradum inclusive, connumerando gradus secundum Jus canonicum, succedant, ac præferantur filiabus, & omnibus aliis feminis cuiuscumque lineæ, & gradus; Quæ tamen dotari debeant usque ad annos decem, & octo ætatis suæ inclusive, aliis ipsi debeatur dos duplicata, secundum quod disponetur infra in statuto sub rubr. sequenti, constituta tamen ei mulieri dote, non minore quam esset legitima, si sunt filia, vel descendentes non dotatæ; Si vero dotatæ essent, dote minore legitimæ, possint agere ad supplementum legitimæ; Aliæ verò feminæ dotentur secundum quantitatem, patrimonii, & personarum dignitatem, ac conditionem, si aliæ dotatæ non fuerint. Quibus omnibus prædictis salvis volumus, quod prædictæ feminæ sic exclusæ non possint causam, & occasione alicuius legitimæ molestare, & inquietare masculos vocatos ad successione per præsens statutum. Declarentur tamen, quod Agnati inter se succedant secundum dispositionem, & ordinationem Juris Civilis, exceptis tamen fratribus, in quibus serventur, ut supra disposita. Adjacentes etiam quod si aliqua mulier maritata fuerit, nulla dote constituta ante mortem personæ, cui incubuisset onus dotandi, possit petere dotem sibi constituta, non obstante etiam, quod in matrimonio fuerit constituta ipsa mulier.

Ejusdem Statuti. *Quod filia sit contenta dote à Patre data, & promissa, vel relicta. Rubr. 37.*

UT dubia, quæ oriri possent, circa successione, vel exclusionem feminarum tollatur. Statuimus, quod filia, vel neptis, aut quælibet alia femina descendens sit contenta de eo, quod Pater, vel avus, aut quilibet alius ascendens sibi dederit dotem, vel dare promiserit, aut reliquerit, nec ultra illud occasione legitimæ, vel Juris debiti naturæ, etiam mortuo Patre, vel ascendente ab intestato, possit fratres suos vel alios descendentes, aut etiam ascendentes inquietare, nec de hæreditate patris, avi, vel alterius ascendens petere, nisi id, quod pater, vel avus, aut alius ascendens dederit, aut dare promiserit, vel reliquerit in ultima voluntate, donec erunt aliqui descendentes, vel ascendentes masculi, natis ex legitimo matrimonio, salvo, nisi fuerint legitimati de consensu, & voluntate patris, vel ascendentium prædictorum, de cuius, vel de quorum hæreditate ageretur, etiam si essent bona quæ recognoscuntur ab Ecclesiis, vel pijs lociis, vel personis.

CASTRI FIDARDI,

Quod est sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA XLIV.

De Muliere dotata Rubr. 40.

Hac nostra sanctione firmiter statuimus, & ordinamus, quod mulier dotata, seu cui dos relicta foret ab aliquo ascendente, seu à fratre carnali consanguineo, vel utrinque conjuncto, ei eam dotanti, seu dotem relinquenti ab intestato non succedat, sed sua sit dote contenta, si ex ascendente dotante superstit filius masculus, seu nepos, vel pronepos ex filio masculo, vel frater carnalis consanguineus, seu utrinque conjunctus ex ipso ascendente, vel fratre dotante, seu fratre carnali consanguineo; Quæ dos mortuo dotante in dotatam consolidetur, & ipsius dotatæ libera fiat, stipulatione pacto, conventionem de dote restituenda, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, si verò cum fratribus post mortem ascendentium mulier remanserit, & dotata non fuerit, seu ei dos relicta non sit per ipsos ascendentes, seu alterum eorum, ad cuius successione una cum fratre, vel fratribus ipsa mulier vocaretur, frater, seu fratres ipsam dotare idoneè, secundum facultates eorum, & secundum qualitatem personarum obligati sint, & semper frater, seu fratres conveniant puellam, interim antequam nubat, nutrire, alere, & teneantur, & in dote danda non possit apponi aliquod onus, & appositum non teneat circa dotem restituendam, vel aliter, sed libera sit, & esse intelligatur dos ipsius dotatæ, conventionem, stipulationem, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque; Idem in filia, & nepte ex fratre, seu fratribus præmortuis ante mortem descendens, & de cuius bonis agitur, & reliquis descen-

descendentibus ex sorore, seu fororibus præmortuis masculis, seu feminis ad successione ascendentes, seu ascendendum unà cum fratre, vel fratribus ab intestato venientibus masculi tamen ex sorore, vel fororibus descendentes ea sint portione contenti, qua, si forent feminæ, dotarentur. Ubi autem de qualitate, & quantitate dotis dandæ, vel assignandæ contentio oriretur declaratione duorum proximiorum consanguineorum utriusque partis si extent, vel duorum communium amicorum declaratione fiat, ad quam faciendam ad instantiam cuiuslibet partis per Potestatem infra triduum compellatur, pœna decem librarum denariorum, quæ locum habere dumtaxat volumus in successione in futurum deferendis, non autem in præteritis, vel pendentibus.

CASTRI LACUS

Quod est sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA XLV.

Che la Donna dotata non succeda nelli beni del Dotante Rubr. 27.

Nissuna Donna dotata da padre, over fratelli, overo da altri attinenti possa succedere nelli beni, & eredità del detto Dotante, nè domandare supplemento di legitima, o trebellanica, ma debba star contenta della sua dote, dummodo ci siano figliuoli maschi, o nipote di detto Dotante, e che per esso non sia instituta erede per testamento del prefato Dotante, o non Dotante, e che la Donna si chiami decentemente dotata.

Ejusdem Statuti. *Che le Donne non succedano nelli beni comunali Rubr. 30.*

Statuimo, & ordiniamo, che nelli beni comunali, ne' feudi dati per detto commune non possa succedere alcuna femina, con questo capitolo volemo habbia luogo per lo passato, presente, e futuro.

CASTRI RITALDI,

Quod est sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA XLVI.

Mulier dotata non succedat in hæreditate, nisi per Instrumentum Rubr. 14. lib. 2.

AD tollendum dubitationes, & lites, quæ oriuntur super successione mulierum in hæreditatibus; statuimus, & ordinamus, quod nulla mulier dotata à patre, avo, proavo, fratre, patruo; matre, avia, proavia, vel aliquo ipsorum, vel aliqua ipsarum, sive à quocumque alio, possit vel ejus descendentes possint succedere alicui prædictorum ab intestato, etiam in legitima, stantibus masculis per lineam masculinam descendens ex aliquo prædictorum dotan. vel non dotan. eo de cuius successione non ageretur, sed de successione alicuius alterius prædictorum, dummodo tales masculi attineant per consanguinitatem personæ, de cuius successione ageretur, & sufficiat, quod ab uno prædictorum dotata fuerit, vel doteatur imposterum, ut stantibus masculis supra dictis excludantur talis mulier, & ejus descendentes à successione omnium prænominatorum, à quorum omnium successione vigore præsentis statuti, & capituli, quælibet mulier hæstus dotata, & imposterum dotanda, & ejus descendentes intelligantur, & sint exclusæ, & exclusi per dotationem factam, vel faciendam ab aliquo prænominatorum, & stare debeat sua dote contenta, & nihil ultra dotem, etiam ratione legitimæ, vel ejus supplementi talis mulier, vel ejus descendentes ex ea petere possint ullo modo, sed legitima ei, vel eis debita præsentis statuti vigore ad dotis consistit, vel constituendam quantitatem censetur, & sit redacta; possit tamen quælibet mulier, quæ non esset dotata à matre, sed à quocumque alio, & descendentes talis mulieris de bonis, & hæreditate matris ab intestato decedentis, sive alterius descendens à latere matris, si mater affecta ex ejus hæreditate petere, consequi, & habere decimam partem dictæ hæreditatis, & non ultra stantibus masculis supra dictis per lineam masculinam descendentem; ex testamento autem matris dictæ mulieris, & earum descendente nihil ultra, quam sibi relictum fuerit, petere possint, etiam ratione legitimæ, vel alia quacumque ratione, vel causa; Et si aliquis prædictorum, videlicet pater, avus, mater, avia decesserit intestatus, vel ab in-

Card. de Luc. de Statu. Success.

testato, & filiam, vel nepotem unam, vel plures non dotaverit, & ab aliquo ipsorum non fuerit dotata, dotari debeat, seu debeant ab eorum filiis, & aliis masculis per lineam masculinam descendente eorumdem, vel alicuius eorum hæredibus, secundum consuetudinem dicti Castri, vel saltem secundum quod masculi de domo, unde nata est mulier, dotare consueverint per prius alias mulieres de domo eorum, & talis mulier sic dotanda dumtaxat in dote sic, ut præmittitur constituenda, succedat omnibus prædictis, & illa intelligatur, & sit earum successio, & legitima; & plus in bonis paternis, maternis, frateris, fororis, amittis, & patruorum, præter præmissam solam unicam dotationem, petere, consequi, vel habere non possit, nec descendenter ab ea possint, & residuo hæreditatis, & successione, & in hæreditate, & successione, à qua mulier dotata, & ejus descendentes excludatur vigore præsentis statuti, succedant masculi supra dicti proximiores personæ defunctæ in omnibus casibus prædictis: Volumus insuper, quod dicta mulier dotata, vel dotanda, vel descendenda ab ea non possit audiri in iudicio, vel extra in Curia Castri Ritaldorum, vel alia, contra præsens statutum, & capitulum, & contra prædicta præfatis mulieribus, vel descendentes ab eis in prædictis, & aliquo casuum prædictorum nullo modo jus reddatur per aliquem officialem, sub pœna viginti quinque librarum de salario officialis contravenientes retinendorum, & nihilominus quicquid factum fuerit per talem officialem in favorem ipsarum mulierum, contra præsens statutum, & capitulum ipso jure sit nullum, irritum, & inane, & in nullo ipsi mulieribus suffragetur; Et prædicta omnia volumus habere locum in præteritis, & presentibus non decisis, vel non sub litigio pendentibus, & omnibus futuris omni meliori modo, & præsertim intelligatur, & observetur. Derogantes quibuscumque statutis, reformationibus in contrarium, & contra præsens capitulum, quovis modo facientibus. Propter hæc statuimus, & ordinamus, quod si aliquis habens filiam feminam unam, vel plures, & nullum descendente masculum, & dictam filiam, vel filias dotaverit, si ab intestato decesserit, superstitite fratre ejus defuncti, uno, vel pluribus, sive descendentes masculis ab ipso fratre, vel fratribus, ipse frater, vel fratres, sive descendentes ab eis masculi succedant in ejus defuncti hæreditate, exclusa propria filia, sive exclusis propriis filiabus dotatis; si autem filia una, vel plures filia superstitit alicuius defuncti, quæ non fuerint dotatæ ab eorum patre defuncto, nullo descendente ex eo masculo superstitite, tunc frater, vel fratres, superstites vel superstitites, sive, ipsi deficientibus, descendentes ab eis masculi, possint, & debeant dictam filiam, vel filias dotare congruenter, ut supra dictum est, & in residuo dicti fratres ipsius defuncti, vel descendentes ex eo, vel ex eis masculis bonorum, & hæreditatis dicti defuncti succedant, exclusis dictis filiabus, postquam erunt dotatæ; salvis semper testamentis.

CASTRI RIVI,

Quæ est Terra sub Legatione Romandioli.

PARTICULA XLII.

De successione ab intestato Rubr. 49.

Volumus, quod si quis, vel si qua ab intestato decesserit, extantibus descendentes utriusque sexus, masculini succedant defuncto, vel defunctæ, si sint solum fratres, in virilem succedant dicti fratres, si verò sint fratres, & nepotes, vel pronepos cum patre, & filiis ipsorum in stirpem, feminæ verò, non volentibus masculis, uno, vel pluribus ab hæreditate admitti non possint si sint dotatæ, sed dote contentæ sint, si verò dotatæ non fuerint, debent dotari de bonis defuncti de cuius hæreditate tractatur, si de ipsius bonis de jure veniebant dotandæ, vel si nubere noluerint, sed potius monasterium intrare, dotem pro monasterio pro ea constituturæ, introitu boni viri, considerationis patrimonio, & personarum conditione, & more etiam monasterii in talibus, & concedentia personæ, & patrimonii, & habito respectu ad monasterium, quando monasterium intrare voluerit, interim tamen donec nubatur, vel monasterium ingrediatur, prædicti hæredes succedentes alimenta ipsi feminis concedentia providere debeant, masculis verò non succedentibus, vel non existentibus, succedant filia defuncto, vel defunctæ, & nepotibus, & filiis, & filia una existentibus fratribus defuncti, & ceteris conjunctis exclusis; ubi verò fratres, vel filii fratrum defuncti extarent, unus, vel plures, filia aliqua, vel filiabus

defuncti non existentibus, nepotes, vel neptes, una vel pluribus ex filia, vel filiabus superstitibus tunc dicti nepotes, unus, vel plures, quocumque fuerint, in tertio ejus, quod de jure ab intestato essent habituri succedant, in reliquo autem fratres dicti defuncti, vel filia fratrum succedant, vel nepotibus, neptibus ex filia jure in dotibus matris, avia, vel proavia, quod sit in dimidio ejus tantum, quod ab intestato essent habituræ si de bonis ipsius, non fuerint dotatæ in quantitate æquivalente dictum dimidium, & hoc statum sit præcisum, & pro præcio habeatur in qualibet sui parte, non obstantibus aliquibus statutis, vel reformationibus in contrarium loquentibus, &c.

CELLENI,

Terræ in Provincia Patrimonii.

PARTICULA XLVIII.

Quod feminae stantibus masculis non succedant, cap. 19.

Statuimus, & ordinamus, quod feminae in quacumque ætate, vita, & conditione constitutæ, stantibus masculis in pari gradu, seu eorum locum succedentibus, & eorum personam representantibus, non succedant patri, neque matri, neque quibusvis aliis ascendentibus, neque fratri, seu fratribus ab intestato succedentibus, sed præfatæ mulieres contentæ esse debeant sua dote assignata, seu assignanda, secundum qualitatem, & conditionem personarum, & facultatem patrimonii, & consuetudinem personarum, sed solum sua dote contentæ esse debeant, etiam à quibusvis personis fuerint dotatæ, & bona prædictorum parentum, seu fratrum plus petere nullo modo possint. Adentes, quod eveniente casu, quod masculus, seu masculi, qui supradictas feminas excluderint à supradictis bonis, decederint sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, & descendentes ab eis, superstitibus feminis exclusis; ut supra, quod tunc hæreditas, seu portio hæreditatis prædictorum, quæ sibi contingebat tempore exclusionis prædictæ, à qua mulieres præfatæ exclusæ fuerint, revertatur ipso facto aliter aliqua diminutione talibus mulieribus, tanquam si nunquam à dicta portione exclusæ fuerint. Et prout videre est in eodem Statuto Celleni cap. 19. fol. 22.

CENTI,

Quæ est Terra sub Legatione Ferrariæ.

PARTICULA XLIX.

De successione liberorum, parentibus, vel ascendentibus morientibus ab intestato. Rubr. 2. lib. 3.

Statuimus, & ordinamus, quod si quis propriè, vel impropriè (sumpro vocabulo, intestatus decesserit; relicti filii, vel alii liberi masculi, legitimi, & naturalibus per masculos descendentes, uno vel pluribus, laicis, vel Clericis in sacris ordinibus non constitutis, vel qui non sint professi alicujus Ordinis, & filia, vel filiabus, vel aliis feminis, per masculum descendentes legitimis, & naturalibus, una & pluribus, si filia, vel filia, seu alia femina prædictæ, quæ remanserint, dotata, vel dotatæ fuerint à patre, avo, vel proavo, vel matre, fratre, vel fratribus suis, vel patruo suo, etiam si ille, qui dotavit, non sit ille, de cuius hæreditate ageretur, filia vel filia, & alia prædictæ, quæ dotatæ sunt, sint contentæ de ipsa dote, seu dotibus, & in bonis paternis, vel maternis, avitis, vel proavitis, amplius non petant, nec petere possint, si tales masculi superstitibus, vel alter eorum hæreditatem defuncti adiverint, vel in ea se immiscuerint, ipsi, vel eorum descendentes masculi, & per masculum per se, vel per legitimam personam pro eis. Nemine verò ex supradictis liberis aedeunte, vel se immiscente, vel nullo ex eis existente, succedant dictæ feminae, secundum jus commune; Extantibus verò solum filiis, vel aliis liberis masculis, ut supra, uno, vel pluribus in sacris ordinibus constitutis, vel religiosis professis alicujus ordinis, & feminis prædictis tunc, & eo casu dictæ feminae cum dictis masculis in sacris ordinibus constitutis, vel religiosis, & professis, succedant cum eo, vel eis de jure commuai, si autem superstiti dicti filii, vel alii liberi masculi, ut supra quorum aliquis, seu aliqui sint laici, vel Clerici in sacris non constituti, & alii unus, vel plures sint in sacris ordinibus constituti, vel professi, ut supra, & superstiti etiam dictæ feminae, una, vel plures cum eis, tunc, & eo casu dictæ

feminae cum dictis omnibus specificatis supra succedant de jure communi, sed tamen ipsarum, feminarum, unus vel plurium portio dictis masculis laicis non constitutis in sacris, & qui non sint professi, ut supra, aut autoritate præsentis statuti totaliter, acquiratur, & ab eis dotari debeant secundum formam nostrorum statutorum, & prædicta locum habeant in futuris tantum, & presentibus non decisis per sententiam, laudum, vel transactionem, vel alitercumque. Volumus tamen, quod mulieri decedenti ab intestato, quæ contraxerit plura matrimonia, & ex uno ex illis extitit filii masculi, unus vel plures dictæ mulieris, vel liberi alii masculi ex filio descendentes, & ex alio matrimonio extitit filia femina tantum, una vel plures, vel alii liberi descendentes ex filia, filia femina, & descendentes ex filia in non dotalibus succedant in quadrante tantum, si una, si plures sint dictæ filia feminae, vel descendentes ex filia, & in residuo succedant dicti filii masculi, & alii liberi masculi descendentes, ex filio, si uno, si plures sint, non obstantibus dispositis in hoc statuto, salvo semper in bonis dotalibus id, quod dispositum est in statuto postico infra sub rubrica de dotibus restituendis, & in casibus prædictis dictæ feminae una, vel plures intelligantur esse dotatæ, si dote sit dos ab aliquo de prædictis, si in ultima voluntate eidem, vel eidem relicta fuerit pro ea, seu eis dotandis, & ipsi mulieri uni, vel pluribus, vel alteri pro ea, vel eis fuerit soluta, & per mulierem, vel ejus nomine viro dos data fuerit. Et si plures sint feminae extantibus masculis supradictis, & una vel plures dotatæ fuerint ab aliquo de prædictis, & aliae undotatæ, tunc ille quæ dotatæ fuerint in bonis amplius petere non possint, & sint de ipsa dote contentæ, ut supra dictum est. Ille verò, quæ dotatæ non fuerint, dotari debeant, si ve maritentur, si ve religionem intrent, vel maritari, vel monasterium, vel religionem ingredi velint, in ea quantitate, in qua fuerint reliquæ sorores dotatæ pro qualibet, nisi bona patrimonialia essent diminuta, quod legitimis probationibus constare debeat Gubernatori, dummodo dos constituenda virilem patrimonii portionem non excedat, sed filio virilibus remaneat, & si plures filii sint, similiter cuilibet filio debeat virilibus remanere, & si diminutæ essent vires patrimonii, habeatur ratio diminutionis in dote constituenda à die ultimæ dotis datæ. Si verò aliqua prædictarum filiarum non fuerit dotata ab aliquo de prædictis, constituatur, & detur ei, vel eis dos in bonis patris, matris, avi, vel proavi, de cuius hæreditate ageretur, vel possessis per eos, vel eorum alterum tempore mortis eorum, de cuius hæreditate ageretur arbitrio quatuor bonorum virorum conjunctorum ex parte patris, qui sint saltem ætatis viginti annorum; & si quatuor non extarent, vel extarent, & ipsorum copia haberi non possit, arbitrio trium, & secundum possibilitatem, & facultatem bonorum patris, matris, avi, vel proavi, de cuius hæreditate ageretur; & si tres non extarent, vel eorum copia commodè haberi non possit tunc arbitrio duorum, vel unius tantum, ut præmittitur conjunctorum, & si duo, vel unus non extarent, vel ipsorum copia haberi possit, tunc arbitrio conjunctorum masculorum ætatis, ut supra, ex parte matris, si plures extant, in eis servando omnia supradicta de agnatis; uno verò tantum cognato existente, tunc arbitrio ipsius, & Gubernatoris cum ipso cognato, & tribus vicinis ejus, in cuius bonis dicta dos constituitur, & dari debeat, & nullo cognato extante, tunc arbitrio Gubernatoris cum consilio trium vicinorum, ut supra, dos constituatur, & datur, ut supra. Quam dotem, possint etiam hæredes talis mulieris petere taxari, constitui, & declarari, si eidem mulieri constitui, & declarari debuerit, & constitutum, & taxatum, & declaratum, si in pecunia, si in aliis rebus petere sibi dari, si eidem mulieri soluta, vel constituta non fuerit, similibus modis, quibus supra ipsa mulier petere potuisset tempore suæ vitæ. Quod locum habeat, etiam in casibus presentibus, & præteritis non decisis, & aliud petere non possint. Et si mater moreretur superstitibus filiis, & aliis liberis masculis per masculum descendentes, & filia, vel filiabus una, vel pluribus, & superstiti patre ipsorum filiorum, vel avo paterno, eo casu filia, vel filia dotari debeant de bonis patris, vel avi locupletis ad dotem constituendam. Si verò ex facultatibus eorum dos constitui non possit, tunc dos constitui debeat de bonis matris, de cuius hæreditate ageretur, modo prædicto. Et ad prædictam dotem sic constituendam, ei vel eis, seu ejus, vel eorum hæredibus, in quolibet casuum prædictorum compellantur conjuncti prædicti, & alii supradicti, unus vel plures

plures per D. Gubernatorem, coram quo causa ageretur (summarie, sine strepitu, & figura iudicii, quibuscumque juris, vel facti remedii oportunos compellantur ad acquisitionem unius, vel plurium pro ea, vel eis legitime venientium, si vellet nubere, & essent habiles ad nubendum, & nubles, quo casu debeat dicta dos poni ad partem ita, & taliter, quod constare possit quantum habere debeat in dotem, & unde, qui matrimonium contrahere vellet cum tali femina, vel si jam nuptæ essent, vel non dotatæ, vel si religionem intrare vellet, seu voluerint, quo casu religionis intrandæ non considerent dos fororis, quæ fuerit maritata, sed constituatur arbitrio conjunctorum, vel Gubernatoris, ut supra dictum est, quando nulla fuerit dotata, & etiam ante tempus nubile, vel religionem intrandam, ex eo, quod masculi prædicti, vel alter eorum, qui hæredes fuerint, malè inchoarent, & inchoare dicerentur, uti substantia sua. His verò casibus & quolibet eorum, filia prædictæ, quæ dotatæ essent, ab hæreditate prædicta excludantur. Alia verò feminae, quæ dotatæ non essent, eodem modo ab hæreditate prædicta excludantur, & eidem, vel eorum hæredibus solummodo jus competat petendi sibi dotem constitui, & dari, ut dictum est, & bona defuncti, vel per eum possessa tempore mortis pro dicta dote constituenda, & danda ex die mortis illius, sint, & esse intelligantur eidem feminis, seu hæredibus earum expressè, & specialiter obligata, de quibus dicti propinqui, & Gubernator, cum supradictis, ut dictum est, possint eidem feminis indotatis, vel eorum hæredibus adjudicare insolutum pro quantitate dotis sic constituendæ, & ipsas, vel alium pro eis in possessione ipsarum inducere, & induci facere, etiam nulla executione facta, salvo jure cuilibet competenti in bonis ipsius, quæ sit ante mortem dicti defuncti, & valeat, quod fiet etiam si juris, vel statutorum solemnitates non fuerint observatæ, dum tamen hujus statuti solemnitas observetur. Et in quolibet casuum prædictorum antequam dictis mulieribus, seu ipsarum nominibus dotes fuerint constitutæ, & datæ, præfari, & dari debeant alimenta condecencia ipsi mulieribus de bonis hæreditatis ipsius, de quibus dos constitui debuerit, arbitrio conjunctorum, & Gubernatoris, ut supra dictum est in dote constituenda, & pro ipsis alimentis bona ipsius hæreditatis sint specialiter obligata pro illis tantum annis, quibus appareret ipsam interpellasse obligatos, & ad hoc, & in eis procedi possit, ut supra dictum est in dote constituenda. Propterea quia satis est notum, & hæcenus in iudiciis, & extra usitatum, quod alimenta dotium, quæ dantur, seu debentur pro dotibus, communiter taxantur pro quolibet anno ad rationem anni in quantitate librorum Bononeorum pro quolibet centenario dotis debendæ, & de ista taxatione jus non appareat scriptum, & in iudiciis est necesse hunc usum habere, seu probare; Ideo ad sublevandos litigantes, & alios quolibet à tali onere proband, statuimus, quod de cetero per quemcumque iudicem, arbitrium, vel arbitratorum, in quocumque casu, quo debita alimenta dotium prædictarum petantur, taxentur ipsa alimenta ad rationem septem pro centenario in anno, & ad rationem anni, & non minus, nec ultra, cui taxationi stari debeat. Item quod dictum est de filiabus, & masculis remanentibus, ut supra, patre, vel matre decedentibus ab intestato, obtineat per omnia in nepte ex filio, & aliis feminis, descendentes per masculum, extantibus dictis masculis, dum tamen dotes constituendæ non excedant portionem, quæ à patre deberetur, si ipse viveret. Nepes autem, vel nepotes ex filia, & cæteri alii masculi, & feminae per feminam descendentes, remanentibus filiis, vel aliis liberis masculis descendentes per masculum ex defuncta ab intestato à successione materna, paterna, avita, vel proavita per dictos masculos penitus excludantur, filiae autem, vel alii feminis per masculum descendentes extantibus, & nullis filiis, vel aliis masculis extantibus per masculum descendentes, inter eas succedant, & successio procedat de jure communi. Declarant insuper, quod ubicumque in aliquo casuum prædictorum in hoc, vel præcedenti statuto contentorum, mulier, à successione ab intestato, vel ex testamento repellitur si inter masculos ad invicem, vel cum aliis quæritio oriatur super debita juris naturæ quota, seu quanta intelligatur propter numerum liberorum, tales feminae quoad ipsam legitimam in numerum liberorum non contineantur, seu computentur. Item dictum, quod si quis promittens, seu solvens dotem effect debitor mulieris, pro qua promiserit, seu solverit, intelligatur promississe, vel solvisse de eo, in quo esset debitor

ipsius mulieris usque ad concurrentem quantitatem; & hoc non vindicet sibi locum in ascendentibus masculis, vel fratre, seu filio fratris talis mulieris, qui intelligantur de suo dotasse, nisi contrarium appareat.

CERRETI,

Quod est Castrum sub Præfectura Nursiæ.

PARTICULA L.

Quod mulieres dotatæ non succedant certis personis, Rubr. 17. lib. 2.

Item statuimus, & ordinamus, quod dotatæ mulieres per patrem, seu matrem, fratrem, sororem, avum, vel aviam non succedant ab intestato hujusmodi patri, vel matri, sorori, vel fratri, avo, vel avia, si tali mater, vel pater, frater, soror, avus, vel avia decederent aliis filiis superstitibus masculis, vel nepotibus ex filii natis ex eodem matrimonio, de quo nata est dicta mulier dotata, vel si decederent alii ex fratribus, vel sororibus, etiam suis filiis, vel aliis fratribus carnalibus, vel filiis fratrum masculis superstitibus ex utroque parente dictæ mulieris dotatæ, ad dictam successione prædictorum venire volentes non audiantur; Et si in Iudicio egerint petendo hæreditatem, vel partem contra prædictos dictæ mulieris, & earum Procuratores per Rectores ejiciantur: Et aliàs latius, ut in statuto prædicto, ad quod &c.

CERVETERIS,

Quod est Castrum B. in districtu Urbis.

PARTICULA LI.

Che la figlia maritata, o da maritarsi non succeda, non standovi Testamento. Cap. 173. lib. 2. pag. 48.

Antea statuimus, & ordinamus, che la figliuola maritata, o da maritarsi dal padre, avo, dalla madre dell'ava, & da gli altri superiori, o collateralali, dal fratello, zio carnale di padre, o dal zio carnale del canto di madre, o nepoti, & degli altri consanguinei, affini, conjunte, o dall'altre efrance persone, debba esser contenta della sua dote, e per via di successione, dove non sia testamento, nè per causa di legitima, di Falcidia, o Trebellianica, oltre la detta dote, non possa havere delle robe del padre, madre, dell'avo, dell'ava, e degli altri superiori, e delli collateralali fratelli, zio carnale, nipoti, e degli altri consanguinei, ma debba esser contenta della sua dote, che gli è data, o promessa, o che se gli deve dare del paragio, come di sopra è stato, e gli fratelli consanguinei, o gli affini, alli quali si appartiene, e spetta maritarla, si astringhino, e sforzano per gli Officiali, e Massari di Cerveteri, à promettere, e dare la dote del pari, secondo la possibilità delle loro facultà, e delli suoi, conciosia che sia espedito all'onestà del detto Castello, havere le Donne dotate, e maritate, & ancora conservare le stirpe, e la familia &c.

CERVIENSIS CIVITATIS.

PARTICULA LII.

Ex Cap. 15. lib. 2.

Statuimus, & ordinamus, quod mater ad successione filiorum ab intestato decedentium non admittatur, nisi ad legitimam tantum, non extantibus fratribus, vel sororibus, filiis ejusdem patris, quod autem superest legitime deveniat proximioribus propinquis usque ad quartum gradum his verò non extantibus succedat mater in totum in omnibus bonis sui, salvo testamentis, & instrumentis, à promissionibus factis, tam novis, quam veteribus testamentis, & instrumentis, seu promissionibus hoc capitulum statutum non potest præjudicium generare, extantibus verò sororibus vel fratribus descendentes ab intestato, non admittatur mater ad legitimam.

Ejusdem Statuti. Cap. 16.

Statuimus, & ordinamus, quod filius, vel filii masculi succedant in omnibus bonis paternis, & maternis, & filia, vel filia feminae non possint eum, vel eos molestare, vel inquietare, ultra legitimam suam, quæ legitima, ei vel eis sit salva, & hoc locum habeat, quando pater, vel mater, de cuius bonis tractatur, ab intestato decesserit.

CÆSENATENSIS CIVILITATIS,
PARTICULA LIII.

Quod filiis extantibus masculis feminae non succedant.

CUM per filios, & liberos masculini sexus magis, quam per feminas defunctorum, domus, & memoria conservetur, & diu quadam successione ad longissimos annos duratura trahat, conservatori eorum salubriter attendentes necessarium statuendo duximus providere, quod nulla mulier, seu femina neptis, seu alia quaecumque femina, tam ex directa linea, quam ex transversali linea descendentes extantibus masculis, seu liberis masculis ex masculina linea descendentes, parentibus, avo, proavo, seu altero eorum decedente ab intestato, & successione bonorum decedere possit, quibus tantummodo filios masculos, seu successores eorum liberos succedere volumus, feminas filios exclusis ipso iure, quas volumus, si dotatae sint, suis dotibus contentas esse. Et ulterius ad bona defunctorum praedictorum regressum non habere ratione aliquis legitimam portionis, aut debiti bonorum subsidii iure naturali debiti, vel alia quacumque successione causa hic expressa, vel non expressa, quibus omnino illas removendas duximus, denegantes actiones quascumque contra masculini sexus filios, seu liberos, & ad bona, & successionem bonorum defunctae, de cuius successione tractaretur. Indotatis vero volumus dotem constitui secundum quantitatem patrimonii defunctae personae, inspecta etiam qualitate personae patris, dotandae ad arbitrium, & secundum declarationem duorum ex proximioribus consanguineis, seu affinis illius, de cuius bonis ageretur, eligendorum per Potestatem, aut Vicarium Gabelle Civitatis Caesenaese per prestationem iuramenti de bene, & recte, & secundum eorum conscientiam constituere dotem, habito respectu tam ad quantitatem patrimonii, quam ad qualitatem personae defunctae, & personae dotandae, & casu quo intra terminum praedictis assignandum, vel assignatum per alterum ex officialibus praedictis ipsi non declaraverint, vel discordes fuerint, vel fuerint in constituendo dotem, ut supra; Tunc praedicti Potestas, & Vicarius valeat, audita relatione utriusque, dotem constituere ei, vel eis, super quarum dotibus contentio foret, liberè super hoc potestatem, & arbitrium praedictis officialibus, vel eorum alteri attribuentibus, dummodo non excédant modum, & quantitatem ab altero taxatam ei, vel ab eorum alterius declaratione, qua declaratione, seu constitutione dotis facta ad instantiam personae dotatae, seu ejus legitimi Procuratoris, seu Curatoris, casu quo minor sit teneatur Potestas, & ejus Vicarius dictam declarationem, tanquam sententiam, quae transferit in rem iudicatam, cuius robur, & effectum ipso iure sortiri volumus, usque ad integram satisfactionem contra bona personae defunctae ad effectum demandare, ordine juris, vel statutorum aliquo non servato, quo facilis fieri suas mulieres consequantur, & hanc declarationem heri volumus tempore, quo dictae feminae fuerint nubilis aetatis, usque ad quam aetatem volumus in domo defuncti, seu defunctae personae alimentari secundum qualitatem personae, & patrimonii facultate inspecta. Et praedicta omnia vindicant sibi locum in bonis quibuscumque personae defunctae propriis, & emphyteuticis, & adventitiis à persona defuncta tantum acquisitis; à praecedentibus vero suis per se tantum, ut se, filios & nepotibus acquisitis, etiam si ex forma juris, concessione emphyteutica ipse feminae includerentur, a quibus omnino feminas praedictas privamus, & ab his excludimus. Et omni iure, seu actione contra bona praedicta ipso iure remotas esse volumus, & advenire ad masculini sexus liberos tantummodo, ut supra. Insuper praedictis adiciendo, statuimus, quod unusquisque pater, avus, & proavus, extantibus filiis, seu liberis ex uno, pluribusque, seu diversis matrimoniis, possit, & valeat ex bonis suis quibuscumque propriis, seu emphyteuticis à se, vel à predecessore suo, vel alio quocumque modo, & qualitercumque, pro se tantum, vel se, & filiis, ut supra acquisitis plenè pro libito voluntatis disponente inter filios, & liberos, dividendo, dando, instituendo, substituendo, & fidei committendo, seu alio quocumque modo, seu quocumque titulo in quibusvis ultimis voluntatibus, contractibus inter vivos, vel donationibus causa mortis, non obstante aliquo iure, statuto, seu ordine in contrarium facientibus, & maxime statuto situato sub rubrica. Quod extantibus filiis ex primo matrimonio mulier &c. Quod statutum corrigere intendimus ex nunc per praesens statutum ad finem sui, ubi dicta mulier extendebatur ad viros, quos per praesens statutum reponimus in eorum libero primario arbitrio, attribuentibus eis plenam, & liberam facultatem disponenti inter vivos, & in quibuscumque ultimis voluntatibus eorum de bonis quibuscumque suis, & quod ultra ipsorum virorum dispositiones, nihil aliud possit peti, vel intentari ratione aliquis legitimae, vel alia quavis causa, quae excogitari, vel imaginari potest, ut supra. Et in fine illius statuti ibi; ac idem intelligatur de viro, & observetur, removemus ex nunc totaliter, & annullamus, & omni ejus robore, & validitate privamus illud totaliter quoad mentem, & effectum cessamus, & pro casto, & nullo haberi volumus, & mandamus, imponentes etiam filiabus quibuscumque ex primo, vel aliis pluribus matrimoniis natis, vel nascituris, si dotatae fuerint in testamentis, vel aliis ultimis voluntatibus parentum suorum, aut in vita eorumdem perpetuum silentium contra eorum bona ratione legitimae iure naturae, vel debiti bonorum subsidii ejus, quod potest quomodolibet eis competere, à quibus omnino excludimus, & pro exclusis haberi volumus ipso iure, tam à petitione ipsius legitimae, quam etiam quorumcumque aliorum bonorum priorum defunctae personae, aut emphyteutorum à quibuscumque acquisitionum, ut supra decedentibus ab intestato, ut dictum est. Indotatae vero constitui dotem volumus, ut supra in primo statuto declaratum exit, cum ad defunctorum filiorum sine liberis ab intestato successione matris, seu aviae per lineam maternam ascendentes una cum fratribus, & sororibus utriusque personae defunctae conjunctis secundum gradum proximitatis succedant quondam defunctorum ad familiarum extraneam domos alienas devenerunt, superinde opportunè providentes statuendo sancimus, quod si quis ex filiis primi, seu alterius matrimonii sine liberis fratribus utrinque conjunctis, aut fratrum praedictorum filiis, & ex matre, seu ejus linea ascendentes superstitibus ab intestato decesserint matre, & avia secundis nuptis deductis, fratres, fratrumque filii, & liberi secundum iura tantummodo succedant, matre, & avia seu per earum lineam alia persona descendentes, ab omni successione, & debito iure naturae bonorum defunctorum ipso iure exclusis. Quos durante secundo matrimonio, vel ulteriori ab omni commodo, & possessione, seu petitione portionis alterius suorum filiorum, seu liberorum praemortui, quodcumque ab intestato personae defunctae, quomodocumque eis, vel alteri eorum debita privamus. Si vero à secundo, vel ulteriori matrimonio, matres supra scriptae se abstinerunt, vel post praedictas nuptias viduae sint, tunc volumus ad debitum sibi in bonis filiorum praemortuorum debita portione succedere, & in bonis illius, & frui donec vixerint, & vitam vidualem duxerint, & dimidia vitae suae cum vidua maritorum, & aviis perfrueat, possessionem, & usufructum tantummodo dictarum rerum, pro sibi debita portione, concedimus, omnia, & ejus praedicta bona alienanda, quomodolibet extraneam personam, vel successionem alterius matrimonii conjunctionem susceperit, succumbant, remota facultate, sublata potestate alienandi, seu aliter transferendi in aliquas personas, praeterquam in filios, & liberos ex eo matrimonio, ex quo, seu cuius facultatibus praedicta persona proventa sit, inter quos tantummodo eis liberam facultatem, potestatem, & dignissimum puta verint reservamus, quod si nulla matre, aut avia, aut alia ex linea materna condito testamento decesserit, tunc volumus omnia quaecumque bona ad eas perventa ex successione praedictis remitti, & reverti ipso iure cum omni proprietate ad superstites filios, & liberos, ex matrimonio, à cuius facultatibus perventa sint; In quibus eas volumus tantummodo succedere defuncta matre, aut avia, secundum quod iura distribuunt praelatione, seu gradus praerogativa inter eos servata &c.

C I N G U L I,

Que est Terra sub Gubernio Maceratae.

PARTICULA LIV.

De Muliere dotata Rubr. 40.

Item statuimus, & ordinamus, quod si mulier reperitur dotata à patre, vel à matre, vel à fratribus, vel sororibus, vel ab aliquo iporum, ab intestato non succedat eis, nec alicui iporum, singula singulis referendo in eorum gradu existentibus, & ad bona paterna, materna, vel fraterna nullum habeat regressum contra fratres, vel sorores, vel legitimos, seu praecedentes causam ab eis, nisi

nisi ad tantum, quantum, quod pater, vel mater, aut aliquis praedictorum in ultima voluntate, vel aliter sibi reliquerit, vel concesserit ultra dotem, sed si mulier dotata sua dote deberet aliquid habere à praedictis personis, omni solemnitate juris omissa, eos cogat Potestas sibi satisfacere ostenso instrumento dotali ad petitionem ipsius dotatae, & hoc locum habeat in praeteritis, praesentibus, & futuris.

Aliud decretum, seu reformatio Communitatis dictae Terrae super intestatis successioneibus.

Item statuimus, & ordinamus, che quando occorresse, che alcuno mancasse, o morisse ab intestato, & avete figliuoli maschi, e femine, che le dette femine non succedano per la rata dell' eredità, ma che siano dotate secondo la condizione della loro famiglia, o casa, e quando non avesse ne figliuoli, ne figlia, detta eredità succeda alli maschi del ceppo della casa. Placet, dummodo filiae feminae fuerint congrue, & competenter dotatae, & quod filiis, vel filiabus non existentibus, neque matre, alii masculi de cippo admittantur.

C I T E R N Æ.

Terræ sub Gubernio Civitatis Castell.

PARTICULA LV.

De successioneibus ab intestato Cap. 47.

Statuimus, & ordinamus, quod si aliquis ab intestato decesserit, siquidem ipse decedens, & mortuus fuerit pater, avus, vel proavus, succedant tali decedenti masculi descendentes ex eis, vel quolibet iporum per lineam masculinam, filiae feminae, descendentesque ipsorum, si remansissent masculi, vel plures non possint succedere, & si decedens fuerit mater, avia, vel proavia, similiter feminae, & descendentes ipsorum non possint succedere super dictis superstitibus masculis, & in quolibet casuum praedictorum mulieres ipsae si dotatae non essent, debeant congrue dotari facultate, & bonis dictae hereditatis, de qua ageretur, arbitrio duorum magis idoneorum consanguineorum. Et si dictae feminae non dotarentur, possint ipsae eadem petere bona illius hereditatis, & habere, & tenere usquequo fuerint congrue dotatae, non obstante aliqua alienatione de bonis hereditatis praedictae. Et si frater nollet maritare sororem, aut eam vellet maritare indecenter, vel ad eam maritandam esset inhabilis, quod tunc duo ex proximioribus consanguineis iporum, unus ex latere paterno, alius vero ex latere materno debeant eam maritare secundum facultatem patrimonii, & si ipsi duo concordēs non essent, eligatur tertius per Priores Fratemitatis S. Mariae, & duo ex dictis tribus possint secundum facultatem patrimonii eam liberè maritare, & dotem constituere, & frater praedictus non possit aliquid opponere, vel contravenire ad id, quod factum fuerit per dictos Priores. Et fiat electio dictorum consanguineorum, & tertii ad petitionem cuiuscumque concurrentis dictae feminae praedictae narrantis, & petentis coram D. Vicario; Si vero superfuerint tantum feminae descendentes, vel masculi descendentes ex femina, una simul succedant omnes dotatae, & non dotatae, & filii, vel nepotes earum secundum formam juris, dum tamen dotes conferantur illarum, vel earum, in quatuor locum succedant. Si vero fuerit filius, vel filia, nepos, vel neptis, pronepos, vel proneptis, vel alia persona descendens, qui, vel quae decesserit ab intestato, & qui, vel quae non habuerint descendentes, succedant ascendentes per lineam masculinam una cum fratribus defuncti, vel filiis fratris masculi, si superfuerint, & in eo casu tantum, quo ex persona defuncta superesset mater, & patruus, mater possit succedere in quarta parte hereditatis personae mortuae, & in residuis tribus partibus succedat patruus, five zius paternus, vel filius, five filii patruus, five fratres patruales, & fratres patruales, unus, vel plures, prout erunt, & extant, qui si concurrant cum patruo, vel patruis, succedant in sibi, & non in capita. Item advertentes, qualiter in versiculo dicti capituli incipiente. Et mortuo fratre &c. implicatur aliqua varietas, ut evitentur interpretaciones decreverunt forem excludi, ut in dicto capitulo, & versic. Si extiterit frater utrinque conjunctus, vel ex latere patris tantum ipsius defuncti, qui sit legitimus, & naturalis ob existentiam fratris uterini tantum, noluerit forem excludi. Addentes, quod quemadmodum patruus excludit forem, excepta quarta parte ab hereditate fratris ab intestato sine liberis defuncti, ita & fratres patruales forem excludant in omnibus, & per omnia, excepta quarta parte; declarantes, quod appellatione fratris secundum adjuncta in hoc capitulo non comprehendatur frater patruelis, nisi expresse dicatur.

CIVITATIS CASTELLI,
SIVE
TIPHERNATENSIS CIVITATIS.
PARTICULA LVI.

De successione ab intestato; Cap. 46. lib. 2.

Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquis ab intestato deceaserit, siquidem fuerit pater, mater, avus, avia, proavus, proavia, vel alii ascendentes succedant tali decedenti masculi descendentes ex eo per lineam masculinam; foeminae vero descendentes si sunt dotatae superstitibus masculis descendentes ex tali decedenti ab intestato per lineam masculinam, vel aliquo ipsorum in aliquo non succedant; si vero dotatae non essent, dotentur de bonis, de cuius hereditate agitur, arbitrio duorum magis idoneorum consanguineorum, aut succedant in portione hereditatis sibi de iure competenti, & hoc sit in electione dictorum masculorum superstitum, si vero superstitum tantum foeminae descendentes, vel masculi descendentes ex foeminis, vel una simul succedant omnes dotatae, & non dotatae, & filii, vel nepotes earum secundum formam juris, dum tamen dotes conferantur earum, vel illarum, in quarum loco succedunt. Si vero fuerit filius, vel filia, nepos, vel neptis, pronepos, vel proneptis, vel alia persona descendens, qui, vel quae deceaserit ab intestato, & qui, vel quae non habuit descendentes, succedant ascendentes per lineam masculinam, unam cum fratribus defuncti, vel filiis fratris masculi, si superstitum, secundum formam juris, fororibus exclusis, si vero fuerit frater, vel foror, qui, vel quae deceaserit ab intestato, non superviventibus descendentes, vel ascendentes, volentibus succedere, ut supra, succedant fratres masculi consanguinei, & filii masculi utrinque conjuncti, si sunt, & si non sunt, succedant masculi fratres consanguinei & filii masculi dictorum fratrum consanguineorum tantum, & si non superstitum, succedant patri, & filii masculi patruorum fororibus exclusis, & matre, & avo materno, & avia materna, & omnibus aliis antecessoribus tali decedenti ex latere matris, & si praedicto decedenti non superstitum descendentes, vel ascendentes, vel collaterales praedicti, ut dictum est, succedant alii antecessores secundum formam juris communis. Declarantes, quod quoad praedicta foemina intelligatur dotata, si dos fuerit pro ea soluta, vel promissa, & vel eidem in testamento, vel alia voluntate assignata ab aliquo praedictorum.

Addentes, quod praesens statutum locum habeat in infante, pupillo, & furioso, qui inhabiles ad testandum deceaserint, ut eorum successiones, secundum formam praesentis statuti devolvantur, & talis additio ad futura tantum locum sibi vendicat.

CIVITATIS NOVÆ,
Terræ B. in Provincia Marchiæ.

PARTICULA LVII.
De testamentis, de successione ab intestato, & de muliere dotata Rubr. 28. lib. 2.

Testamentum etiam nuncupativum, non valeat ipso iure, etiam quoad legata, & fideicommissa, si in eo non fieret expressa mentio de debente institui, vel exheredari per talem testatorem, etiam si dicto testamento esset adjecta clausula codicillaris, vel cuiuscumque alterius ultimæ voluntatis, quæ clausula habeatur pro non adjecta, & ipso iure non valeat. Et praesumatur dictum testatorem ignorasse vivere, vel in ventre esse, vel in memoria non habuisse debentem per ipsum institui, vel exheredari, quæ praesumptio fit juris, & de iure, nisi in dicto testamento esset praeterita persona, quæ secundum formam praesentis statuti esset exclusa à successione ab intestato ejus si non fecisset testamentum, & si in dicto testamento essent scripti haeredes agnati usque in secundum gradum inclusi, vel habitores in terra Civitanovæ, vel ejus districtu, vel promittentis infra annum, cum idoneo fidejussore perpetuo in dicta Terra habitare, sub pœna centum librarum, & in conscriptione omnium dictorum bonorum, ex nunc dicto communi, & non aliæ personæ. Ubi vero essent scriptæ aliæ personæ, quàm dicti agnati, quoad alias personas dictum testamentum non valeat, sed in locum dictarum aliarum personarum admittatur dicta persona praeterita exclusa à successione ab intestato ejus, qui fecit testamentum vigore praesentis statuti. Denique si in testamento ali-

quo esset facta aliqua substitutio filio, vel filiae impuberi, vel deinceps per quaecumque verba directa, vel obliqua, vel communia per potentem facere substitutionem pupillarem, praesumatur de iure fuisse, & esse voluntatem, & mentem dicti testatoris voluisse facere substitutionem expressam pupillarem infra tempus pupillaris ætatis, & ut expressa pupillaris debeat censeri, & iudicari, & isto casu dicta verba directa, obliqua, vel communia, vigore praesentis legis trahantur ad directam, & expressam substitutionem pupillarem durante dicta pupillari ætate. Infra per agnati masculi, usque in secundum gradum inclusive habitores in dicta Terra, vel in ejus districtu, in successione ab intestato propriè, vel impropriè alterius agnati, vel agnatæ, ex qua non remanserunt descendentes, praesentantur cognatis, & foeminis, donec dicti agnati, vel masculi descendentes ex eis per lineam masculinam extiterint. Dummodo dicti agnati fuerint dictæ hereditatis capaces, & dictæ hereditati se immiscuerint, vel adiverint dictam hereditatem, aliqui dictæ personæ exclusæ habeantur pro non exclusis. Ubi vero talis persona exclusæ à dicta successione esset dotata ab illa persona, à cuius successione excluditur, tunc talis persona, & ejus descendentes sint contenti, seu contentæ dicta dote, donec dictæ personæ excludentes ipsam, & ipsius descendentes masculi per lineam extiterint. Et intelligatur mulier dotata quando fuit etiam dos promissa, relicta, satisfacta, vel aliter constituta; sed si dicta persona exclusæ non fuisset dotata ab illa persona, à cuius hereditate excluditur, sed de iure communi deberet de dicta hereditate ad minus habere legitimam, tunc talis persona exclusæ pro ejus legitima debeat habere sextam partem hereditatis praedictæ dividendam aequali portione inter omnes debentes habere dictam legitimam, deducto ære alieno, & funeris impensa. Et si dicta legitima superius descripta non fuisset dictæ personæ exclusæ pro dote, vel pro alimentis, constituantur sibi alimenta vel dos, secundum declarationem fiendam per Rectorem, vel per Judicem cum duobus agnatis, vel cognatis, vel vicinis dictæ personæ exclusæ summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii omni solemnitate juris ommissa, vel non servata, quibuscumque diebus etiam feriatis in honore Dei, & in omni loco, dummodo non sit de excludentibus dictam personam à dicta successione quorum sententiæ, & declarationi, dicta persona excludens stare tacita, & contenta teneatur, sub pœna centum librarum dictæ personæ exclusæ de facto applicandarum. Et nihilominus dicta persona excludens ipso iure fit dicta successione privata, & applicetur dictæ personæ exclusæ, ac dicta persona exclusæ, non fuisset exclusæ à dicta successione. Et quod sententiarum, & declarationum fuerit per praedictos praesumatur fuisse, & esse legitime deductum, & prolatum, ac confessatum per partes. Et talis praesumptio fit juris, & de iure. Ita quod non admittatur probatio in contrarium. Si vero dicti agnati, & ipsorum descendentes per lineam masculinam deficerent, tunc tales personæ exclusæ & ipsarum descendentes admittantur ad dictam successione, à qua fuerunt exclusæ, & ac si non fuissent exclusæ & ac si per dictas personas exclusæ dicta hereditas ab initio fuisset adita, vel dictæ hereditati se immiscuissent. Et praedicta omnia vindicent sibi locum in intestabilibus, & in decedentibus sine testamento. Porro si aliqua foemina deceaserit superstitibus sibi decedentibus masculis per lineam masculinam, & foeminis ab intestato eidem succedant masculi per lineam masculinam descendentes, scilicet secundum jus commune, exclusis dictis foeminis, & ex eis descendentes, quibus debeat legitima prout supra dictum est, si non essent ab ipsa dotata, si dicti masculi capaces essent, & hereditatem praedictam adiverint, & donec dicti masculi, & descendentes ex masculis per lineam masculinam extiterint exclusi etiam dicto casu à successione dictæ foeminae ab intestato dictis agnatis. Sed si ab intestato dictæ mulieri superessent solum descendentes foeminae, vel ipsorum descendentes, tunc ille succedat secundum jus commune exclusis dictis agnatis. Sed si ex dicta foemina decedente ab intestato superstitibus filiis masculis, vel decedentibus per lineam masculinam ex ea, & foeminis, & descendentes ex eis, & dictæ foeminae essent dotatae ab ipsa tunc dictæ mulieres, & descendentes ex eis sint contentæ dicta dote, donec dicti masculi extiterint. Si vero dicti masculi, & descendentes masculi ex eis deficerent, tunc fiat, prout supra dictum est ibi. Si vero dicti agnati, & ipsorum descendentes per lineam masculinam &c. Postremo si aliqua persona decederet intestabilis, vel intestata, super-

stibus sibi dumtaxat agnatis, vel cognatis transversalibus in quartum gradum, sibi commune dictæ Terræ succedat in quarta parte hereditatis dicti decedentis. Si autem decederet nullis relictis liberis, nec agnatis, vel cognatis usque in tertium gradum inclusive, siquidem esset maritus decedens intestatus, superstiti sibi uxore, dictum Commune habeat hereditatem totam, excepto quod ipsa mulier sit usufructuaria omnium bonorum dictæ hereditatis, etiam ultra dotantem. Et est contra si esset uxor decedens ab intestato, nullis relictis liberis, nec agnatis, vel cognatis, usque ad dictum gradum inclusive, sed superstiti marito, dictum commune habeat hereditatem dictæ uxoris, sed maritus usufructum, prout supra dictum est in hereditate mariti.

CIVITATIS
PLEBIS.
PARTICULA LVIII.

De successione ab intestato, & quod foemina dotata fratribus masculis non succedat.

Cum publicæ inter sit in Terra Castri Plebis familiarum agnationumque dignitatem diu conservare, quod ex divitiarum affluentia, ac conservatione potissimum provenit, idcirco ad praesens effectum, & finem hujus statuti perpetuo valituri, ac inviolabiliter observandi dispositione ordinaverunt, & constituerunt. Quod quælibet mulier, quæ fuerit, vel erit dotata à patre, vel ab alio ascendente per lineam paternam, non possit, nec valeat ab intestato succedere alicui ex ipsis ascendentibus, sive ipse pater dotaverit, sive alius ascendens per ipsam lineam paternam nec etiam succedere possit alicui decedenti ab ascendente dotante, si alius ascendens per ipsam lineam paternam ipsam mulierem dotaverit, donec, & quoque supererit alicuius filius, vel alius descendens masculus per lineam masculinam dicti patris, vel alterius ascendens per lineam paternam dotanti. Et simili modo dotata à matre, vel aliquo de linea materna ascendente non possit succedere matri, nec ascendenti, sive descendenti per dictam lineam maternam, donec, & quoque supererit aliquis descendens ex eadem linea materna, & sic quemadmodum dotata mulier à patre, vel aliquo per lineam paternam descendente, vel ascendente excluditur à successione patris, vel aliorum à linea paterna descendentium, vel ascendentium, sicut superius dictum est, ita dotata à matre, vel ascendente à linea materna excluditur à successione matris, & aliorum de linea materna. Mulier dotata intelligatur, si ei, vel alteri pro ea fuerit aliquid datum, vel promissum, sive relictum in Testamento, vel alia ultima voluntate ab aliqua ex expressè nominatis personis, & quicquid promissum, vel relictum fuerit pro dote, & cum expressione, quod promittebatur, vel relinquebatur pro dote, id tantum doris nomine intelligatur, & habere debeant, sed si simpliciter & sine aliqua expressione, quod promittebatur, vel relinquebatur pro dote, tunc, & eo casu promissum, vel relictum in dubio pro dote promissum, & relictum esse intelligatur. Et si quantitas, vel res promissa, seu relicta pro dote, diceretur non sufficere pro congrua dotatione ipsius mulieris, tunc mulier agere possit contra fratres, & illos, qui praesentis statuti vigore eam à successione excluderent ad supplementum, usque ad dotem congruam arbitrio duorum proximiorum consanguineorum interesse non habentium, & in eorum defectu arbitrio Dominorum Priorum, qui arbitrari, & considerare debeant congruitatem doris, habito respectu ad naturam, & qualitatem temporum, consideratis viribus patrimonii, dignitate familiaris, & aliis in facto advenientibusque considerandis. Si vero mulier nullo modo dotata fuerit, tunc, & eo casu eam dotari possit arbitrio duorum proximiorum consanguineorum, vel dictorum Priorum in defectu consanguineorum, ad hoc, ut à successione mulieris excludantur & facta dicta congrua dotatione ad arbitrium consanguineorum, vel dictorum Priorum in casu, de quo supra, perinde habeatur, & sit, ac si dotata fuisset à patre, matre, vel aliquo alio ascendente per lineam paternam, vel maternam, & facta dicta declaratione congruè dotis, ei per ipsam mulierem dari debeat omnino, etiam si dicta dos, quæ congrua declarata fuerit, non ascenderet ad quantitatem legitimæ. Declarantes praeterea, quod si fratres, vel alii, qui mulierem dotare tenentur in ea dotanda negligentes fuerint, tunc & eo casu mulier ipsa secundum juris com-

munis dispositionem, praesenti statuto non obstante, succedere debeat. Negligentes autem intelligantur, si à tempore mortis patris, vel alterius dotare debentis mulierem viginti annis majorem congruè non dotaverint infra annum, minorem vero viginti annis, si per totum vigesimum annum completum non dotaverint, negligentes in dotando intelligantur. Declarantes praeterea, quod mulier expelli non possit per neminem ab hereditate, antequam nuptui tradatur propter dotationem factam, sed alimenta, & vestes congruas habere debeat. Si contigerit etiam, quod mulier dotata vidua remaneret, redire possit ad domum, & hereditatem paternam, vel ascendens. Item si quis, vel si quæ ab intestato deceaserit superstiti fratre, vel fratribus, forore, vel fororibus utrinque conjunctis, vel ex latere patris tantum, vel superstiti etiam matre, vel alio ascendente per lineam maternam mortua matre, tali descendenti matre, vel ascendens per lineam maternam in bonis ad dictum filium, vel filiam, vel ulteriorem ascendentem à patre, vel alio ascendente per lineam paternam observentis nullatenus succedat; in bonis autem aliunde quaesitis jus commune servetur; si vero aliquis ascendens sine liberis, ac etiam sine fratre, vel forore utrinque conjunctis, sive ex latere patris tantum, superstiti matre, vel ascendente per lineam maternam ipsa matre mortua, superstiti etiam patri, vel descendente masculo patri, tunc mater si exhereditata, vel ascendens per matrem ipsa matre mortua, non succedat, nisi in tertia parte hereditatis sic decedentis; in reliquis autem duabus tertiis succedat pater, seu descendens ab eo, ipso patrio non superstiti. Testamentis, & aliis ultimis voluntatibus in praemissis semper salvis.

CIVITATIS VETVLÆ
PARTICULA LIX.

Che le femine dotate, e descendenti da esse non possono succedere alli fratelli morienti senza far testamento Rub. 25.

Ancora statuimo, che la femina dotata de' beni paterni, ovvero materni ipsa, e decedenti da lei, ovvero altro suo successore non possano domandare alcuna cosa dalli fratelli carnali nati da quello proprio matrimonio, ovvero da' nepoti nati da essi de' loro beni, ne fornar ad parte con essi, ne alcuna cosa domandare ab intestato, e se fosse morto lo padre senza testamento, ne possa domandare la parte della dote della sua madre alli fratelli carnali nati d' un padre, e di una madre, e questo intendemo similmente nelli beni dell' avo, e del bisavo, e delli ulteriori nipoti, & nipote femine nate di una figliuola congiunta de uno proprio padre, e di una madre, come ho detto, reservata la legitima per ragione di natura, computata la dote in tutti li casi sopradetti &c.

COLLIS
MARCHESII.

Castri sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA LX.

Che le Donne non possano succedere Cap. 6.

Statuiamo ancora, & ordiniamo, che se alcuna Donna del detto Castello, e suo ristretto sarà dotata d' alcuno suo consanguineo paterno, o materno, non possa per l' avvenire dimandare altro, o avere delli beni con alcuno suo consanguineo paterno, o materno non possa succedere per l' avvenire à nessuno di detti sui consanguinei ab intestato in alcuno de' loro beni, ma debbia stare tacita, & contentata della dote promessali, & questo volemo, che habbia loco nel passato, nel presente, e nel futuro, non obstante leggi, e statuti, capitoli, o riformanze, che facessero in contrario &c.

COLLESTATIS,

Terræ B. sub Gubernio Umbræ.

Quod mulier dotata non possit succedere ab intestato, pag. 22.

Item statuimus, & ordinamus, quod nulla mulier dotata, vel descendens ex ea possit pervenire ad successione nem ab intestato patris, matris, fororis, & fratris, & si pater habuerit filios masculos legitimos, & naturales descendentes ex masculis; & hoc locum habeat tam de successione patris, quàm de materna, & sit de sua dote tantum contenta, & ultra

& ultra suam dotem aliquid de bonis paternis, maternis, fororibus, & fraternis habere non possit, & hoc locum habeat in presentibus praeferentibus & futuris.

Ejusdem Statuti. *De descendentes intestatis n. 31.*

Item statuimus, & ordinamus quatenus, si quis defecerit intestatus, sine filiis legitimis, vel filiabus ex legitimo, vel ortis, quatenus bona paterna succedant propinquioribus consanguineis sui cippi ex parte patris usque in quartum gradum, & bona materna eodem modo succedant propinquioribus ex parte matris.

CORANÆ Civitatis.
PARTICULA LXII.

Quod mulier dotata patri, & matri ab intestato decedentibus cum fratribus non succedat lib. 2. cap. 20.

Statuimus, & ordinamus, quod filia femina dotata stantibus masculis, patri, & matri ab intestato defunctis non succedat, nec succedere possit, seu ipsi tantum filii masculi patri, & matri ab intestato defunctis succedat in omnibus bonis eorum, exclusa femina dotata, quæ dote sua volumus, quod sit contenta, sive fuerit dotata à patre, vel à matre, sive ex bonis communibus utriusque, & quod diximus de filia femina, idem dicimus de eius filiis ea defuncta stantibus masculis supradictis. Ex testamento vero possit dicta filia femina stantibus masculis, patri, & matri succedere æqualiter vel inæqualiter iure institutionis, vel legati, prout ipsi parentes voluerint, teneatur tamen cum fratribus dotem conferre juxta formam juris, quando una cum eis succedit ex testamento, nisi in eorum testamento contrarium senserint parentes tacite, vel expresse.

CORNALDI,
Terræ sub Gubernio Marchiæ,
PARTICULA LXIII.

*Quod filia femina, donec masculi superfuerint non succedant, sed dotentur.
Rubr. 36. lib. 2.*

Ut familiarum dignitates perpetuentur necessarium fore duximus, quod divitiæ, & honor ad alienas familias non pertrahantur. Cùm igitur per masculos majorum imago representetur, ad statuendum nos duxit, quod stantibus masculis per lineam directam, descendentes ex legitimo matrimonio in infinitum filia femina, seu descendentes ab eis per directam lineam in infinitum non succedant, vel succedere valeant nullo condito testamento in bonis, sive hæreditatis patris, sive matris, avi, vel aliorum ascendendum per directam lineam, donec, & quousque tales masculi superfuerint, dum tamen fuerint congruenter dotatæ, vel dotentur ab excludere volente. Et sufficiat si ab altero prædictorum dotatæ fuerint, ut supra, vel dotentur ut ab omnium prædictorum hæreditatibus excludantur; quæ quidem dos intelligatur congrua si ascenderit ad valorem legitimæ, & plus, prout consuetudo familiaris, sive personarum conditio, sive facultas exegerit, cum iudicio semper, & consensu duorum proximiorum consanguineorum non habentium interesse in ipsa hæreditate. Et ipsi masculi volentes excludere feminas infra mensem à die mortis illius, cui succedere intendunt, teneantur conficere inventarium omnium, & quorumcumque bonorum ipsius, adhuc ne ipsæ feminae dotandæ aliquo modo in dictis bonis defraudari possint. Et adveniente casu ipsarum viduitatis possint redire ad domum paternam, vel alterius personæ defunctæ, de cuius bonis dotata fuerint, & ibi conferendo dotes suas habeant, & habere debeant opportuna alimenta, victum, & vestitum, secundum facultatem hæreditatis personæ defunctæ, donec viduæ permanserint. Si vero quæreretur de linea transversali, quæ concurrerit cum linea ascendenti, hoc est cum quæreretur de hæreditate patris, seu fororis, vel ipsarum filii, superstitis aliquo de transversalibus masculis, & eorum filii per directam lineam, superstitis forore, sive fororibus, vel eorum filii, vel descendentes ex eis, ac etiam superstitis matre vel altera ipsarum, vel descendentes ex eis: tunc, & eo casu admittatur frater masculus, & eorum filii masculi utrinque conjuncti, exclusa sorore, & matre simul, ac etiam qualibet ipsarum sola descendentes ex eis, donec, & quando masculi superfuerint. Si vero aliqui defuncto (nullo condito testamento) superfuerint

patruus, seu patruus, viva tamen matre sola existente, in prima causa successione, nulla alia persona concurrat cum matre ad talem & successionem, tunc talis mater, & succedere valeat in usufructu talis filii, donec vixerit: patruus vero solus, & non ultra ejus filii in proprietate, & sic talis mater excludatur à solo patruo, quoad dictam proprietatem, donec dictus patruus vixerit, & non ultra, imo ipso mortuo redeat ad ipsam matrem superstitem. Volentes etiam avum maternum, avunculum, & alios quoscumque masculos ex eis, vel alios ex latere materno in infinitum descendentes excludi etiam ab avo paterno, proavo aliisque quibuscumque masculis, aut ex eis, vel aliis in infinitum descendentes, quos omnes prædictis ex latere materno præferimus, & anteponimus.

CORNETANÆ Civitatis
PARTICULA LXIV.

*Quod mulieres dotatæ, & descendentes ex eis non possint succedere cum fratribus ab intestato
Cap. 69. lib. 2.*

Item statuimus, quod mulier dotata de bonis paternis, vel maternis, ipsa, vel descendentes ex ea, vel alius ejus successor non possint aliquid petere fratribus carnalibus eodem matrimonio natis, vel nepotibus carnalibus natis ex eis, de ipsi bonis, nec ad partem redire cum eis, nec aliquid petere ab intestato, nec partem dotium matris, sive fratris carnalibus natis ex utroque parente; & hoc idem intelligimus in bonis avi, & proavi, & ulteriorum nepotum, & pronepotum natis ex filia conjuncta ex utroque parente, ut dictum est, reservata legitima jure naturæ: computata dote in omnibus casibus supradictis. Item non possint mulieres dotatæ, ut supra, succedere fratribus carnalibus, veleorum nepotibus ex fratre, vel fratribus natis, donec supererit aliquis ex fratribus: aut nepotibus, aut pronepotibus masculini sexus. Et hoc fecimus, ut divitiæ conserventur in stipite Domus, & locum habeant in presentibus, & futuris.

COTIGNOLÆ,
Quæ est Terra sub Legatione Ferrariæ.
PARTICULA LXV.
De successione ab intestato.

Statuimus, & ordinamus: ut extantibus masculis legitimis, & naturalibus, usque ad quartum gradum, femina non succedat ab intestato: sed contentæ remaneant dote eis deputata secundum facultatem patrimonii, & non possint ulterius petere de bonis paternis, vel maternis occasione legitimæ, vel alia occasione &c.

EUGUBINÆ Civitatis
PARTICULA LXVI.

*Quod stantibus masculis femina non succedant
Rubr. 62.*

Foeminae ab avo, avia, patre, matre, vel fratre, donec, & quousque masculi superfuerint per lineam directam in infinitum descendentes ab intestato succedere non possint, nec agere ad legitimam, vel ejus supplementum, aut congruam dotem, nec aliquid alio jure valeant habere regressum ad bona, sive hæreditatem prædictorum, ita quod ab uno tantum ipsorum, vel ipsarum dotatæ, ab omnium supranominatorum hæreditate exclusæ censeantur, & earum dotibus contentæ nullo modo reclamare valeant, sed in dictis bonis, & hereditate masculi tantum juxta gradus prærogativam integræ, & plenariæ succedant. Quod si dictæ feminae ab avo, vel avia, patre, vel matre maritata, & dotatæ non fuerint, vel per eodem in ultima voluntate dos eis constituta non sit, teneantur patres, fratres, sive nepotes cum effectu congruè dotare amittant, sororem, sive neptem inspecta qualitate personarum, patrimonii, & consuetudinis earum domus, adhibitis etiam ad hæc duobus proximioribus consanguineis, qui nullum prorsus in dictis bonis habeant interesse, alioquin ad dicta bona pro virili admittatur.

Si vero dictæ feminae pervenerint ad viduitatem, tunc reverti valeant ad domum paternam, sive fraternam, & ibidem conferendo fructus suarum dotium, habeant vestes, & congrua alimenta secundum qualitatem domus. Quod si dictæ feminae dotatæ, vel non dotatæ aut earum aliqua sine filiis ab intestato decedant,

ant, vel decedat, alia sorores, vel neptes in ejus, vel earum bonis nullatenus admittantur, sed earum patruus, fratres, & nepotes proximiores in gradu admitti debeant.

Addentes etiam, quod deficientibus masculis, eorum filia femina in bonis, & hereditate defuncti succedat, exclusis aliis feminis in gradu superiori, quod si illæ etiam sine filiis decesserint, tunc, & eo casu dictæ feminae in gradu superiori, ut supra exclusæ, ad dicta bona omnino reverti, & admitti debeant.

Declarantes, quod licet dictis masculis de prædictis bonis, tam inter vivos, quam in ultima voluntate liberè disponere, & in casu dispositionis, talis reintegratio non admittatur.

FABRIANI,

Quod est magnum Oppidum Provinciæ Marchiæ.
PARTICULA LXVII.
*De successione illorum, qui decedunt intestati
Cap. 64. fol. 40.*

Cum juris ratio multis casibus masculinum sexum præferat feminino, & eum dignorem reputet, pro bono, & utilitate Communis provida deliberatione duximus statuendum, quod si quem patrem familiam de Fabriano, vel de ejus districtu mori contigerit, nullo condito testamento, ex eo fratres, & sorores filii defuncti ad hæreditatem paternam successione nequaquam æqualiter admittantur, sed filia quidem, vel filia solum ad medietatem omnium admittantur; quæ essent, vel esset habitura, vel habituræ ab intestato. Masculus vero, seu masculi ad totum residuum admittantur, vel admittatur, ut alia jura volunt; Quod dictum est de femina exaudiatur ita demum, & ad medietatem admittatur prædictam, si nullam dotem habuisset de bonis paternis, neque per partem dos aliqua promissa reperiretur, alias si dotem habuisset, vel alias dos pro ea promissa fuisset per partem, illa solum habere possit, vel petere, & nil aliud in bonis paternis; & Potestas, & Judex, qui pro tempore fuerint, unumquemque masculorum, & feminarum in parte sibi contingente secundum formam prædictam, si superstitierint filii unus, vel plures, seu nepos, vel neptes, vel nepotes ex filio nati ex legitimo matrimonio, ac etiam filia una, vel plures debeant fovere, & defendere pleno jure, & si fuerit negligens, vel remissus solvat centum libras; ita quod cum effectu deviniant in Commune.

Ejusdem Statuti. *Quod filia dotata sit dote contentæ, nec ad bona paterna, vel materna regressum habent cap. 63.*

Cum jura fuerant voluntates Testatorum observari, præfenti lege firmamus, quod si quis pater familias decesserit, vel in futurum decederet condito Testamento, & ex eo remanserint filii legitimi masculi, unus, vel plures, vel nepos, seu nepotes legitimi ex filio legitimo masculino, & extante filia, vel filia femina ex filia, vel filia femina nepotes, vel neptes, quæ nuptæ essent, vel non nuptæ, non possint in bonis paternis, vel avitis aliquid petere ratione debiti jure naturæ, ultra id, quod esset jam datum in dote, vel ultra id, quod esset relictum in dicto Testamento; & quod mulier maritata, & dotata non possit contra fratres carnales aliquo modo amplius petere, nisi quantum sibi fuerit relictum in testamento de bonis paternis, vel maternis &c.

FANENSIS Civitatis.
PARTICULA LXVIII.

Quod extantibus masculis, ab intestato femina non succedant cap. 65.

Favore familiarum, & agnationum conservandorum statuimus, quod deinceps nulla femina sine expressa voluntate ei, de cuius successione agetur, succedat patri, avo, vel proavo paternis ab intestato, superstitis aliquo filio masculino, & ex masculis dicti avi, seu proavi, uno, vel pluribus agnatis legitimis, & naturalibus ipsius defuncti laicis Civibus Phani, & habitatoribus Civitatis prædictæ, vel ejus Comitatus tempore mortis ejus, de cuius successione tractabitur, & de jure communi tunc succedere valentibus, & actu succedentibus, ipsa tamen femina exclusæ propter masculos; ut supra, si non est legitime dota-

ta per defunctum, de cuius successione agetur, debet legitime dotari per ipsum, vel ipsos masculos ipsam excludentes. Et intelligatur legitime dotata per defunctum, vel dotanda per masculos succedentes, si habeat legitimam ejus, quod habitura esset ab intestato in successione ipsius defuncti ex bonis ipsius, vel masculorum excludentium, & si non habeat tantum, debeat suppleri usque ad legitimam prædictam per ipsos masculos succedentes, & Potestas, & ejus Vicarius, & alius quilibet, ad quem jurisdictionio in futurum spectaret habeat in dicta dote constituenda, danda, supplenda, & assignanda cum effectu, ut supra, liberum arbitrium procedendi, pronuntiandi, & exequendi summarie, de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola veritate inspecta, etiam ex officio, præfentis auctoritate statuti, & prædicta locum habeant in præfentis, presentibus, & futuris.

Ejusdem Statuti. *De successione ab intestato, & instabili cap. 66.*

Quia Republicæ interest, ut cippus domus conservetur, ne omnis masculorum labor inter extraneos lares dividatur, domusque destruat: Et plerumque homines deveniant ad inopiam, divitiisque amittant, quibus deperditis fordescit dignitas familiarum: Idcirco in successione ab intestato, vel sine testamento, & instabilem tale jus servetur, quod filia femina, & descendentes ab eis non possint ab intestato succedere patri, avo, vel proavo, si ex eis, aut aliquo eorum remanserint unus filius masculus, sive plures, aut nepotes masculi, unus, vel plures nati ex filio, vel filii ipsius mortui: Et matrem, aviam, vel proaviam mortuam non possint ab intestato succedere feminae, aut descendentes earum, si remanserint filii masculi, unus, vel plures, aut nepotes masculi, unus, vel plures nati ex filio, seu filii personæ præmortuæ descendentes ab ipsa matre avia, vel proavia, sed in quolibet casuum prædictorum mulieres illæ si dotatæ non essent, debeant congruè dotari, secundum facultatem patrimonii, & personarum qualitate: Et si ipsæ feminae non dotarentur congruè, possint ab herede petere bona illius hæreditatis, & ea habere, & tenere quousque fuerint congruè dotatæ, non obstant aliquo alienatione facta de bonis hæreditatis prædictæ, & si frater nollet maritare sororem, aut eandem vellet maritare incongruè, vel incidenter, vel ad eam maritandum esset inhabiles, tunc duo ex proximioribus consanguineis ipsorum, unus videlicet ex latere paterno, & alius ex latere materno debeant eandem maritare secundum facultatem patrimonii, & qualitatem personarum; & si ipsi concordēs non essent, eligatur tertius per Vicarium Potestatis, vel per ipsum Potestatem, qui per tempora fuerit, & duo ex dictis tribus possint secundum facultatem patrimonii eandem liberè maritare, & dotem constituere; & contra id, quod factum fuerit per ipsos, frater non possit venire, vel aliquid opponere aliqua ratione, vel causa, & fiat electio dictorum duorum consanguineorum, & tertii ad petitionem jusculumque conjuncti dictæ feminae prædictæ narrantis, & petentis coram dicto D. Vicario. Item, quod mortuo patre ab intestato si remanserint filia femina personæ mortuæ, & remanserint fratres carnales dictæ personæ defunctæ, unus, vel plures, tunc filia femina, & dicti fratres carnales succedant, & succedere debeant æqualiter, & viriliter in bonis, & hereditate dictæ personæ defunctæ; Item mater, & conjuncti ex latere materno tantum non possint ab intestato venire ad successionem filii, vel filia, vel eorum descendendum si remanserint filius, frater, vel soror personæ mortuæ; aut filius fratris, vel filius fororis, aut patruus, vel frater patruelis, unus, vel plures ex latere paterno personæ defunctæ. Et in eo casu tamen, quo ex persona defuncta superesset mater, & patruus, mater possit succedere in quarta parte hæreditatis personæ mortuæ, & in residuis tribus partibus succedat patruus, sive zius paternus, vel filius, sive filii patris, seu fratres patruelis, & mortuo fratre ab intestato, sorores succedere non possint, si remanserint unus frater carnalis, vel plures ex latere paterno, & materno, vel saltem paterno, aut filii ipsius fratris: Et sorores si maritate non essent in aliquo supradictorum casuum, debeant congruè dotari de bonis fratris defuncti, prout superius de alijs dictum est, & idem servetur in fororibus ab intestato decedentibus, item si remanserint patruus personæ defunctæ, sorores ipsius defunctæ, solum in quarta parte defuncti fratris succedant, etiam si dotatæ essent; si autem dotatæ non essent debeant congruè dotari, prout superius dictum est; & debeant filii, & nepotes, & alii successores, quan-

quando ex persona defuncti essent fœminæ dotandæ, secundum formam supradictam ex bonis defuncti facere inventarium omnium bonorum patris, & matris, avi, aviæ, proavi seu proaviæ, vel alterius personæ, cui successerint; ad hoc ut dictæ filiæ sorores, aut nepotes, vel aliz fœminæ dotandæ ex bonis defuncti non possint in aliquo defraudari, & illud inventarium dicti successores facere teneatur infra mensem à die mortis defuncti, cui successerint: & si dictæ fœminæ dotatæ essent secundum formam præsentis statuti non habeant ulterius regressum ad bona paterna, seu matris occasione suæ legitimæ, vel alterius successione ab intestato, extantibus aliis, qui succedere possint secundum formam statuti loquentis de successione ab intestato supradictam, sed debeant earum dotibus stare contentæ, & tacite, & in cæteris casibus præsentis statuti non expressis, neque specificatis servetur jus commune, non obstante, quod in hoc statuto expressa sit ratio, cujus vigore volumus aliquam fieri extensionem ad casus non expressos. Et prædicta locum habeant in futuris, & in personis de novo decedentibus.

FAVENTINÆ Civitatis.

PARTICULA LXIX.

Qualiter descendentes ab intestato succedant Rubr. 27. lib. 3.

Statuimus, & ordinamus, quod cuicumque ab intestato decedenti succedant filii masculi, vel ex eis nepotes, & deinceps descendentes masculi ex eis, & ad eos hæreditas universa pertineat, exclusis penitus filiabus, vel ex filiis neptibus, & ex eis deinceps descendentes masculis, vel fœminis; Teneatur tamen tales filii succedentes ipsas filias, vel ex filiis neptes, nuptas, vel innuptas usque ad traditionem ad domum viri tenere, decenter alere, ac earum curam agere, & ipsas innuptas debito tempore matrimonii copulare, cum ea dote, quam attentis facultatibus, ac sui, & agnatorum dignitate, communi etiam observantia, & consuetudine iudex cum consilio duorum ex propinquioribus declaraverit convenire, & tunc nec mulier, nec ab ea causam habentes in dicta hæreditate aliquid aliud petere possit, sed penitus, & omnino sit exclusa, ut supra; sed si supradictis præmissis, mulier incongrue ab ipsis succedentibus, & ipsam excludentibus nupta fuerit, ea dotata, possit tunc ipsa petere congruè dotis supplementum, solum usque ad quantitatem legitimæ, quæ eidem de jure communi debeatur: quo habito nec fructus, nec quidam aliud petere possit; Prædicta etiam observari volumus, si mulier non nubat, sed religionem intret, aliamve honestam eligat vitam. Declarantes, & volentes, quod si fœculares clerici soli, vel cum aliis masculis agnatis supersint tali defuncto, tunc ad successionem admittantur, & dictas fœminas, ut supra excludant, dum tamen hujusmodi successionem conservent aliis agnatis masculis gradu proximioribus, nec eam alienare valeant, seu possint quovis titulo, nec inter vivos, nec ultima voluntate, sed omnis contractus, alienatio, seu ultima voluntas aliter facta sit ipso jure nullius roboris, vel momenti Si autem extent Religiosi claustrales, beneficio talis statuti, & aliorum statutorum Faventini Communis de successione disponere nullatenus gaudeant, sed secundum juris communis dispositionem succedant. Quam declarationem volumus, & statuimus militare, & procedere, & observari in omnibus, & singulis casibus, ac successionebus quomodocumque per quavis statuta Civitatis Faventini dictis clericis delatis, seu deferendis, quæ omnia locum habere volumus in præsentibus, præteritis, & futuris &c.

Ejusdem Statuti. De successionebus Ascendentium, & Transversalium ab intestato delatis, Lib. 3. Rubr. 30.

Cupientes agnationes præservari, & augeri: hac præsentis lege in perpetuum valitura decernimus, statuimus, & ordinamus, matrem, avam maternam, aviam, amatam, materteram, sororem, neptem, mulierem aliquam, & alios etiam masculos defuncto conjunctos per lineam maternam, seu fœmininam, aut ex ipsis mulieribus, vel ab aliqua earum descendentes, & quomodolibet eidem defuncto dictis mulieribus mediantibus attinentes, non posse ab intestato modo aliquo succedere filio, filiz, fratri, sorori, nepoti, nepti, & deinceps habenti patrem, avam paternam, fratrem, seu fratres utrinque, vel ex latere patris tantum conjunctos, patruum etiam magnum, unum, vel plures, fratres patruales, seu alios agnatos masculos per rectam lineam masculinam defuncto attinentes, & conjunc-

tos usque ad quartum gradum inclusive, computandum secundum jus canonicum. Possint tamen talis mater, & aliz mulieres, & alii prædicti, ut supra exclusi, & exclusæ à stricta successione petere, & habere libras 10. Bonorum tantum pro quolibet centenario valoris hæreditatis dicti defuncti, seu defunctorum, quæ sint, & esse intelligantur pro omni legitima, quæ etiam jure naturæ sibi deberetur, & pro omni jure, quod competeret talibus mulieribus, & aliis sic exclusis, ita quod nil ultra habere possint, sed omnis via successione ab intestato eis, & eorum cuilibet sit præclusa. Quæ tamen decem pro centenario, de quibus supra, dividantur inter dictas personas exclusas æqualiter, si plures excludantur, si autem unum tantum, eidem soli assignentur, ita quod etiam si plures sint à tali successione exclusi, non possint habere, nec consequi, nisi dictas libras 10. pro quolibet centenario inter eos dividendas; ut supra. Et prædicta etiam locum habeant, & observentur in eo, qui nedom ab intestato, sed qui etiam intestabilis decefferit. Addentes tamen, & volentes, ac statuentes, quod si aliqua mulier agnatio, & cognationis dicti defuncti, à cujus successione vigore præsentis legis, & statuti sit exclusæ, seu excludi contingerit, & si pauper, & indotata, nec extant bona alicujus, in quibus possit, vel debeat dotari, tunc talis mulier sic exclusæ possit petere se dotari, & de bonis talis personæ defunctæ, à cujus successione ut supra excluditur, & tali dote contenta stare debeat, nec aliquid de bonis hæreditatis dicti defuncti, nec etiam dictas libras 10. pro centenario, de quibus supra, petere possit. Sed omnino sit exclusæ, præterquam à petitione dictæ dotis, & sit præcisum.

FERARIENSIS Civitatis.

PARTICULA LXX.

De successione ab intestato Rubr. 13. lib. 2.

Ut conservetur dignitates, & amplitudo in familia, quæ depauperatur propter fœminas transcentes, ut plurimum ad alienas familias, & ut fœminis prædictis consulari, & ut tollantur multa dubia, quæ ex antiquis statutis cum multis laboribus, & expressis in præteritum occurrerunt; statuimus, quod si quis masculus decefferit ab intestato, vel intestatus, etiam si fuerit infans, vel alias intestabilis, prima causa successione sit filiorum, aut descendentes masculi, ut filii, & successivè alii descendentes masculi succedant, exclusis filiabus, & omnibus aliis fœminis cujuscumque lineæ, & gradus, dotandis tamen, ut in statuto sequenti, si autem nulli filii, aut descendentes masculi fuerint, succedant ascendentes masculi, salva graduum prærogativa, similiter exclusis filiabus, & aliis fœminis cujuscumque lineæ, & gradus, dotandis tamen ut infra. Si verò nulli descendentes, aut ascendentes masculi fuerint, frater, vel fratres personæ defunctæ, sive utrinque conjuncti, sive consanguinei tantum, & sive consanguinei tantum soli sint, sive cum aliis existant, similiter, & omnium prædictorum fratrum filii succedant, & excludant filias, & omnes fœminas cujuscumque gradus, & lineæ, dotandas, ut infra dicitur, si dotatæ non fuerint ab aliquo, cui incumberet onus dotandi. Si autem quis decedat, nullis relictis filiis, vel descendentes, vel ascendentes masculis ex linea masculina, neque fratre, aut filiis masculis fratris, tunc agnati masculi ex linea masculina proximiores, secundum gradum prærogativam, usque ad quartum gradum inclusive, connumerando gradus secundum jus canonicum, succedant, ac preferantur filiabus, & omnibus aliis fœminis cujuscumque lineæ, & gradus, quæ tamen dotari debeant usque ad annos decem, & octo ætatis suæ inclusive, alia cadent in penam dotis duplicatæ, prout in statuto sequenti constituta tamen ei mulieri dote non minori, quàm esset legitima, si sint filiz, vel descendentes non dotatæ; Si verò dotatæ essent dote minore legitima, possint agere ad supplementum legitimæ. Aliæ verò fœminæ dotentur secundum quantitatem patrimonii, & personarum dignitatem, ac conditionem, si alias dotatæ non fuerint, aut aliunde non habuerint, quomodò decenter dotentur; à prædictis tamen excipimus matrem, aut ea non extante, aviam quibus reservari volumus usufructum legitimæ, donec tamen vidualliter vixerint. Quibus omnibus prædictis falsis, volumus, quod prædictæ fœminæ sic exclusæ non possint causa, & occasione alicujus legitimæ molestare, & inquietare masculos vocatos ad successionem per præsens statutum: declarantes tamen, quod agnati inter se succedant secundum dispositionem, & ordinationem juris civilis exce-

ceptis tamen fratribus, in quibus serventur supra disposita. Adjicientes etiam, quod si aliqua mulier maritata fuisset, nulla dote constituta ante mortem personæ, cui incubisset onus dotandi, possit petere dorem sibi constitui, non obstante etiam, quod in matrimonio fuerit constituta ipsa mulier, & prædicta locum sibi vindicent tam in bonis profanis, quàm Ecclesiasticis, & cujuscumque generis alterius; non obstante aliqua investitura, etiam in alieno Territorio existentibus.

FIRMANÆ Civitatis.

PARTICULA LXXI.

De successionebus ab intestato Rubr. 49.

Statuimus, & ordinamus, quod ad conservationem scippi domus, & familiæ, & quia per masculos familiæ nominantur, & conservantur, quod de cætero, si contingerit aliquid, vel aliquam decedere ab intestato, supersint filii descendentes, vel ascendentes, vel transversales agnatis masculis, usque in tertium gradum de jure canonico computandum, filiz fœminæ, ac etiam mater, & sorores, & omnes aliz fœminæ tam descendentes, quàm ascendentes, quàm etiam transversales, & tam de linea masculina, quàm fœminina, & omnes agnatæ fœminæ, & omnes cognati, sive masculi, sive fœminæ excludantur ab omni successione, & hæreditate sic mortis, & tam à bonis successione, & hæreditate dotantium, quàm non dotantium, & dicti masculi succedant, fœminæ verò, quas contigerit suppetere, & quas sic præmortens tenebatur dotare de jure, quæ dotatæ non essent dotentur ad declarationem Potestatis, & Priorum competentem, attenta qualitate personarum, & dignitate domus, & facultatibus patrimonii extrajudiciali informatione, abque aliquo ordine judicario: sed fœminæ non dotatæ à matre, non supersintibus filiis masculis in bonis maternis succedant in legitima, quibus masculis existentibus, in dimidia legitima succedant in dictis bonis. In dote autem servetur statutum supra de restitutione dotium, & si contingerit, matrem sic decedentis suppetere, debeat ipsa mater in bonis filii, vel aliz, seu aliorum, vel aliarum descendendum, si sine filiis decefferit, habere dimidiam partem legitimæ, & dimidiam legitimæ avia paterna, matre non existente, & intelligatur decedere intestatus, vel intestabilis in omnibus casibus præmissis, sive minor, & intestabilis decedat, sive major; Jure communi, statutis, decretis, & reformationibus, & aliis quibuscumque in contrarium non obstantibus. Volumus etiam prædictum statutum posse allegari ad interpretationes testamentorum, & decedentium cum testamento.

FORMELLI,

Castri B. in districtu Urbis.

PARTICULA LXXII.

Statutum est idem ac illud Campagnani, unde vide supra Partic. 35.

FOROLIVIENSIS Civitatis.

PARTICULA LXXIII.

De successionebus ab intestato Rubr. 32. lib. 5.

Statuimus, & ordinamus, quod in hæreditate, & in bonis cujuscumque masculi, seu fœminæ ab intestato decedentis, etiam si non haberet facultatem testandi, prima accessio sit descendendum masculorum, tamen legitimum, & naturalium, & ex masculis legitimis, & naturalibus descendendum, ita ut non comprehendatur legitimi, nisi per subsequens matrimonium, adeo quod si talis persona sic decedens reliquerit filium, vel filios, nepotes, vel pronepotes masculos legitimos, & naturales, & ex masculis legitimis, & naturalibus descendentes, succedant primò filii, & si filios non habuerit, succedant nepotes, & si nepotes non habuerit, pronepotes, si legitimi, & naturales sint, & ex legitimis, & naturalibus, seu ex legitimis per subsequens matrimonium sint nati, in bonis omnibus undecumque quæsitis in stirpes, & non in capita; ita tamen, ut descendentes masculi ex uno filio æqualiter succedant cum altero filio adhuc superstiti, vel cum descendentes ex altero filio, licet gradu proximioribus in stirpes semper, & non in capita.

Quibus descendentes masculis legitimis, & naturalibus existentibus excludantur omnes descendentes, ac etiam

transversales masculi, necnon filiz fœminæ, neptes, & proneptes, ac deinceps aliz descendentes etiam ex filiis masculis prædefunctis existentes, si dotatæ fuerint, & si non fuerint dotatæ, debeant dotari juxta dispositionem Rub. *Quod mulier dotat.* &c. & pariter descendentes masculi ex filia excludantur.

Si autem filii, vel nepotes, seu pronepotes, ac alii descendentes masculi, & ex masculis, ut supra dictum est, non supersint, tunc filiz legitimæ, & naturales, vel legitimæ per subsequens matrimonium, licet dotatæ, collata tamen dote, succedant unà cum neptibus ex filio prædefuncto, ac cum nepotibus, vel neptibus ex filiabus prædefunctis in stirpes, ita tamen, ut nepotes ex filia excludantur neptes ex eadem filia, non autem ex altera matris, sed neptes ex filio, & ex filia, & nepotes ex alia filia succedant æqualiter in stirpes semper, & non in capita.

Si verò prædicti descendentes, tam masculi, quàm fœminæ non supersint, vel alter eorum, seu eorum non superstit, tunc ascendentes masculi per lineam masculinam admittantur, qui gradu proximiores reperiantur, sed per transitum eorum ad secunda vota, prædictæ hæreditatis proprietatem reservare teneatur solum fratribus, non autem fororibus defuncti, vel defunctæ ex eodem matrimonio.

Quibus ascendentes masculis non existentibus fratres ex utroque parente, vel ex latere patris tantum, & fratris prædefuncti filii masculi succedant, ita ut si concurrant fratres ex utroque parente cum fratre ex latere patris tantum, æqualiter succedant pro virili, etiam in bonis maternis; eorum verò filii masculi in stirpes, & semper nepotes masculi representent personam patris sui, etiam ex latere patris tantum conjuncti cum defuncto, & succedant cum patris, qui sint conjuncti cum defuncto ex utroque parente.

Quibus fratribus, vel altero ipsorum, vel nepotibus ex fratribus existentibus, sorores etiam utrinque conjunctæ non succedant, si dotatæ fuerint, & si non fuerint, dotatæ debeant dotari juxta dispositionem Rubric. *Quod mulier dotata sit contenta dote sua, minisque neptes, ex fratre etiam utrinque conjuncto admittantur, salva tamen matri defuncti legitima, si supersit, vel aviz paternæ tantum, si mater non supersit exclusis avo materno, ac avia materna, & in his omnibus casibus prædicta legitima sit, & intelligatur esse tertia pars illius, quod habitura esset ab intestato, secundum dispositionem juris communis, ita tamen, ut sorores hoc statuto exclusæ non faciant patrem quoad augendam, vel minuendam istam legitimam, sed eos non soluta illis nupti traditis, vel non debeat in hoc casu, tanquam æs alienum arbitrio boni viri deduci, & hujusmodi legitimam habeant prædictas mulieres, quoad usufructum dumtaxat, si ad secundas transierint, vel transibunt nuptias, reservata eo casu proprietate supradictis fratribus ipsis defuncti.*

Prædictis autem fratribus, vel eorum filiis masculis non existentibus, tunc possint succedere, & succedant sorores prædictæ unà cum neptibus ex fratre præmortuo, & nepotibus, seu neptibus ex altera sorore prædefuncta in stirpes tamen, & non in capita, & materint insimul cum eis æqualiter cum qualibet sorore, & si mater non extaret, avia paterna succedant in eadem virili portione, in qua sanctimus succedere matrem, exclusis semper avo materno, & avia materna, ita ut tales fœminæ referant proprietatem fororibus defuncti ex eodem matrimonio, si ad secunda convolaverint vota.

Quibus fororibus, & neptibus non existentibus, seu aliqua ipsarum non existente, succedat patri carnalis unà cum fratribus parvulis ex patruo prædefuncto in stirpes, & mater una cum eis inæquali portione cum quolibet patruo, & si mater non existat, avia paterna, & si nec avia paterna extaret, succedat avus maternus, & in ipso defectu succedat avia materna in ea portione, in qua diximus succedere matrem, si concurrat cum patruis, vel cum fratribus parvulis.

Quibus omnibus deficientibus succedant in totum fratres, si extent, vel sorores, si fratres non extent ex latere matris tantum. Si verò contingat matrem defuncti, qui natus fuerat ex ipsa matre in secundo, vel ulteriori matrimonio, concurrere cum dictis fratribus, vel fororibus ex latere matris tantum, tunc mater succedat in dimidia, cæteris fratribus, vel fororibus in altera dimidia vocatis, exclusis omnibus aliis, si autem non supersint, admittatur avia paterna, & in ipsius defectu avus maternus

tempus, quo non existente, admittatur avia materna ad illam portionem, ad quam vocavimus matrem scilicet ad dimidiam.

¶ Non existentibus autem prædictis, seu aliquo prædictorum, ordinamus, quod tali ab intestato defuncto succedant, qui vocantur ex dispositione juris communis, declarantes tamen à matre exclusi aviam paternam, ab avia paterna avum maternum, & ab avo materno aviam maternam.

¶ Volumus etiam, quod neptes ex una sorore succedant in stirpes, cum nepotibus ex altera, sed si nepotes, & neptes ex eadem sorore reperiantur, nepotes tantum admittantur; Quæ omnia, & singula non vindicent sibi locum in hæreditate jam adita, seu delata, quia hoc casu jus alteri quaesitum auferre non permittimus.

¶ Hoc addito, quod supradictis fororibus, vel filiabus defuncti dotati, vel dotandis, si remanserint viduæ, licitum sit ire ad habitandum in domo olim patris sui, vel fratris ab intestato defuncti, & ipsi fratres, seu eorum filii cogantur in ea domo, vel alia, in qua moram trahunt dictas mulieres recipere, & receptare, itaut ipsæ valeant commodè cohabitare pariterque teneantur eas regere, & gubernare de bonis hæreditariis, ut fecissent, seu facere debuissent, si tales mulieres nuptui traditæ non fuissent, dummodò ipse viduæ fructus suarum dotium in dicta domo conferant, & illos cum eis consumant, & idem fiat de fructibus aliorum bonorum ipsarum mulierum, si alia bona habuerint ultra dotes; Et hoc statutum sit præcisum, & omni statuto, & jure communi huic contrariis derogatorium, ac masculis favorabile, & tanquam favorabile debeat ad illorum favorem interpretari.

Ejusdem Statuti. De successione in dote, & bonis mulieris ab intestato decedentis, vel ipsius liberis, & patre, Rubr. 33.

NE deinceps lites, & controversiæ oriantur super bonis, & dote mulieris ab intestato decedentis inter ejus patrem, & liberos, statuimus, & ordinamus, ut tali mulieri sic ab intestato decedenti, si habuerit patrem, & filium masculinum, vel feminam, legitimos tamen, & naturales, aut legitimatos per subsequens matrimonium, vel alios descendentes masculos, seu feminas, succedant tales filii, seu filia ex primo, vel secundo matrimonio, vel alii descendentes, tam in dote soluta, quam non soluta, sed promissa, & in omnibus aliis bonis dictæ mulieris, secundum ordinem, ac dispositionem Rubr. De successioneibus ab intestato, excluso patre dictæ mulieris, tam in proprietate, quam in usufructu.

FORI POMPILII

Oppidi Provincie Romandiolæ.

PARTICULA LXXIV.

De successione filiorum in bonis parentum ab intestato decedentium, Rubr. 2. lib. 3.

Statuimus, & ordinamus, quod filius, vel filii masculi succedant in omnibus bonis paternis, & maternis, & filia, vel filia femina non possint eum, vel eos molestare, vel inquietare ultra legitimam suam, quæ legitima ei, vel eis sit salva. Et hoc locum habeat quando pater, vel mater, de cujus bonis tractatur ab intestato decesserit.

FOROSEMPRONIENSIS Civitatis.

PARTICULA LXXV.

Quod filia dotata non succedat patri, vel matri ab intestato, Rubr. 22. lib. 2.

Statuimus, & ordinamus, quod filia dotata à patre, vel matre non possit extantibus aliis filiis masculis dicti patris, vel matri parentibus ab intestato morientibus succedere, nec ultra legitimam jure naturæ in bonis dictorum parentum ipsi filia dotata debita ab ipsis filiis masculis fratribus dicta filia dotata petere valeat, in qua legitima ipsi filia debita computari debeat dos data à matre in bonis patris, & dos data à matre in bonis matris, si dos ipsa ascendat ad quantitatem legitimæ, si vero ipsa dos non ascendat ad quantitatem legitimæ, & esset minor dos, quam legitima supradicta, tunc dicta filia agat, & agere possit contra fratres prædictos ad supplementum legitimæ prædictæ, nec majorem quantitatem legitimæ, vel supplementum ipsius in dictis bonis, quando dos fuerit in minori quanti-

tate constituta, à dictis fratribus valeat obtinere. Fratres vero prædicti ab intestato decedentibus succedere possint dicta filia dotata secundum formam juris communis, præsentem statuto, & dote data à patre, vel à matre in aliquo non obstante. Adjicientes huic statuto, quod filia femina non possint petere partem aliquam eis tantum de bonis, & super bonis emphiteoticis à fratribus, vel aliis masculis de linea accipientis, vel recipientis contractum emphiteoticum, si renovantis dictam emphiteosim, ad quos masculos dictus contractus, si renovatio emphiteosis extenderetur, quantumque contractus, si renovatio emphiteosis prædictas feminas comprehenderet. Finitis vero masculis omnibus dictæ lineæ, dictæ femina succedere possint in dictis bonis emphiteoticis, & non ante. Et prædicta habere volumus locum, & firmitatem, quod prædictæ femina non possint petere dicta bona emphiteotica, vel aliquam eorum partem, quando dicti renovantes, vel masculi descendentes in dicta linea ab intestato decederent. In casu vero in quo alii ipsi disponent, seryari volumus eorum ultimas voluntates.

FOSSIGNANI,

Terræ B. sub Legatione Ferrariæ.

PARTICULA LXXVI.

Che la Donna dotata, e non dotata ab intestato non succeda fratribus masculis, fol. 12.

Ulemo, che domete, che in la casa, ò parentato sia fratelli d'alcuna donna maritata, ò machi di quella casata con parentato usque ad quartum gradum, computando li gradi secondo la ragione canonica, & non altra, che tale donna delli beni paterni non possa succedere in la eredità del padre, fratelli, ò altri della casata per infino al detto quarto grado, se non è da ipsi instituta hærede, ò lassata legataria, ma sia contenta della dote sua, la quale dote però, se fosse mancò della legitima, e ch'erichieda la conditione della casata, e paternam, volemo, che ipsa maritata possit adimandare il supplemento infino alla quantità del consueto, e della legitima sua, & similmente se intenda della donna non maritata, la quale se diga maritata, e darge la dote non di minore somma, che sia il consueto, e della casata, e della legitima, e di quelle sia contenta ut supra. Et volemo, che cadauna facta vedova possa tornare, stare, & abitare nella casa del padre, ò con avo paterno, & communicare la dote sua con quelli, & da essi heredi del padre avere gli alimenti necessarii, domete sia in viduità &c.

FULGINATENSIS Civitatis.

PARTICULA LXXVII.

De successione mulierum ab intestato, Rubr. 42.

Item statuimus, & providemus, quod nulla mulier, sive dotata fuerit à patre, vel à matre, avo, vel proavo, avia, vel proavia, seu per verba de presenti desponsata legitime possit venire ad successionem ab intestato patris, nec matris, avi, proavi, seu proavia, donec superstita aliquis masculus natus ex legitimo matrimonio de linea, & stirpe masculina descendenti omnium prædictorum, vel alicujus ipsorum à quocumque dotata esset, nec etiam possit venire ad successionem descendenti, seu descendenti ex aliquo prædictorum, donec superest aliquis masculus prædictorum descendenti à prædictis, nec mater succedat filio suo, seu filio, superstita, seu superstitibus fratre ipsius descendenti, seu fratribus, vel nepotibus masculis ex eodem matrimonio, & ex eisdem parentibus procreato, seu procreatis, seu patruis, vel patruis ipsius descendenti; si vero dotata fuerit à fratre carnali, seu sorore carnali, seu à se ipsa, & per verba de presenti desponsata, non possit venire ad successionem ab intestato fratris carnalis, vel sororis ipsius mulieris ex utroque parente conjunctorum, superstita alio fratre carnale masculo ipsius descendenti, filio, seu filii masculis ipsius fratris tantum; si vero à patruo, vel amita dotata fuerit, & per verba de presenti desponsata, non possit venire ad successionem ab intestato ipsius dotantis, vel filiorum, existente fratre dotantis, filio, vel filii ipsius fratris masculis tantum, à quocumque ex prædictis fuerit dotata; & per verba de presenti desponsata non possit venire ad successionem prædictorum, seu alicujus ipsorum, nisi modo, & forma prædicti; & in casu quocumque, in quo secundum for-

formam dicti capituli mulier dotata repelleretur ab intestato si viveret, à ejujcumque successione repellatur, & ejus filia, & filia, & ab eadem descendentes; & quod nulla mulier dotata possit petere supplementum legitimæ, sed suo legato contenta sit, & si qua peteret, super ipsam petitionem non debeat aliquatenus audiri.

G R A G I O L I,

Quod est Castrum sub Legatione Romandiolæ.

PARTICULA LXXVIII.

De successioneibus, & successoribus ab intestato Rubr. 11.

Statuimus, & ordinamus, quod si aliqua persona minor, vel major decesserit intestata, licet haberet facultatem testandi sine filio, vel filiis, nepote, vel nepotibus natis ex filio, vel filiis masculis legitimis, & naturalibus superviventibus patre, vel fratribus, vel fororibus, ex utroque latere conjunctis, vel ex latere patris, vel filiorum, fratrum, vel avo paterno quod hæreditates talium ab intestato defunctorum deveniant, & deveniri debeant, & in ipsa hæreditate succedere debeat pater, vel avus paternus, si patrem, vel avum habuerint, si vero patrem, vel avum non habuerint, tunc talibus decedentibus ab intestato sine filiis, vel nepotibus ex filiis masculis omnibus legitimis, & naturalibus succedant fratres, vel frater ex utroque latere conjuncti, vel succedant ex latere patris tantum.

Quibus sic existentibus, sorores non succedant, si dotata fuerint à patre, vel avo, vel fratribus, vel filiis, fratrum carnalium, ut præfertur; si vero dotata non fuerint à prædictis, vel quolibet prædictorum, eo casu congruè dotari debeant, secundum facultates bonorum hæreditatis defuncti, & amplius petere non possint in bonis hæreditatis talis defuncti ab intestato.

G R Y P T A R U M,

Quod est Castrum sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA LXXIX.

Quod mulier dotata à patre, vel aliis, non possit succedere ab intestato, superstita masculo, Cap. 10.

Nulla mulier dotata à patre, matre, avio, avia, fratre, & sorore succedere possit ab intestato dotanti, & aliis supranominatis patri, matri, avo, avia, fratri, sorori superstita masculo, sive masculis dotantis, & aliis supranominatis, qui alias succedere deberent cum ipsa muliere; ita sufficiat dotatio unius ex supranominatis, & eorum quolibet, & ad dictam successionem admitti, ut præterdedit, ullo modo non audiat, ac pro conservatione cippi domus volumus, quod imposterum mulier, seu mulieres dotatæ, vel dotandæ ab uno ex supranominatis personis, stante aliquo masculo, sive masculis in pari gradu existentibus, qui pariter ab intestato ad aliquam successionem admittentur, excludantur, & exclusæ esse censentur à successione dotantium, & non dotantium personarum supranominatarum, sive dictæ personæ, de quarum hæreditate agitur, decesserint ante, vel post dotationem factam de aliqua muliere, sive mulieribus; Insuper unica tantum dotatio sufficiat, & quod masculus, seu masculi quocumque possint eam, sive eas dotare, ut perpetuò censentur exclusæ à successione dictarum personarum, antea, vel postea morientium, omni modo meliori, & forma. Et si aliquis officialis talem petitionem admisserit, incidat in pœnam vigintiquinque librarum den. ipso facto, sine aliqua diminutione; Et nihilominus talis petitio, & omnia acta desuper habita, & facta, sint nullius valoris, roboris, & momenti, & hoc locum habeat in jam dotatis, & dotandis, & hoc in futurum perpetuò pro municipalibus jure observari debere.

G U A L D I,

Terræ sub Gubernio Umbriæ.

PARTICULA LXXX.

De successione ab intestato, Rubr. 24.

Statuimus omnes ab intestato succedere secundum formam à jure traditam, exceptis dumtaxat cippo, & lineam domus masculorum proximiorum, quem cippum, & lineam masculorum proximiorum volumus feminis anteponi, etiam si sint in anteriori gradu, tam per lineam ascendentem, descendentem, vel transversalem, Car. de Luca de Statut. Success.

usque in tertium gradum, secundum jus canonicum computandum, feminis etiam ejusdem cippi, ex omni gradu, etiam ascendenti, descendenti, sive transversali, in anteriori gradu conjunctorum penitus exclusis, competenter tamen arbitrio bonorum virorum, vel jus reddentis de bonis defuncti dotatis infra mensem à die obitus defuncti, & alimentis eisdem præstitis usque ad matrimonii copulam.

H Y S P E L L I,

Quæ est Terra sub Gubernio Umbriæ.

PARTICULA LXXXI.

Quod mulier dotata non possit succedere, Rub. 171.

Item statuimus, & ordinamus, quod nulla mulier dotata à patre, vel matre, avo, vel proavo, avia, seu proavia, fratre carnali, seu sorore carnali, seu à quocumque dotata esset, non possit, nec debeat venire ad successionem illius, qui eam dotaverit, vel illorum ab intestato. Nec aliqua Religiosa possit ab intestato venire ad successionem patris, matris, fratris carnalis, seu sororis carnalis, seu patris, vel alterius consanguineis, vel affinis ascendenti, vel descendenti, dum superest aliquis masculus de linea, vel stirpes ex legitimo Matrimonio procreatus, & si qua peteret superstitutione prædicta non debeat aliquatenus audiri, & prædicta vindicent sibi locum in præteritis, præsentibus, & futuris. Item statuimus, quod quocumque persona Terræ Spelli, seu ejus fortis, & districtus, cujuscumque status, conditionis, & qualitatis esset, seu Religiosus, vel Religiosa tempore futuro decederent ab intestato sine filiis legitimis de se natis, quam omnia ejus bona mobilia præsentia, & futura deveniant, & devenire debeant ad proximiores masculos ipsius decedentis sibi superstites, & in domibus patris illius decedentis natos, seu ex linea masculina dicti patris nati essent; si autem proximiores masculi cum supradictis modis, & conditionibus dicti decedenti non superstitent, illa bona redeant, & devenire debeant ad proximiores mulieres dicti decedentis, & hoc locum habeat in primo, secundo, tertio, & quarto gradu parentelæ, seu consanguinitatis, non obstantibus ad prædicta quibuscumque legibus, statutis, & aliis reformationibus in contrarium modo aliquo loquentibus, & facientibus, quæ in prædictis omnibus nullius roboris sint, nec aliquo modo contra prædicta sint admittenda, sed perpetuò firmiter durent, & roboris teneant firmitatem, & quod præfens reformatio confirmetur, & confirmari debeat per magnificos Dominos nostros, & poni in volumine statutorum dictæ Terræ. Super qua quidem Reformatione maturus, ac prudens Vir Carolenus Leoninus prædictus surgens in dicto Consilio petens Pulpitum arrogans filii hominis invocato Auxilio, ad verten per Reformationem illam editam, & emanatam super successione decedentium quocumque modo ab intestato non superexistentibus filiis ex suo corpore natis, confirmatam, & approbatam per magnificum D. Brachium Balleonum, penitus non fuisse provisum, & occursum, ne facultates, & bona, quibus familias, & cippus Domus quotidie conservari videmus, & ob id Rempublicam salubriter locupletius exuberari, extra familiam agnatorum, & cippum Domus ipsius decedentis egrediantur, forsitan contra ipsius decedentis tacitam voluntatem, non obstante similiter dicta reformatione reperiantur multoties, casus occurrere bona, & facultates decedentis sine filiis ab intestato per successionem matris ipsius decedentis pariter, & ascendenti, & descendenti ab ipsa matre per transitum ad secunda vota in alias familias, & cognitionem exportati, dixit, & consuluit, reformationem illam in duabus, ejus, videlicet incipien ab illa parte, quod omnia bona mobilia, & stabilia usque in finem debere restringi, & limitari hoc modo, videlicet, quod bona dicti decedentis deveniant pleno jure, nulla detracta Trebellianica ad proximiores masculos ipsius decedentis, videlicet ad masculos ortum habentes à familia, domo, sive cippo dicti decedentis, si autem illa bona deveniant, & devenire debeant pleno jure, nulla facta detractio Trebellianicæ, sive legitimæ ad proximiores agnatas feminas dicti decedentis, videlicet ad mulieres natas in familia, domo, sive cippo dicti decedentis, exclusis matre, & aliis ascendentiibus, & descendentiibus ab ea per transitum ad secunda vota.

Quod filia femine superflue masculo non succedant ab intestato, & qualiter tunc dotentur Cap. 22. lib. 2.

Item statuerunt, quod nulla mulier, filia, neptis, proneptis, five abneptris alicujus infra scriptarum personarum, de cujus successione tractaretur, nec aliqua persona cuiuscumque sexus, five gradus existat descendens ex tali defuncta persona per lineam femininam succedat, vel succedere possit ab intestato, in aliquo ejus patri, matri, avo, avia, proavo, proavia, abavo, vel avavia ab intestato defuncto, seu defunctæ, nec in dicta ejus successione audiatur agendo, vel excipiendo, superflite alicui prædictarum personarum taliter defunctarum aliquo ejus filio legitimo, & naturali, seu aliquo alio masculo legitimo, & naturali inferioris gradus descendente per lineam masculinam legitimam, & naturalem ex tali persona defuncta, de cujus prædicta successione tractaretur, & ipsam successione acceptante, seu ipsam acceptare volente. Et si tenuam, vel possessionem de bonis hæreditariis talis defunctæ personæ, seu aliquibus, vel aliquo ipsorum bonorum, vel aliqua earum, five alicujus eorum parte haberet ipsam tenuam, five possessionem relinquere, & dimittere teneatur prædicto legitimo successoris talis defunctæ personæ ad ipsius petitionem, ita tamen, quod talis filia, five neptis, & alia quælibet persona inferioris gradus descendens ex masculo legitimo, & naturali descendente per dictam lineam masculinam ex ipsa defuncta persona, de cujus prædicta successione tractaretur, si dotata non esset, debebat decenter dotari de bonis hæreditariis talis defunctæ personæ per ejus successione prædictam, considerata conditione suæ personæ, & qualitate, & quantitate honorum hæreditatis prædictæ, & si non apparet, de cujus bonis fuit dotata, præsumatur de bonis patris, ac etiam de ejus bonis alimentariis debeat, donec fuerit maritata, & dotis prædictas habuerit cum effectu, five donec monasterium intraverit. Ac etiam quod dictus successor ad ipsam si dotandam, & alimentandam teneatur, ac cogi possit, & debeat cum effectu, & pro prædictis alimentis, & dotibus post mortem talis defunctæ personæ, & ex tempore ipsius mortis, etiam antequam nubat, omnia prædicta bona hereditaria vigore fictionis auctoritate presentis capituli tali mulieri obnoxia, & obligata existant. Declarantes, quod sufficiat si tali femina descendens dotata esset de bonis unius tantum ascendendum, aut à successione eorum cujuslibet excludatur. Quod si prædictus filius masculus, vel alius descendens masculus per lineam masculinam decesserit, sine descendente masculo, talis filia, neptis, vel proneptis, seu alius descendens per lineam femininam reintegrentur, & habeant eam portionem hæreditatis, & honorum talis defunctæ personæ, à qua excludæ fuerant propter existentem masculum, computata ramen dote, quam habuissent de bonis talis defunctæ personæ, succedant, & succedere possint, & possit eidem prædictæ personæ, & cuilibet earum, & legata, & fideicommissa, & omne, quidquid in tali testamento, & ultima voluntate, vel alicui earum relictum esset capere, & habere possit, juxta tenorem, & formam ipsius testamenti, five ultimæ voluntatis, si aliquid ei, vel eis juridicum non obstat; ita tamen, quod ipsæ mulieres, & quælibet earum, quibus, vel cui bona talis defunctæ personæ taliter obvenirent, & sibi computet, & computare teneantur in ipsis suis dotibus; Et si aliqua de dictis mulieribus dotata fuerit ab aliqua, ac dictis personis in ejus vita, vel ipsius ultimam voluntatem quo casu talis mulier ipsi dotibus sit, & esse debeat contenta; ita quod nihil ultra quantitate ipsam in hæreditate, vel de hæreditate alicujus prædictarum personarum petere valeat, vel habere, nisi tantum expressam dispositionem talium personarum. Et si postquam aliqua de prædictis personis nuperit, vidua remanserit, possit ad domum hæredis talis defunctæ personæ redire, & ibi stare, & de ipsi bonis hereditariis modo prædicto alimentari debeat, donec iterum maritetur, vel monasterium intret, dummodo fructus suæ dotis, quos haberet, vel aliorum suorum bonorum, si quæ tunc haberet, converti debeant in alimentis prædictis.

De successione Fratrum ab intestato, Post dictum Capitulum XXII. quod filia femine non succedant.

Copia litterarum Illustrissimæ, & Reverendissimæ D. Petri S. R. E. Diaconi Cardinalis Aldobrandini directæ-

rum Magnifico, & Excellenti D. Ludovico Montalto de Mondolfo Senogallien-Dioecesis U. J. D. & ad præsens magnificæ Civitatis Hortanæ Potestatis pro Sacra Consulta Sanctissimi D. N. Papæ Clementis Divina Providentia PP. Octavi sub datum Romæ sub die 23. mensis Decembris 1595. quarum tenores sunt infra videlicet. A tergo.

Al Magnifico mio Amatissimo. Il Podestà d' Horte omisso sigillo - loco sigilli. Intus verò. Magnifico mio Amatissimo. Si è veduto in questa Sacra Consulta il Capitolo, che farà qui chiufo in materia della successione de fratelli, il quale coteffa Città desidera, che si ponga nel volume de' Statuti, come tralasciato descriversi per trascuragine, quando fu levato il detto libro, e che scriva dopo il Capitolo 22. del lib. 2. intitolato, Quod filia femina superflite masculo non succedant, & si è confermato, & approvato, Facelo dunque scrivere nel predetto volume ita gli altri statuti nel luogo, che si è detto, conforme all' istanza fattane da coteffo Publico, e state sano. Di Roma a 13. Dicembre 1595. Vostro Il Cardinal Aldobrandini.

Tenor verò supradicti Capituli, ut supra vigore litterarum prædictarum registran. de successione fratrum ab intestato est talis videlicet.

Priores Populi Civitatis Hortanæ, ac Homines electi à Consilio generali dictæ Civitatis statuiamus, & ordinamus proximum præcedens Capitulum ampliando, & extendendo, quod nec foror, five fit utrinque conjuncta, five ex patre tantum, nec aliquis ex ea descendens etiam masculus succedat fratri, seu forori ab intestato defuncto, seu defunctæ superexistente aliquo alio fratre, seu ejus descendente per lineam masculinam legitimam, & naturalem ipsam successione acceptante, seu acceptare volente. dummodo dicta foror dotata existat ab aliquo ejus ascendente, de quibus in præcedenti proximo Capitulo, vel ejus frater, seu fratres, five eorum descendentes, si militet decenter dotare parati sint.

IMOLENSIS CIVITATIS. PARTICULA LXXXIII.

De successione ab intestato, Rubr. 49.

Volumus, quod si quis, vel si qua ab intestato decesserit, extantibus descendentebus utriusque sexus, masculi succedant defuncto, vel defunctæ, si sint solum fratres in virilem succedant dicti fratres, si verò sint fratres, & nepotes ex fratribus, vel pronepotes, succedant dicti nepotes, vel pronepotes cum patris, & filii ipsorum in stirpem; femina verò non volentibus masculis, uno, vel pluribus ad hæreditatem admitti, si sint dotata, contentæ sint, si verò dotata non fuerint, debeant dotari de bonis defuncti, de cujus hæreditate tractatur, si de bonis de jure venebiant dotandæ, vel si nubere noluerint, sed potius monasterium intiare, dorem monasterii pro ea constituere, arbitrio boni viri, consideratis patrimonio, & personarum conditione, & more etiam monasterii in talibus, & concedente personæ, & patrimonii, & habito respectu ad monasterium, quando monasterium intrare voluerit; Interim tamen donec nubat, vel Monasterium ingrediatur per dictos hæredes succedentes prædictis talibus feminis non succedentibus de concedentibus alimentis, inspecta conditione personæ, & quantitate patrimonii providere, masculis verò non succedentibus, vel non existentibus, succedant filia defuncto, vel defunctæ, & nepotibus ex nepotibus, ex filiis, vel ex filia tunc extantibus, fratribus defuncti, & cæteris conjunctis exclusis; sibi verò fratres, vel filii fratrum defuncti extantem, unus, vel plures, filia aliqua, vel filibus defuncti non existentibus, nepote, vel nepte, una, vel pluribus ex filiis, vel filibus superstitibus; tunc dicti nepotes, vel neptes, unus, vel plures quocumque fuerint in tertia ejus, quod de jure ab intestato essent habituri succedant. In reliquo autem fratres dicti defuncti, vel filia fratrum, succedant, salvo semper in omnibus supradictis casibus filiabus, & nepotibus, vel neptibus ex filia jure in dotibus matris, avia, vel proavia earum, si in dimidio ejus, tantumque ab intestato essent habituræ de bonis defunctæ matris, avia, vel proavia, & hoc si in ejus bonis non fuerint dotata in quantitate æquivalente dictam dimidiam, & hoc statutum sit prædictum, & pro præcisio habeatur in qualibet parte sui, non obstantibus aliquibus Statutis, vel reformationibus in contrarium loquentibus.

Quod Mulier adoptata non succedat.

Item statuiamus, quod quicumque filiam, vel neptem, vel forem dotaverit, & ipsa nupta fuerit à Patre, Patre, Fratre, vel Matre, vel eorum hæredibus; nullo modo ipsa veniat ad illorum successione ab intestato, si fratres carnales habuerit ipsa mulier dotata, vel nepotem, seu nepotes carnales natos ex fratre carnali ipsius mulieris dotata, cum quo, five quibus venire deberet ad successione, nec actionem habeat, nec petere possit contra patrem, patrurum, nec fratres carnales, vel eorum hæredes masculos, nec ab eis causam habentem, neque matrimonium, neque de rebus patris ullo modo, salvo Testamento, & ordine prædecessorum, ita quod si pater, vel frater reliquerit masculum, vel masculos descendentes ex masculo sit dote contenta, five fit maritata, five non sit, & habuerit dorem, Et si verò dorem non habuerit, fratres, vel masculi descendentes ex eis, dotent eam secundum patrimonii, & non darent, vel dare nolent cum effectu, possit ipsa reverti ad domum, & habere partem successione, secundum quod ei attigerit.

LATERÆ, ET FARNESII

Terrarum B. in districtu Urbis.

PARTICULA LXXXV.

De successione ab intestato.

Volendo col presente decreto definitamente, e brevemente dare per l'avvenire certa forma delle successioni ab intestato, non ostante altri decreti sopra di ciò fatti, & essendo, che le dette successioni ab intestato d' ascendenti, e descendenti, ovvero di transversali, &c.

Primo. Però s'ordina, & statuisse, che primieramente nelle successioni all' ascendenti per linea retta sempre li descendenti dell' uno, e l' altro sesso prevagliano, e siano preferiti avanti tutti gli altri ascendenti, & alli transversali in questo modo, cioè.

Secondo. Se li descendenti sono tutti maschi per linea masculina, succedano secondo la forma del jus commune,

Terzo. Et il simile se siano tutte femine, ò descendenti per linea feminina, li quali anco che fossero maschi, si computano per femine in tutte le successioni.

Quarto. Ma se vi faranno maschi, e femine, la successione vada al maschio, quando la femina sia dotata, ò da dotarsi nelli beni, nelli quali il maschio habbia ragione di succedere ab intestato, come sarebbe se fosse dotata da padre, avo, ava, & bisavo di esso maschio, ancorche materno che fian comuni à lui, & alla donna.

Quinto. Ma se fosse dotata di beni d' altra persona, nella quale il maschio non avesse ragione di succedere ab intestato, in tal caso la femina possi dimandare tanta parte de' beni del defonto, quanto li toccarebbe per conveniente dotarla, come sarebbe se la donna, & il maschio fossero di madri diverse, e la femina fosse stata dotata de' beni materni, in tal caso la femina possi dimandar la dote equivalente della dote delli beni del padre, se il fratello vorrà escludere dalla successione delli beni paterni, ma sia in arbitrio del maschio di dotarla, e metterla à parte in questo caso. Il medesimo, che è detto del fratello, s' intende del figliuolo del fratello, ò altri maschi descendenti da lui per linea masculina, perche questi ancora dotando la zia, se non fosse dotata, potranno escluderla dalla successione dell' avo loro, e parte d' essa donna.

Sesto. Nelle successioni de' beni materni, ò d' avi materni, solo il fratello congiunto con tutti doi li lati, ò suoi descendenti, escludono la femina dotata, e da dotarsi, come sopra.

Settimo. Ma li fratelli materni, perche sono cognati, e si reputano per femine, succedano come la donna, secondo la forma del jus commune.

Ottavo. Nella successione delli descendenti, che moriranno senza figli, se tutti sono ascendenti maschi per linea masculina succedano servata gradus prærogativa; cioè li più prossimi di mano, in mano, secondo la forma del jus commune.

Nono. Et in medesimo, se tutti fossero femine, ò ascendenti per femina, ma con li detti ascendenti maschi per linea masculina ci succedono li fratelli di linea masco-

Card. de Luca de Statut. Success.

lina carnasi, ò lor figli maschi, ancorche vi fossero la madre, ò l'ava, quali venissero esclusi dall' ascendenti masculini.

Decimo. E che se dell' ascendenti, che pretenderanno l'heredità, alcuno sarà maschio, & alcune femine, all' hora i Beni usciti dalla casa del maschio, come sarebbe dal padre, avo, e bisavolo paterno, e nelli beni profettiti, il maschio sia preferito all' ascendenti femine, ma nelli beni materni, ò dell' avi materni, succedano secondo la forma del jus commune, ma in tutti l' altri beni, ò onde si voglia altrimente acquistati dal figlio, succeda la madre solamente nella legitima.

Undecimo. Nelle successioni transversali, se sono tutti maschi, ò descendenti da' maschi, ò verò se fossero tutte femine, succedano secondo la forma del jus commune.

Duodecimo. Ma li cugini, cioè li figli di più fratelli, essendo soli, e non concorrendo alla successione con alcuno zio, & succedano li transversali in capita, & non in stirpes.

Decimoterzo. E se vi fossero maschi, ò descendenti de' maschi, incontra femine, ò descendenti da femine, all' ora la femina dotata, e da dotarsi de' beni attinenti a maschi, come sopra, ò sue descendenti, sia esclusa etiam dal fratello da canto di padre, ò suoi figlioli, e descendenti nascenti per linea masculina, ò d' ogni altro maschio del ceppo, il quale però sia nel medesimo grado, e consanguinità, come detta femina.

Decimoquarto. Ma a gl' altri transversali succeda la femina, secondo la forma del jus commune, come sopra, cioè dove non ci sarà il maschio.

Decimoquinto. Colui, che esclude la donna, molto più s' intende, che escluda le figliole d' essa donna.

Decimosesto. La donna, che ancora non è dotata, deve da coloro, che l' escludono dall' heredità alimentarsi, fin tanto che sarà dotata di dote conveniente alle facultà, alle persone, al luogo, al tempo, ò vero ad arbitrio nostro, gli daranno alimenti di tutto punto, fin tanto alli dieci anni, fino alla quale età non è atta à guadagnare, e da dieci anni in poi sia ad elezione loro di dare alla donna, ò li frutti della dote, che saranno tenuti, quando si mariterà, da tassarsi però da due huomini da eleggersi da noi, ò vero di tenerla appresso di se, e alimentarla fin tanto si mariterà, cominciando già ad essere più pericolosa à star lontana da' suoi.

Decimosettimo. Li forastieri delle Terre, nelle quali non possono succedere li Farnesiani, manco loro possono haver successione in Farnese.

Decimo ottavo. Il presente Decreto, s' intende nelle successioni, tanto de femine, quanto de Maschi, quali moriranno ab intestato senza far testamento, ancorche morissero avanti li quattordici anni, quali in tali casi s' intende morire ab intestato senza far testamento, quantum in detta età non habbiano la facultà di testare.

Decimonono. Li maschi nelli sopradetti casi, escluderanno le femine, quando però siano heredi, e capaci dell' heredità di colui, della cui successione si tratta, e che attualmente con effetto succedono, ma non succedendo per renuntiare, ò per altro si habbiano quanto alle successioni già per morti.

E per il presente decreto s' intenda la femina venire esclusa dal maschio, nelli sopradetti casi, e delli Beni esistenti fuori del Territorio di Farnese di qualsivoglia luogo.

LICENTIA

Terræ B. in districtu Urbis.

PARTICULA LXXXVI.

De Testamentis, e successione, Cap. 24.

Per questo av venire possa ogn' uno liberamente, ò per via di Testamento, ò per altre ultime volontà approvate dalle leggi communi disporre di tutti li suoi beni, mobili, e stabili, ò che habbia, ò che non habbia figliuoli, ò che stia insieme, ò che habbia di già diviso da' suoi fratelli, ò altri, non ostante la consuetudine, & attione, che da quest' adietro ha havuta la Corte de' Signori nelle successioni de' stabili, quando si morirà senza figlioli. Ma che tutto questo s' intenda solamente in favore de' Vassalli habitano; E purchè li Testatori habbino parenti per consanguinità fino in quarto grado habitanti in Licenza. Concedendoli ancora, che possano disporre in favore de' luogi pii, ma non pregiudicando alle risposte della Corte, che sempre devono restar salve, & intiere, amandoli feudi, e stabili fossero posseduti dalla Chiesa.

G 2 Morendo

Morendo senza Testamento succedano scripre li più prossimi, secondo le leggi comuni con le conditioni però dette di sopra, cioè del Vassallaggio, dell' habitazione, del quarto grado, e non più oltre, escluse le femine, come si dirà immediatamente, quali, cioè

Le figliole femine, o nepote nate da figliole già morte, se saranno dotate, o vero, che li fratelli, o zii le vogliono dotare competente, non possano pretendere cosa veruna delli beni paterni, fraterni, de zii, o zie, de' avi, o nonne, o di qualsivoglia altra sorte, eccetto che de' materni, come si dirà in questo istesso Capitolo; tanto se li prenominati saranno morti con testamento, quanto senza, nè in nome di falcidia, nè in altro modo. Non ostante a ciò tutte le altre leggi, e constitutioni in contrario. Dichiarando, che mentre stanno in casa, prima che siano dotate, li fratelli, o zii fino obligati vestirle, & alimentarle honestamente.

Che le dette figliole femine, o loro eredi, morendo la madre senza testamento possono domandare, e succedere nella terza parte solamente di quella rata della sua dote, che li perverrà, secondo la legge commune. E questo s'intenda, se ci saranno altri figliuoli maschi, alli quali dovrà accrescere quel, che si toglie alle dette femine per favore del ceppo della casa.

Se morirà un fratello ab intestato senza figliuoli, li succedano gl'altri fratelli carnali, e nepoti conforme la Statuto di Roma in questo Capo, al Capitolo 146. del primo libro, ma nell'altri casi in materia di successioni non specificate in questo Statuto, s'osservi la legge commune.

LUGNANI

Terræ B. in districtu Urbis.

PARTICULA LXXXVII.

Della successione della Donna maritata, Cap. 21.

Item statuimo, che ogni donna dotata da padre, madre, fratello, avo, ava, ch' haverà fratelli carnali debba essere contenta della dote quale da qualunque delli suddetti li sarà stata promessa, o data; & in nessun modo delli beni, & heredità di qualunque delle persone suddette, che morissero intestate, possa più petere, né domandare cosa alcuna, ma solo alle successioni delli sopraddetti il fratello, o fratelli della donna dotata debbiano succedere, e detta dote nella s'intenda in tutto, e per tutto esclusa dalla successione delli sopraddetti. E se accadesse, che detta donna non si trouasse esser dotata debbia da chi spetterà di ragione d'averne del paraggio, e dotata, che sarà, resti tacita, e contenta come sopra. E se per testamento, o codicillo, o legato da qualunque delle persone dotanti, o d'altro extraneo fosse alla detta donna cosa dotata, o di dotarsi lassato alcuna cosa de' loro beni in qualunque modo, in tal caso detta institutione, restito, o legato habbino, fortissimo il peso, effetto, e immunità, che si può, e deve di ragione.

LUGNANI

Terræ sub guberno Patrimonii.

PARTICULA LXXXVIII.

Quod Mulier dotata à Patre, vel à Matre non possit redire ad bona patrum, vel matrum. Rubr. 14.

Hac præsentem Lege statuimus, & ordinamus, quod mulier, quæ fuerit dotata à patre, vel matre publico instrumentum, vel testamento, videlicet fuerit dotata à matre, vel sorore, avo, vel avia, vel alia legitima persona, non possit redire ad partem patronatus, vel matronatus, nec quicquam petere possit, sed sit, & esse debeat contenta de ipsa dote, dummodo dos sit idonea secundum facultatem perionarum, & substantiæ qualitatem, iudicio duorum proximiorum, & teneatur, & debeat ipsa mulier de ipsa dote soluta, vel de patronatu, vel matronatu facere bonum, & reutationem generalem ad sensum sapientis illius personæ, cui interest, vel intererit petere reutationem prædictam, exceptione aliqua non obstante, & si dicta mulier contempserit prædicta facere, postquam fuerit requisita in quinquaginta libris puniatur, & nihilominus ipsam reutationem facere teneatur, & tamen isto casu pro facta habeatur, salvo semper in omnibus contentis in præsentem Capitulo, testamento, vel alia ultima voluntate, seu dispositione morientis, salvo etiam, quod si ex dicto patre, vel matre non supervixerit filius legitimus, & naturalis, vel nepos legitimus, & naturalis descen-

dens ex linea paterna, vel materna, quod tunc ipsa mulier possit legitime succedere, & redire ad sui patronatum, vel matronatum, non obstante dote prædicta, & quia plerumque contingit per hominum crescentes malitias, & novitates Terrarum, & aliquando per obitum Notariorum, & alias causas legitimas, quæ quotidie evenire possunt, quod ipsa testamenta, seu instrumenta dotalia omittuntur, & aliter suffocari, seu celari possunt; ordinamus, quod si qua mulier, vel alii, qui interesse habent, legitime doceret se fuisse, & esse dotatam, tum, & eo casu non obstante, quod non appareat publica instrumenta habeatur pro dotata congrue, & sufficienter, secundum facultatem patrimonii, facultatem personæ, & consuetudinem dictæ Terræ, & pro dotata ex testamento, vel instrumentum legitime habeatur; tam ad effectum petendi dictam dotem, quam ad effectum, ut ipsa pro successione excludatur, ut supra, & quod ipsa mulier non sit dotata, testamento, vel publico instrumento nulla exceptio vicariatur, & si apposta fuerit per Potestatem, vel eius Vicarium, rejiciatur, & pro non apposta habeatur, & Potestas, vel eius Vicarius contrafaciens in centum libris puniatur, & admissio non teneatur ipso jure, & Potestas, vel eius Vicarius teneatur facere fieri publicum instrumentum per illam personam, quæ dotem habuit solventi dotem prædictam, sive cui de jure deberet ad dictam portionem, ac etiam volumus, quod qualibet persona, cujus interest, vel intererit, possit petere dotem prædictam, vel res parafernales, cursu temporis aliquo non obstante.

LUGITERRÆ

sub Legatione Ferrariæ.

PARTICULA LXXXIX.

Quod mulier universaliter succedens non possit habere aliquid extraneo, Rubr. 95. lib. 2.

Statuimus, & ordinamus, quod si acciderit aliquam mulierem succedere quovis modo, quacumque ratione, vel causa patri, vel matri, aut alieni alii universaliter, & per universalem successione, nec valeat, nec debeat habere aliquid extraneo, nisi prius talis extraneus, cui habere noluerit efficiatur civis continuus, & perpetuus habitator Terræ Lugæ, præstando prius Massario nostro Lugæ idoneam fideiussionem, & cautionem de stando, & habitando Lugæ, vel in eius districtu continuè, & à dicto tempore, quo se civem fecerit, & citra teneatur se subiacere oneribus realibus, & personalibus imponendis per commune, & homines Terræ Lugæ, prout alii homines Lugenses non immunes faciant, declarantes tamen prædicta sibi locum vindicare, quando successio ipsa non sit minoris valoris librarum mille monetæ & si qua mulier contrafecerit, omnia bona, & hereditas, ac res, & jura spectantia, & spectantes ad dictam mulierem sic nubentem, & contrafacientem ipso jure, & facto auctoritate præsentis Statuti publicata esse intelligantur, & adjudicata Comuni Lugæ, & Ducali Camera æqualiter.

Ejusdem Statuti, De successione ab intestato, & privatione mulierum, & juris non agniti transmissio, Rubr. 101. lib. 2.

UT domorum dignitas, & amplitudo conservetur, & femine generi provideatur, statuimus, & ordinamus, quod in hereditate cuiuscumque parentis ab intestato, seu intestabili defuncti, descendentes masculi, legitimi tamen, & naturales succedant quibuscumque feminis, ipsarumque filiis, & cæteris descendentibus perpetuè exclusis. Volentes tamen, quod ex paterna hereditate recipient quintam partem portionis sibi debita ex dispositione juris communis, & quod ex hereditate parentis masculi dotentur dote concedenti, quæ tamen non sit minus legitima antiqua, idest quarta parte portionis sibi debita ex dispositione juris communis, nisi per ipsum parentem dotatæ fuerint. Hoc enim casu volumus, quod dote per illum data, vel constituta inter vivos, vel relicta in aliqua ultima voluntate contentæ stare teneantur, nec aliquid ultra petere possint jure legitimæ vel alio quocumque jure, quoquo modo relicta, vel actum fuerit.

Disponentes, quod si parentis cuiuscumque sexus contiderint testamentum, & aliquid reliquerint ipsis feminis, huiusmodi legato, quacumque sit, & sub quocumque titulo, quiescere debeant, & nihil aliud petere possit jure legitimæ, vel alio quocumque jure.

Si verò nulli masculi descendentes superfuissent, femi-

næ descendentes succedant in hereditate parentis pro legitima, idest pro tertia parte, sive una, sive pluries fuerint, & agnati masculi proximiores, legitimi tamen, & naturales pro residuo usque ad quartum gradum inclusivè gradum accipientes secundum Juris Canonici ordinationem.

Insuper statuimus, quod in hereditate fratris ab intestato, seu intestabilis mortui, nullis descendentes relicti fratres, sive fratrum filii, ac nepotes masculi ex utroque latere, sive ex patris latere tantum succedant, matre, & fororibus perpetuè exclusis, Et hæc pars Statuti respiciat casus præteritis, & præteritos, salvo nisi jus alteri quæsivum de præteritis aliqua ex causa fuerit, & futuros, si talis frater intestabilis decesserit, idest si nondum habilis ad faciendum testamentum mortuus fuerit.

Sed prædictis fratribus, & fratrumque filiis, ac nepotibus non extantibus, sorores, sive una, sive plures admittantur pro tertia parte, & agnati masculi pro alia tertia, & mater pro alia tertia parte.

Item statuimus, quod in hereditate filii, vel filiarum ab intestato decedentis, nullis descendentes masculi, aut feminæ, nec fratres, fratrumque descendentes masculi, nec mater, nec sorores superstiti, agnati masculi proximiores succedant, exclusis feminis, & earum descendentes in gradu pari, vel anteriori constituti; quas tamen dotari volumus dote concedenti, habito respectu ad vires hereditatis de valore, & agnatos, si adhuc dotatæ non fuerint, nec habeant unde dotari possint; Postremo providentes circa dubium, quod oriri sæpe numero solet, & in quo varii varia fenserunt, videlicet, An jus competentis feminis ex dispositione statutum non agnatum transmittatur ad quoscumque heredes ipsarum, disponendo, quod tale jus competentis feminis, quæ, masculis non extantibus, pro tertia parte vocantur ad successione parentum, ut diximus supra in versiculo: Si verò nulli, &c. non agnatum transmittatur ad quoscumque hæredes ipsarum. In cæteris autem prædictis feminis, & casibus earum, omnes jus ipsi competentis ex hoc statuto non transmittatur ad ullos hæredes ipsarum, imo intelligatur extinctum, & applicetur vocatis in præsentem Constitutione, si ipse femina moriantur antequam illud agnovissent, & aliquo modo se velle consequi patefecerint.

MAGERATENSIS

Civitatis.

PARTICULA XC.

De Mulieribus dotatis, Rubr. 30. lib. 2.

Mulieres dotatas à successione Ascendentium, & Transversalium in omnibus casibus supra statuto de Successione ab intestato exclusas virtute præsentis sanctionis esse declaramus, & quæ dotatæ non forent, dotari volumus, & consequenter pariter exclusas esse, nec sibi aliquo pacto concedatur actio ad supplementum legitime, etiam quod dos ad legitimam non ascenderet de jure communi, dummodo concedenter dotata fuerit secundum qualitatem domus, ut pariter dictum extiterit in d. statuto de Successione ab intestato. Declarantes tamen, quod si postea decesserint illæ personæ, quarum contemplatione exclusæ extitissent, & bona devenirent ad feminas, ne deterioris conditionis istæ existant, volumus illas, seu earum descendentes ad portionem, eis de jure communi tempore mortis personæ, à cuius hereditate fuerint exclusæ, competentem admitti, ac si nunquam fuissent exclusæ, nec aliqua præscriptio eis nocere possit. Iniquum enim censemus, unam mulierem excludi, alteram verò ad hereditatem, & ad portionem illi alias adeptam admitti, cum cesset omnis ratio exclusionis; propterea volumus hoc casu reintegrari, ac si nunquam fuissent exclusæ. Ad dentes, quod exclusæ una persona, censentur exclusæ omnes aliæ ab ea descendentes, uti ex radice infecta venientes, sive masculi, sive feminæ sint. Volumus insuper exclusionem non extendi ultra personas nominatas, & descendentes ab

eis, cum conditione tamen supra expressa, ob quam in specie bona dictæ hereditatis sint adeo obligata d. mulieribus, ut supra exclusis, ut omnis alienatio sit personæ vocatæ interdita penitus, & illam nullam, nullique reprobis, & momenti esse volumus, & cessant illa persona, ut supra, eisdem mulieribus actionem concedimus pro recuperatione dictorum bonorum, ad quæ reintegrata reperitur contra quemcumque possessorem, dummodo liquidè demonstrat esse de dictis bonis; Et dummodo ab uno fuerint dotatæ, repellantur à successione omnium, videlicet patris, avi paterni, & aliorum ascendentium, fratrum, & eorum descendendum masculorum, unica etenim dote sit contenta, sive sit data, sive sit promissa, sive deberet sibi dari, ut supra in hoc statuto, & pariter in statuto de Successione ab intestato fuit facta mentio. Quod inviolabiliter observari volumus, etiam quod dictæ mulieres essent nuptæ forensibus, vel personis, quæ virtute privilegiorum non subjacerent jurisdictioni nostri Communi, vel nupti traderentur, quia in ipso transitu in aliena jurisdictione volumus præsumi factam renunciationem per dictam nuptam, & dotatam omnibus bonis prædictis, & si in aliquo casu non concordaret præsens dispositio cum statuto de successione ab intestato, volumus hanc secundum illud declarari, ita ut in nullo casu intelligatur derogatum.

Ejusdem Statuti, De successione ab intestato, Rubr. 38.

SI aliquis, vel aliqua ab intestato decesserit, remanentibus post se filio, vel filiis natis vel in utero existentibus masculis legitimis, & naturalibus, hi superstites prædictis defunctis, videlicet succedant, exclusis penitus filia, & filiabus natis, vel nascituris, dotatis, & non dotatis, nec non descendentes ex ipsis, vel masculis, sive feminis, & quod feminæ essent ex filio, vel filiis, nepote, & nepotibus, pronepotibus masculis, & in infinitum cuiuscumque numeri, gradus, conditionis, ordinis, & professionis fuerint, ab omni prorsus successione, & legitima portione, debitis jure naturæ pro vitæ subsidio, vel quovis alio nomine, & titulo, educandis tamen, & alimentandis, & dotandis modis, & temporibus infra scriptis. Et eandem feminarum prædictarum exclusionem volumus habere locum, si superfuissent nepos, vel nepotes, pronepos, vel pronepotes quicumque ex nepote, & nepotibus ex filio, & ex filiis natis, & deinceps in infinitum, salvo inter ipsos masculos jure subintrandi in loca, & partes defunctorum, vel per stirpes, vel per capita, in quibus casibus jure communi dispositio remaneat immutata. Semper tamen repetitis in quolibet gradu & in qualibet persona antedictis masculinatis, legitimatis, naturalitatis qualitatibus. Dictas autem feminas dotatas, seu dotandas à patre, matre, avo, avia, paternis, se maternis, vel ab aliquo descendenti masculorum prædictorum inhabilitamus ad omnium, & singulorum tam masculorum, quam feminarum descendentiæ, & ascendentiæ successiones, etiam descendentiæ post mortem personarum, de quarum bonis dotatæ fuerunt, vel dotandæ sunt, perinde ac si cujuslibet personarum memoratarum bonis dotatæ extitissent, donec supererit aliquis masculorum præfatorum, non possit ad aliquos præfatarum personarum successione aspirare, dummodo in succedendo matri quamplures haberit viros in bonis, quæ illi obvennerunt ab aliquo maritorum prædictorum; vel illius matrimonii occasione, sive per successione, sive conventionis modum filii ejusdem matrimonii succedant, etiam si essent solæ filiaræ ex illo matrimonio, & filii masculi ex aliis matrimoniis; & prædicta dispositio habeat locum etiam in patribus, qui haberint plures uxores; In bonorum verò dotium divisione, & successione masculis, ut supra, deferenda, jura communia observentur. Cui matri decesserit sine descendentes ex se masculis per masculos, ut in patre, filia, & filiaræ, & descendentes ex ipsis succedant, nulla habita consideratione præmissæ dispositionis. Filias autem, & descendentes feminas superius exclusas, volumus honestè, honorificè, & condigne educari, alimentari, & de bonis personarum, à quarum hereditatibus exclusimus temporibus debitis per illos, qui excluderent, & ipsorum successores juxta consuetudinem Civitatis, & qualitas feminarum, & parentum gradus, & conditiones patrimonii, & dotium, quæ ab aliis de domo prædicta

præcesserunt, modus expostulant, maritari, & dotari. Qui viri si fuerint negligentes in maritando, & dotando, & maritanda excesserit annum vigesimum suæ ætatis in-nupta, possint duo proximiores, siue ex latere patris, si-ue matris, siue utrinque, ipsam maritare de bonis, unde fuerunt exclusæ, iuxta considerationes antedictas, quæ bona, huius statusi virtute, intelligantur ipso iure hypotheçata, & obnoxia oneri prædicto; Non existentibus autem prædictis in concordia, ad id eligatur Tertius per Priores Civitatis pro tempore, qui tres cum omni circum-pectione citius, secretius, & modestius, quod fieri poterit, curent, ut maritetur, & dotetur, & quilibet con-junctis possit ad effectum prædictum comparere, donec dic-ta dotanda, & maritanda fuerit maritata, & dotata. Descendentibus autem masculis prædictis, non extantibus vel renuentibus patre, & avus paternus, & per lineam superiorum directam masculi ascendentes admittantur, sal-va gradus proximioris defuncto prærogativa, quoad ulum-fructum tamen, reservata proprietate filiabus, & descen-dentibus ex ipsis, si extantibus ex defuncto, sine præjudi-cio dotacionum faciendarum, ut supra. Deficientibus au-tem masculis prædictis, quorum favore fœminis in omni-bus iuribus, & ad omnem successione, unde fuerunt exclusæ, restitimus, & reintegramus, nulla temporis præscriptioe obstante, seu quietatione. Si autem nec ascendentes, nec descendentes masculi de masculis, ut supra memorati, supervenerint, sed filia, vel filia, vel nepotes ex filiis masculis, & frater, vel fratres germani carnales utrinque, vel ex patre tantum conjuncti defun-cto, concurrant per capita æqualiter in successione, ultra dotes datas, seu dandas, ut supra, qd. filiabus, & nepo-tibus, & filii fratrum prædictorum in loca, & partes pa-trum suorum, ipsis non extantibus, admittantur, refer-vato semper jure reintegracionis prædictis filiabus, & nepo-tibus, & descendentibus fœminis exclusis in portioni-bus antedictis, ad quas patris, & patrum suorum fue-rint admitti, etiam extantibus filiabus fœminis ex dictis patris, & filii patrum. Mater verò, cui pater defi-cientium filiorum, seu filiarum aliquid testamento reliquit, illo debeat esse contenta, ab omni proflus successione de-cedentium liberorum exclusa, si ad alia transierit vota, siue ante, siue post obitum patris, si verò viduitatem servaverit, succedat in medietatem legitimæ portionis si-bi debitæ, & in bonis defuncti filii ex dicto matrimonio, in quo servaverit viduitatem, computando dicto credito mariti in dicta medietate legitimæ.

M A S S Æ,

Quæ est Terra in Umbria habens Governatorem independentem.

P A R T I C U L A X C I.

De successione ab intestato, Rubr. 91.

Item statuimus, quod si aliqua persona de Castro, vel Villis Massæ ab intestato decesserit sine liberis superstitibus, seu superstitibus sibi aliquibus, seu aliqua persona usque in tertium gradum suæ agnationis inclusivè, succedat sibi proximior de dicta sua agnatione, hoc intellectu, & declarato quod in dicta successione non habeatur, nec haberi debeat distinctio, seu consideratio, vel respectus, an talis persona conjungebatur tali defunctæ personæ ex utroque parente, siue per lineam utriusque parentis, seu ex uno, vel unius tantum, dummodo ex parte ipsius defunctæ personæ, seu ex ejus paterna linea saltem eisdem conjunctis extiterit. Præterea volumus, quod nepotes ex fratre carnali quondam talis defunctæ personæ succedant eidem una cum eorum patris, eodemque fratre quondam talis defunctæ in stirpe, & non in capita. Mater verò ipsius quondam defunctæ personæ, in dicto casu, in sola octava parte honorum ipsius quondam sui filii, seu filia succedat, & succedere possit eidem, & ipsa octava parte dicta mater dicto casu contenta sit, & esse debeat, adeo quod nihil amplius jure successione petere, vel habere possit de hæreditate prædicta, Matre verò non extante succedat eidem ab intestato quondam avia sua paterna in octava prædicta, & ipsi matre, & avia non extantibus, simili modo succedat ei proavia quondam paterna, videlicet mater avi sui patris. Avia verò materna, videlicet mater matris, & proavia materna, videlicet avia matris

dictæ defunctæ personæ, seu aliqua persona de cognatitia prole quondam ipsius defunctæ personæ, siue patris ejusdem in dicto casu ad dictam successione nullatenus admittatur ita tamen quod in dicta agnatitia prole non includatur, nec intelligatur includi aliqua fœmina, excepta sorore carna-li, siue nepte filia fratris carnali, & amica quondam talis defunctæ personæ, quæ sola, scilicet soror neptis, & amita in dicta prole agnatitia, & in ejus numero compre-hendatur, & comprehendit valeat in casu prædicto, si & in quantum in eo casu talis defunctæ personæ non supervi-vat aliquis quondam ejus frater carnalis, siue nepos legiti-mus, & naturalis natus ex fratre carnali quondam talis defunctæ personæ, quibus fratre, & nepote vel aliquo eorum extantibus, & superviventibus, siue extante, & supervivente, dicta soror, neptis, & amita quondam ta-lis defunctæ personæ à dicta ejus successione repellantur, & ad eam dicti quondam ejus frater, & nepos admittantur, & admitti possint, sed & si dictæ mater, avia, & proa-via paterna, vel aliqua earum, quæ in dicta octava, ordi-ne præmissis, succederet, & succedere, possunt, ut dictum est, non extarent, Succedant nihilominus tali defunctæ personæ eidem proximiores de dicta agnatitia prole ut superius dictum est. Verum si talis persona decesserit condito testamento, vel alia ultima voluntate, & in ipso vel ipsa quocumque titulo, jure & modo aliquid relique-rit ipsi suæ matri, aviæ, vel proaviæ, eo casu talis ejus mater, avia, vel proavia, dicto contenta sit, & esse de-beat, nec ulterius de dicta hæreditate jure successione ha-bere possit.

M A S S Æ

Longobardorum, quæ est Terra sub Lega-tione Ferrariæ.

P A R T I C U L A X C I I.

De successione ab intestato, Rubr. 112.

Ut conservetur dignitas, & amplitudo in familiis, quæ non depauperentur propter fœminas transeuntes ut plurimum ad alienas familias, & ut dictis fœminis consu-latur, & tollatur multa dubia, quæ ex antiquis Statutis cum multis laboribus, & expensis in præteritum decurre-runt. Statuimus, quod si quis masculus decesserit ab intes-tato, vel intestatus, etiam si fuerit infans, vel alias in-estabilis, prima causa successione sit filiorum, aut descen-dentium masculorum, ut filii, & successive alii descen-dentes masculi succedant, exclusis filiabus, & omnibus aliis fœminis cujuscumque lineæ, & gradus, tam in bonis prophanis, quam ecclesiasticis, & cujuscumque alterius generis, non obstante aliqua in vestitura, dotandis tamen, ut supra in alio Statuto posito sub Rubrica Infra quantum tempus frater, vel descendentes teneatur maritare fore-rem, vel descendentes disposuimus; si verò nulli descen-dentes, aut ascendentes masculi fuerint frater, & filii fratris personæ defunctæ, agnati tamen succedant, & ex-cludant filias, & omnes fœminas cujuscumque gradus, & lineæ, dotandas tamen, ut infra dicitur, si dotatæ non fuerint ab aliquo, cui incumberet onus dotandi, sin autem quis decedat nullis relictiis filiis, vel descendentes, vel ascendentes masculis ex linea masculina, proximio-res secundum gradus prærogativam usque ad quartum in-clusivè, enumerando gradus secundum jus canonicum, succedant, & præferantur filiabus, & omnibus aliis fœ-minis cujuscumque gradus, & lineæ, quæ tamen dotari debeant usque ad annos viginti ætatis suæ inclusivè, dote non minori legitima, prout disposuimus in prædicto alio Statuto posito sub Rubrica infra quantum tempus frater, vel descendentes teneatur maritare forerem, vel descen-dentem, quibus omnibus prædictis salvis volumus, quod prædictæ fœminæ sic exclusæ non possint causa, & occa-sione alicujus legitime molestare, & inquietare masculos vocatos ad successione per præsens Statutum; Adjicien-tes etiam, quod si aliqua mulier maritata fuisset, nulla dote constituta ante mortem personæ, cui incubuisse onus dotandi, possit petere dote sibi constitui, non obstante quod ipsa mulier in matrimonio fuerit etiam constituta.

M E L D U L Æ,

Quæ est Terra B. in Provincia Romandiolæ.

P A R T I C U L A X C I I I.

Quod Mulier dotata sit contenta de dote sua, Rubr. 93.

Statuimus, & ordinamus, quod si aliqua mulier fue-rit dotata à patre, matre, avo paterno, fratre carnali, & pater, seu mater, avus paternus, vel frater carnalis præ-dictæ decesserit ab intestato, superstitibus filiis masculis legitimis, & naturalibus, natis ex filio, vel filiis masculis legitimis, & naturalibus, quod ipsa talis mulier, vel ejus filii, vel hæredes, non possint aliquid petere in bonis alicu-jus prædictorum ab intestato defunctorum, etiam non do-talium, sed sit, & esse debeat contenta sua dote, ipsa, & ejus filii, & hæredes, & omnia bona ipsorum defunctorum deveniant ad ipsos filios, vel nepotes masculos; si verò pa-ter, mater, avus paternus, vel frater carnalis talis mulieris dotata decesserit cum testamento, & aliquid reliquerit tali mulieri dotata, vel ejus filiis, relictiis filiis masculis, vel nepotibus masculis, legitimis, & naturalibus ex filiis, masculis dicti Testatoris legitimis, & naturalibus hæredibus, ista talis mulier, & ejus filii, vel hæredes debeant esse contenti dicta dote, & de eo, quod esset eis relictum, quocumque titulo sit relictum, nec possit plus petere, quod eis relictum, nomine legitime debitæ jure naturæ, nec possint dictum Testamentum petere irritari, & annullari, seu cas-sari, ex eo, quod non fuerit eis aliquid relictum jure in-stitutionis. Et similiter filia fœminæ, etiam non nuptæ, debeant esse contentæ dotebus eis relictiis in Testamento patris, matris, vel avi, seu fratris carnalis. Nec possint plus petere in eorum, vel alicujus eorum bonis, ratione legitime debitæ jure naturæ.

Nec possint Testamentum dicere nullum pro eo, quod non fuerit eis jure institutionis relictum, ut supra præmit-titur, nec dictum testamentum prædictæ mulieres nuptæ, & dotatæ, vel non nuptæ, quibus dos est relicta, ut præmit-titur, possint per querelam inofficiosi testamenti aliquali-ter impugnare, & in omnibus, & singulis casibus intelli-gatur, & præsumatur dicta mulier congruè dotata, etiam si de dote non appareat, si nupta steterit cum viro suo in ma-trimonio in una domo per decem annos continuos, aliqui-bus statutis, & jurebus communibus in contrarium loquen-tibus non obstantibus; quæ omnia hæc per præsens Statu-tum intelligantur totaliter derogata, & quod D. Commissa-rius, vel ejus Judex non debeat alicquem audire, vel jus aliquod reddere contra præsens Statutum sub pœna lib. 20. quinque bononorum pro quolibet contrafaciente, & qua-libet vice, & quod factum fuerit, non valeat ipso jure. Et idem intelligatur de aliis quibuscumque personis dotatis masculis aliquam mulierem, statuente in super, quod si supradi-cti pater, mater, avus paternus, vel frater carnalis decesserint, vel alter decesserit ab intestato, relictiis suprascriptis fi-liis masculis, vel nepotibus masculis ex filiis masculis om-nibus legitimis, & naturalibus, ut prædicitur; & aliqua fi-lia, vel nepte, una, vel pluribus, etiam legitimis, & natu-ralibus, nondum maritata, vel dotata, dicti filii, & nepo-tes masculi succedant in tota hæreditate talis defuncti, tamen ipsi filii, & nepotes hæredes teneantur talem filiam, forem, vel neptem indotata, maritare, & dotare com-petenter pro viribus hæreditatis, & personarum conditio-nibus attentis, vel etiam si maluerit in Monasterio Reli-giosiarum, cum competentibus, & solitis donis mittere, ad quæ, vel ipsorum alterum, quam ipsa voluerit, si prædicti masculi hæredes fuerint negligentes, Dominus Commis-sarius, vel ejus Judex teneatur, & debeat vinculo jura-menti, summarie, & simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura Judicii, ipsos hæredes personaliter, & realiter cum effectu compellere. Et si d. D. Commissario, vel Judici videbitur, ad hoc convocet duos bonos viros consanguineos ipsorum, si reperiantur de facili, vel duos bonos viros, vel vicinos, qui una cum ipso D. Commissa-rio, vel ejus Judice declarent quantitates dictæ Dote, quam dorem declaratam d. D. Commissarius, vel Judex cogat ad hæredes ad solvendum cum effectu merito talis mulieris si sit nupta, vel promissa post mortem suprascripti defuncti, vel ad deponendum penes idoneum mercatorem pro ipsa muliere maritanda, si nondum sit, ut præmittitur marita-ta. Addentes, quod masculi teneantur fœminas dotatas omnino alimentare, quousque fuerint nuptæ, & si in his fuerit D. Commissarius, postquam fuerit super hoc requi-Card. de Luca de Statut. Succes.

situs, negligens, vel remissus, in libris viginti quinque bo-nonorum per ejus Syndicatos condemnatur.

M E R C A T I

Saraceni, quod est Castrum B. sub Legatione Romandiolæ.

P A R T I C U L A X C I V.

Pro conservatione familiarum, & agnationum Terra-rum, posterorum, & masculorum, per quos familiae conservantur, si concedere, che stantibus filiis masculis, fi-liæ fœminæ, vel descendentes ab eis ad successione patri-s, & aliorum ascendenteum ab intestato decedentium non admittantur, dummodo sint dotatæ competenter, se-cundum facultatem Dotantis, & consuetudinem Domus, vel dotentur; idè quod non possint petere legitimam, vel ejus supplementum.

M E S S E N A N I

Quod est Castrum sub Gubernio Spoleti.

P A R T I C U L A X C V.

Quod Mulier dotata à Patre, vel Matre, existente masculo, non succedat ab intestato. Cap. 5.

Statuimus, & ordinamus, quod mulier dotata à patre, vel matre, existente masculo, non possit succedere ab intestato in bonis dotantis, & ejus dote stare debeat tacita, & contenta, & plus petere non possit.

M E V A N I Æ

Quæ est Terra sub Gubernio Umbræ.

P A R T I C U L A X C V I.

Quod Mulier dotata à Patre, Matre, Fratre, vel alii con-sanguineis suis dotebus sit contenta Rub. 20. lib. 2.

Si aliqua mulier dotata fuerit à patre, matre, fratre, vel aliis suis consanguineis, suis dotebus sit contenta, & plus de bonis patris, matris, fratris, vel fratrum, vel alio-rum consanguineorum suorum petere non possit, si ex ea filius, vel filii masculi, vel fratres, vel nepotes carnales remanserit, salvis relictiis in Testamento factis, quæ liberè possint peti; & si aliquis contrafecerit, vel venerit aliquo modo contra, pro quolibet vice in viginti quinque libris de-nariorum condemnatur, & omnia, & singula suprascripta locum habeant in præsentibus, & futuris, & talis mulier filii, vel nepotes ipsius teneantur, & debeant infra octo dies, postquam eis fuerit notificatum, quietationem facere generalem filio, vel filiis masculis, fratris, vel fratribus carnalibus, vel nepotibus masculis remanentibus ex parte matris, vel patris de omni eo, quod à filiis, vel à fratribus masculis, vel nepotibus masculis petere, vel exigere possint in bonis, quæ quondam fuerunt patris, vel matris ipsius mulieris, vel fratris, vel fratrum ejusdem, tam ratione suc-cessionis, aut ex testamento, quam etiam alio modo, jure, vel causa, & si non fecerit, sua facere recusaverit, in viginti-quinque libris denariorum Communi Mervanæ condemnetur, & nihilominus prædictum Capitulum in quolibet parte sui firmum debeat remanere, & executioni mandetur, salvis relictiis in testamento factis, quæ liberè peti possint; & Potestas, & Consules super prædictis intendant, & procedant diligenter ad petitionem filii, vel filiorum mascu-lorum, & fratris, seu fratrum, & nepotis, seu nepotum, quando fuerint requisiti ad penam in viginti quinque libris denariorum pro quolibet in suo officio, cogendo ipsam mulierem hujusmodi faciendi summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, & omni juris solemnitate omis-sa; Et si Potestas fuerit negligens, vel Consules in prædictis, in centum libris denariorum, & quilibet Consulium in vi-ginti quinque libris denariorum Communi Mervanæ con-demnetur.

M O N D A I N I

Quod est Oppidum sub Legatione Romandiolæ.

P A R T I C U L A X C V I I.

Quod fœmina dotata stantibus masculis non succedant ascendentes, tam ex parte matris, quam patris, Rubr. 51.

Statuimus, & ordinatum est gratia domus, & familiæ conservandæ, quod fœminæ dotatæ decedentibus ascen-

ascendentibus, superstitibus filiis masculis, nullo modo eis succedant, nisi dumtaxat, quatenus de ipsorum ascendendum præmorientium præcesserit voluntas. Si vero non essent dotatæ, nec ab ascendentibus prædictis aliter institutæ, tunc tantum dotem possint petere, & consequi, secundum qualitatem patrimonii, & conditionem personarum, & consuetudinem patris familias præteriti temporis, seu domus; non obstantibus Statutis, vel iuribus huius Statuti in contrarium facientibus, seu loquentibus, nisi post mortem prædictorum filiorum masculorum, qui hæreditatem ascendentium non adivisset, remanerent solummodo filiaæ fœminæ, tunc cum dictis filiabus sic remanentibus concurrant in successione omnium bonorum ascendentium prædictorum dictæ primæ filiaæ, ut supra dotatæ, pro portione eis tangente in dd. bonis ascendentium, quemadmodum cum eorum filiis successissent, si huiusmodi provisio facta non fuisset.

MONTECCHII

Terræ sub Gubernio Maceratae.

PARTICULA XCVIII.

Quod Mulier dotata à Patre à successione excludatur superviventibus masculis, Rubr. 21. lib. 2.

Item statuimus, quod si aliqua mulier dotata fuerit à patre, vel matre, vel fratribus, vel abavo, si fecerit renunciationem, siue non, potestatem ipsa, nec ejus descendentes non habeant petendi de bonis paternis, vel avi, aut matris, donec legitimi hæredes masculi exriterint, & filii ex utroque parente, & hoc intelligatur ab intestato, si autem cum testamento moreretur, non possit talis mulier, nec ejus descendentes plus petere, quam illud, quod pater, mater, aut avus sibi reliquerit in suo ultimo testamento, & hoc Capitulum sit præcisum, quod nulli non possit consilio, vel abenga, & locum habeat, in præteritis, præsentibus, & futuris. Et idem dicimus de bonis fratris, quod plus petere non possit, quam frater ei forori reliquerit in suo ultimo testamento, & quod omnia prædictorum bona, scilicet patris, matris, avi, & fratris ab intestato decedentium, cadant, & deveniant integrè in masculos filios, vel nepotes ex filiis masculis descendentes superstitibus, unum vel plures, & hoc locum habeat in præteritis, præsentibus, & futuris. Hoc addito, quod si filia una, vel plures essent, & dotem non haberent distinctam, quod ipsi filiabus, uni vel pluribus, non prejudicet, nec obstat præsens ordinatio, vel Statutum, nisi infra sex menses, postquam decesserit aliquis prædictorum patris, matris, avi, vel fratris carnalis fuerit per duos proximiores consanguineos ipsorum masculorum, & mulieris, ipsa mulier dotata, vel ipsi dos deputata de bonis ejus, ad cuius successione de jure vocaretur, secundum qualitatem patrimonii, & facultatem, ac conditionem personarum, & consuetudinis ipsius Domus, ad quam dotandam ad petitionem cuiuscumque petentis, consanguinei per Potestatem compellantur, & facta deputatione dictæ dotis, talis mulier sit à successione exclusa, donec supervixerint masculi descendentes, ut superius dictum est, & intelligatur dotata mulier, si dos fuisset promissa, vel data, seu etiam relicta in testamento per aliquem prædictorum patris, matris, avi, vel fratris carnalis, ut excludatur talis mulier, ut dictum est à successione prædictorum, & quolibet ipsorum, donec descendentes prædicti supervixerint.

MONTICELLORUM

In districtu Urbis.

PARTICULA XCIX.

Modo di dispensare i beni di quelli, che moriranno intestati. Cap. 34. lib. 1.

Statuimus, che li beni di quelli, che moriranno intestati vengano alli figli maschi, e se non vi fossero maschi alle femine maritate, e non maritate, e quando vi fossero maschi, e femine, li maschi siano obligati nutrire, mantenere, e maritare dette femine, e dotarle secondo la consuetudine di detta Terra, e maritate che faranno non possono domandare alli loro fratelli altri beni, nè parenti, nè materni, ma sia in petto delli fratelli volerli dare alcuna cosa, ed alli detti, che moriranno intestati, non avendo nè figliuoli, nè figliuole, come di sopra, succedano li parenti suoi più prossimi.

Nobilis vir Comes Subditus J. U. D. celeberrimus, unus ex Dominis Consultoribus in dicto Consilio existens, surgens à loco suo, & corporali accepto juramento de rectè, & fideliter consulendo, accedens ab solito loco arregandi, & ibidem caelesti implorato subsidio, consulendo, & arregando dixit, & consuluit in hunc, qui sequitur modum, videlicet.

Super quinta præposita, videlicet super publica, & evidenti utilitate, dixit, quod ut Familia, & Cippus domus, & domorum conserventur, & manuteneantur, & ne masculi depauperentur, &c. & ad conservationem domorum, dixit, & consuluit in hunc modum, & formam, videlicet; Quod quælibet mulier, quæ fuerit dotata à patre, vel matre viventibus, vel in eorum ultimo testamento, vel ab avo, vel avia, defunctis parentibus, non possit succedere in eorum hæreditate, nec aliquid petere in eorum bonis, stantibus masculis, sed debeat stare tacita, & contenta de ejus dote sibi data, vel relicta, & quicquid petierit, sit inane, irritum, & nullum; & omnis via successione sit ibi penitus præclusa, & quod præsens statutum, & decretum habeat locum in præteritis, presentibus, & futuris, & quod debeat confirmari per superiorem, & si opus fuerit per Sedem Apostolicam, & casu quo reperiretur aliquid statutum in volumine statutorum Terræ Montis Bodii, loquens in favorem masculorum, per præsens non intelligatur illi derogatum, sed potius, sit illius ampliatio.

Dilectis Filiis Prioribus, & Universitati Terræ nostræ Montis Codii Senogallien. Diocesis.

Paulus Papa Tertius. Dilecti filii salutem, & Apostolicam benedictionem. Humilibus pro parte vestra per dilectum filium Comitem Sabatium Concivem, & Oratorem vestrum nobis super hoc porrectis supplicationibus benignè annuente, omnia, & singula privilegia, indulgentia, gratias, & libertates per Sedem Apostolicam, ejusque Legatos, & Ministros, quomodolibet hæctenus vobis concessa, quatenus in usu sint, nec non statuta municipalia decreta, & ordinationes, antiqua, & moderna quæcumque, & specialiter reformationem super dotatione mulierum, tam ab intestato, quam ex testamento dudum factam, dummodo contra Canones, Sanctiones, & Libertatem Ecclesiasticam non tendant, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus; ac nostro, & Apostolicæ Sedis munimine roboramus; in violabilitergue observari debere volumus, & decernimus, quibusvis consuetudinibus, & abusibus, ac rescriptis, ac litteris Camera Apostolicæ in contrarium forsitan editis, & edendis, cæterisque contrariis, non obstantibus quibuscumque. Datum Camerini sub Annulo Piscatoris 6. Octobris 1539. Pontificatus Nostri anno quinto.

B. Lusius.

MONTIS CASSIANI

Terræ sub Gubernio Marchiæ.

PARTICULA CI.

Quod nulla mulier dotata possit succedere ab intestato, stantibus filiis masculis, & decedente uxore, quid lucretur maritus supervivens, & de quibus bonis uxor sepeliri debeat, Rubr. 25. lib. 2.

Statuimus, & ordinamus, quod nulla mulier dotata, vel quæ pro dotata steterit per decem annos aliquam querimoniam facere possit de dote sua, & intelligatur pro dotata illa mulier, de cuius dote appareret instrumentum, vel protocollum Notarii à patre, avo, paterno, vel materno, à matre, vel avia quavis, fratre paterno, vel avunculo, sorore, nepote, vel nepte sua, vel aliter legitime, & non possit, vel debeat succedere ipsa, vel filii, aut descendentes ab ea ab intestato aliquid ex prædictis personis dotantibus, ut dictum est, si ex eis, vel ab aliqua eorum, vel earum remanserit aliquis hæres masculus, filius, vel nepotes masculi neque in bonis, vel super bonis prædictarum personarum, vel alicujus earum aliquid petere, habere, vel possidere, seu apud se retinere, sine expressa voluntate, & dispositione prædictarum personarum, vel alicujus earum, de qua legitime appareat, & hoc locum habeat in præsentibus, & fu-

& futuris. Et quod illi mulieri dotatæ, ut supra dictum est, non liceat redire ad aliquam partem dictæ matris, vel aviaæ dotantium, si ex ea matre, vel avia masculus, vel descendens ex masculino remanserit, salva semper ultima voluntate, vel dispositione matris, vel aviaæ prædictæ. Et si aliqua mulier fuerit dotata, vel dotem suam receperit de bonis communibus, quæ habet cum fratribus carnalibus, vel eorum filiis, non possit ipsa, vel ejus hæres de cætero petere, vel habere, seu venire ad successione, vel communionem aliquam bonorum, & rerum communium prædictorum, vel alicujus eorum, & ipsorum filiorum masculorum, salva semper in hoc testamentaria, vel ultima voluntate, seu dispositione prædictorum fratrum, vel fratris. Et si filia prædictæ, vel aliqua ipsarum vidua remanserit, possit in domum paternam redire, dotem suam reportando, nec expelli possit, seu possint ab hæredibus patris, sub pena mille lib. den. pro quolibet hærede contrahacientem, & nihilominus stare possint, & debeat; Et si contigerit filiam, vel filias indotatas remanere possint, & dotari debeant competentem, & juxta domus conditionem, & arbitrio D. Potestatis, trium Consanguineorum, & trium Affinium à remanentibus fratribus, vel eorum filiis masculis tantum, non autem neptibus, seu filiabus fœminis fratrum, sed cum ipsis communiter succedant dicto casu, ac etiam si per prius fuissent dotatæ, similiter dicto casu succedant, dotes tantum habitas conferendo cum prædictis neptibus. Et quod si qua uxor ulterius moreretur sine filiis, vel filiabus, propter mortem illius mariti lucretur medietatem dotis totius omni exceptione remota, etiam dotis promissæ, & non solutæ; de alia verò tota medietate ad sui voluntatem uxorem ipsam disponere valeat. Expensæ vero sepulcræ, & alia funeralia æqualiter fiant per maritum de lucrata medietate, & uxoris hæredem in alia dote medietate succedentem; expensæ verò factæ pro uxoris infirmitate ab ipso viro, nullo modo à viro rependantur, nec ejus hæredes ab uxoris hæredes, & successore quovis modo. Volumus autem, quod filia, quæ in nuptas remanserit, donec nuptui tradatur, ab ipsis fratribus semper alantur, & eisdem de omnibus necessariis provideatur, & tempore, quo nuptui traduntur, vel postquam marito domum invenerit, fratribus, & eorum filiis masculis, vel patri, & matri renuntiare teneantur omnia bona paterna, & materna in mensem, quo termino elapso, quatenus fuerit dotatæ, ut supra, si non fecerint, pro legitime facta habeatur dictorum bonorum renuntiatio, & quietatio vigore præsentis Statuti, nec dicta renuntiatio nocet non remanentibus filiis masculis, vel nepotibus ipsarum patribus, & similiter non remanentibus ex ipsarum fratribus, filiis, & nepotibus masculis.

MONTIS CASTELLI

Castri in Provincia Umbriæ, independentem habentis Gubernatorem.

PARTICULA CII.

Che essendovi il maschio, le femine non succedano, e come si debbano dotare, Rubr. 29.

Item statuimus, che niuna figliuola, nepote, pronepote, ò vero abnepote d'alcuna dell'infrafcritte persone, della quale successione se tratta, che altra persona di qualsivoglia sesso, ò vero grado, se sia descendente dalla tale defonta persona per linea femminile, succeda, ò ver succeder possa ab intestato in alcuna cosa à suo padre, madre, avo, avia, proavo, proavia, abavo, abavia, morto, ò vero morta senza testamento, nè anco in detta successione sia udita, agendo, ò vero excipiendo, sopravvendo ad alcuna di dette persone, così senza testamento morto alcuno suo figliolo legitimo, e naturale, ò vero alcun altro maschio legitimo, e naturale d'inferiore grado descendente per linea masculina legitima, e naturale dalla prefata persona defonta, della cui successione si trattasse, & essa successione accettar volente, e se la tenuta, ò ver possessione de i beni hereditarii della tale persona defonta, ò vero alcuni beni, ò alcun bene d'essi, ò ver parte d'essi beni avesse essa tenuta, ò ver possessione, lassare, e di metter sia obligato al predetto legitimo successore della tal persona defonta à sua petitione. Hoc intellectu, che tal figliuola, ò vero nepote, & ciascun'altra persona d'inferiore grado descendente dal maschio legitimo, e naturale descendente per detta linea masculina da essa persona defonta, della cui successione si trattasse, se dotata non fosse, se debbia concedentemente dotare de i beni hereditarii della tale defon-

ta persona per il suo successore, considerata la conditione della sua persona, e la qualità, e quantità de i beni dell'heredità predetta, & anco de' detti beni hereditarii, si debba alimentare, fino à tanto farà maritata, e se le sue doti haverà conseguita con effetto, ò ver se farà fatta Monaca, & sarà entrata in Monasterio, e che il detto successore ad essa, dotar, & alimentare sia tenuto, & possiti, & debbiati constringer con effetto, & per le predette doti, & alimenti, dopò la morte della prefata defonta persona, e dal tempo della sua morte, e nanti, che sia maritata, tutti li predetti beni hereditarii per vigor, fictione, & autorità del presente Capitolo à tal donna obligati, & hipotecati se intendano, e siano per provisione di testamento, e di altra ultima volontà di tale persona defonta succedano, e succeder possano à lui le predette persone, e ciascuna di loro, & i legati, fideicommissi, & ogni, e ciascuna cosa in tal testamento, & ultima volontà à loro, & à ciascuna di loro fosse lasciato, pigliar, & haver possano, secondo il tenore, e forma d'esso testamento, ò vero ultima volontà, se à loro, & ad esso altro juridico non obita, con questo inteso, che esse donne, e ciascuna di loro, alle quali, ò alla quale i beni della tal persona defonta così, come di sopra, pervennero, quelli ad se computi, e computar debbia in detta sua dote, e se alcuna di d. donne dotata fosse da alcuno delle predette persone in sua vita, ò vero per sua ultima volontà, in questo caso tale donna sia, & esser debba contenta, di modo che niuna cosa oltra detta quantità in la heredità, ò ver dell'heredità di alcuna delle predette persone domandar possa, ò vero haver, se non secondo l'expressa dispositione di tal persona, e se dopo che alcuna delle predette persone sarà maritata, remanerà vedova, possa alla casa dell'herede di tal defonta persona ritornare, & ivi stare, & d'essi beni hereditarii al modo predetto alimentare se debbia, fino sarà un'altra volta remaritata, ò vero intrarrà nel Monasterio, purchè i frutti della dote, quali haverà, ò vero alcuni altri suoi beni, quali all'ora haveffe, si debbano convertire in dd. alimenti; Ancora volemo noi Statuenti; che se alcuna delle predette persone, della cui successione si trattasse, nella sua ultima volontà alcuna cosa ad alcune di d. donne lassasse per ipsa dotare, e di poi anti, che mora ipsa dotasse, e di poi non revocando detta sua ultima volontà in la predetta parte morisse, detto relicto evanesca, & esser annullato ipso jure s'intenda, e per non fatto totalmente se habbia, & si sopra le predette cose, ò vero in alcuna delle cose predette nascesse lite, questione, ò controversia, il Giudice, ò vero Podestà, ò il Vicario del Castello di Monte Castello debbia conoscere, procedere diffinitivamente, & effeguire brevemente, & summariamente senza strepito, e figura di giudizio.

Ejusdem Statuti. Delle successioni ab intestato. Rub. 30.

Item statuimus, che se alcuna persona nel Castello di Monte Castello ab intestato morirà senza figliuoli, ò ver non superstita ad se alcuni, ovvero alcuna persona fino in terzo grado nella sua agnazione inclusive, succeda ad esso il più prossimo della sua agnazione. Hoc intellectu, & declarato, che in detta successione non se habbia, nè haver si debbia distinctione, ovvero consideratione, over rispetto, se tale più prossimo sia congiunto è tale defonta persona ex utroque parente, ovvero per linea di ciascuno parente, ovvero da uno, over di uno tanto, perche dalla parte di essa defonta persona, ovvero di sua paterna linea almeno congiunto sia; præterea volemo, che i nepoti del fratello carnale già di tale persona defonta, succedano essa una con loro zio; & con loro fratello della tal persona defonta in stirpe; & non in capite, e la madre già di tal defonta persona in detto caso la sola ottava parte delli beni di esso già suo figliolo, ovvero figliola succeda, & succeder possa ad essa, e di essa ottava parte, in d. caso essa madre sia, & esser debba contenta, in modo che niuna cosa più per ragione di successione domandare, ò haver possa dall' heredità predetta; non essendovi la matre succeda eidem ab intestato l'avia già sua paterna in l'ottava parte predetta, & essa matre, & avia non esistenti, similmente succeda ad essa proavia già sua paterna, cioè la madre dell'avo suo paterno. E volemo, che l'avia materna, cioè la madre della madre, e la proavia materna, cioè l'avia della madre di tal defonta persona, ovvero alcuna persona della prole cognativa già di essa defonta persona, ovvero di suo padre in d. caso à detta successione in nullo modo s'admettano, con questo, che in detta agnativa prole non s' include, nè s'intenda includerli alcuna femina, excepto la sorella carnale, ovvero le nepoti, cioè la figliola de fratello carnale, e l'amita, cioè la sorella carnale di essa già defonta persona, quale sole,

sole, cioè forella, nepte, & amita in d. prole agnatiua, & in d. numero si comprehendano, & comprehendere possano in el caso predetto, & questo in quanto in d. caso a tale defonta persona non superviva alcuno suo fratello carnale legitimo, & naturale nato del fratello carnale già di tal defonta persona, quali fratello, & nepote, è vero alcuno di loro esistenti, & superviventi, è vero existente, & supervivente, detta forella, nepte, & amita della tale già defonta persona da detta successione siano repulse, & ad essa successione d. suo fratello, è nepote siano ammessi, & admetterli possano, ma fe detta madre, & avia, & proavia paterna, è vero alcuna di esse, quale in d. ottava, secondo l'ordine premeffo, succedessero, è vero succeder potessero, come che detto, non ci fossero, succedano ad tale defonta persona ad essa il più proximo della sua agnatioue, come di sopra è detto. Verum se tale persona morirà fatto el testamento, è vero altra ultima volontà, & in esso testamento, è vero in essa ultima volontà per qualunque titolo, ragione, è modo alcuno a d. sua madre, avia, proavia, in questo caso tale sua madre, avia, & proavia debbano essere contenute a detto relicto fattoli, nè altro in detta, è vero in dette heredità, per ragione di successione domandar possa.

MONTIS FALCHI

Terræ sub Gubernio Umbriæ.

PARTICULA CIII.

Quod nulla Mulier dotata, vel dotanda succedat in bonis paternis, vel maternis.

Nulla mulier dotata, vel dotanda a patre, matre, avo, vel avia, seu fratre, vel quocumque alio, possit succedere ab intestato dotanti, superflite dotanti masculo in eodem gradu, seu aliquo masculo, qui pariter ad successione veniret ab intestato prædicto dotanti.

MONTIS FALISCI
Civitatil.

PARTICULA CIV.

Quod filia dotata, seu neptis non succedat in bonis paternis, vel maternis pag. 48. ter. lib. 2.

Item statimus, & ordinamus, quod filia, seu neptis dotata, vel dotanda a patre, matre, seu fratre carnali de bonis paternis, sive maternis, vel fratris carnalis ex persona sua vel matris ipsius neptis, aliquid habuerit, vel perceperit, quod de bonis ipsius matris, avi, vel avie, vel alii ipsorum ratione successione ab intestato, vel ratione debiti juris naturæ, vel cuiuscumque alterius falcidie, amplius aliquid habere, vel petere non possit, sed sit, & esse debeat contenta, & tacita de dote prædicta, & de eo, quod prædicti pater, mater, avus, avia, seu frater carnalis dictæ filie, seu nepti deberent, vel concesserint, seu relinquerint, nec ejus patris, matris, avo, avie, vel fratris carnalis, vel alii ipsorum succedere possit, & prædicta locum habeant in præsentibus, præteritis, & futuris, dummodo dos, vel relictum pro dote ad legitimam ascendat, alias agere possit ad supplementum, secundum formam juris. Addimus huic Capitulum, quod si talis filia masculus sine filiis decederet, quod tunc, & eo casu talis femina sit exclusa propter existentiam dicti filii masculi, reintegretur ad portionem, à qua exclusa extiterat. Et hoc locum habeat, si filius masculus intestatus decederet, sed si aliter de bonis disponere vellet, valeat, & possit quibuscumque non obstantibus &c.

Ex eodem lib. pag. 61. Quod in bonis intestati succedat linea masculina.

Item statimus, & ordinamus ad conservandam stirpem antiquam Domus, & bona antecessorum, & lineam masculinam, quod in bonis, & hereditate intestati nulla mulier succedere possit, quæ tantummodo habeat, & habere debeat jure naturæ, & ejus legitimam dote sibi constituendam ex ipsis, vel aliis bonis, secundum qualitatem ponderis, & hereditatis intestati defuncti, & plus petere non possit, imò semper in bonis, & hereditate intestati succedat, & succedere debeat proximior in gradu consanguinitatis in bonis paternis, & maternis, ita quod semper antiqua stirps antecessorum manuteneatur, & augatur per lineam masculinam digniore femina.

MONTIS FANI

Terræ sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CV.

Quod nulla mulier dotata possit succedere ab intestato, stantibus filiis masculis, & decedente uxore, quid lucretur maritus supervivens, & de uxoris bonis uxor sepeliri debeat. Rub. 25. lib. 2.

Statuimus, & ordinamus, quod nulla mulier dotata aliquam quærimoniam facere possit de dote sua, etiam quod esset minor legitima, & intelligatur pro dotata illa mulier, de cujus dote appareret instrumentum, vel protocolium notarii a patre, avo paterno, vel materno, à matre, vel avia, quovis fratre paterno, vel avunculo, sorore, nepote, vel nepte sua, vel alias legitime, & non possit, vel debeat succedere ipsa, vel filii, aut descendentes ab ea ab intestato alicui ex prædictis personis, ut dictum est, & si ex eis, vel ab aliqua eorum, vel eorum remanserit aliquis hæres masculus, filius, vel nepotes masculi. Sin verò remanserint feminae, collatis suis dotibus concurrant, neque in bonis, vel supra bonis prædictarum personarum, vel alicujus earum aliquid petere, habere, vel possidere, seu apud se retinere possint sine expressa voluntate, & dispositione supradictarum personarum, vel alicujus earum, de qua legitime appareat, & hoc locum habeat in præsentibus, & futuris. Et quod illi mulieri dotatæ, ut dictum est, non liceat redire ad aliquam partem dictæ matris, vel avie dotium, si ex ea matre, vel avia, masculus, vel descendens ex masculo remanserit, secus autem si supervivunt feminae, quia concurrant, ut supra, conferendo dote, salva semper ultima voluntate, vel dispositione matris, vel avie prædictæ. Et si aliqua mulier fuerit dotata, vel dote suam receperit de bonis communibus, quæ habeat cum fratribus carnalibus, vel eorum filiis, non possit ipsa, vel ejus hæres de cætero petere, vel habere, seu venire ad successionem, divisionem, vel communionem aliquam bonorum, & rerum comunium prædictorum, vel alicujus eorum, vel prædictorum filiorum masculorum, salva semper in hoc testamentaria, vel ultima voluntate, seu dispositione prædictorum fratrum, vel fratris. Et si filia prædictæ, vel aliqua ipsarum vidua remanserit, possit in domum paternam redire, dote suam reportando, nec expelli possit, seu possint ab hæredibus patris, sub pena mille denariorum pro quolibet hærede contrafaciente, & nihilominus stare possint, & debeant, dummodo secum non conduxerit filios ex suo marito. Et si contingerit filiam, vel filias indotatas remanere culpa dotantis, vel providentis validam hypothecationem, possint, & dotari debeant competenter, & juxta domus conditionem, & arbitrio D. Potestatis, trium consanguineorum, & trium affinium à remanentibus fratribus, vel eorum filiis masculis tantum, non autem neptibus, seu filiabus feminis fratrum, sed cum ipsis communiter succedat, dotes tantum habitas conferendo cum prædictis neptibus. Et pro dotibus, declarando hoc statuto, & ordinamento concedimus executionem absque alia tela judiciali. Et quod si qua uxor alterius moreretur sine filiis, vel filiabus, propter mortem illius maritus lucretur tertiam partem dotis totius, omni exceptione remota, etiam dotis promissæ, & non solutæ; de aliis verò duobus tertis ad sui voluntatem uxori ipsa disponere valeat. Volumus quoque, ac ordinamus, quod dos mulieris hæredi restituatur intra annum a morte uxoris computant, absque alia hæredis mulieris interpellatione, quo elapso, & dote non restituta, d. maritus nihil lucretur, sed integram restituere, absque ulla diminutione, teneatur, Expensæ verò sepulturæ, & alia funeralia æqualiter fiant per maritum de lucrato medietatis, & uxoris hæredes in alia dotis medietate succedentes. Expensæ verò factæ pro Uxoril infirmitate ab ipso Viro, nullo modo à Viro repetantur, nec ab ejus hærede, & successore quovis modo. Volumus autem, quod filia, quæ innupta remanserit, donec nuptui tradatur, ab ipsis fratribus semper alantur, & eisdem de omnibus necessariis provideantur, & tempore, quo nuptui traduntur, vel postquam Mariti domum iverint, fratribus, & eorum filiis masculis, vel patri, & matri renunciare teneantur omnia bona paterna, & materna in mensum, quo termino elapso, quatenus fuerint dotatæ, ut supra, si non fecerint, pro legitime facta habeatur dictorum bonorum renuntiatio, & quietatio, vigore præsentis Statuti, nec dicta renuntiatio noceat, non remanentibus filiis masculis, vel nepotibus ex ipsarum patribus, & similiter non

MONTIS GEORGII

Terræ sub Gubernio Marchiæ.

PARTICULA CVIII.

De successione ab intestato, & legitima filiorum Rub. 68.

non remanentibus ex ipsarum fratribus filiis, & nepotibus masculis in præteritis, præsentibus, & futuris, volentes renuntiationem haberi pro non facta, si masculi deficient, etiam quod esset instrumentum celebratum, & juramento firmatum.

MONTIS FILATRANI

Terræ sub Gubernio Marchiæ.

PARTICULA CVI.

De Muliere dotata Rub. 39. lib. 2.

Hac nostra sanctione firmiter statuimus, & ordinamus quod mulier dotata, seu cui dos relicta foret ab aliquo ascendente, seu à fratre carnali, consanguineo, vel utrinque conjuncto, ei eam dotanti, seu dote relinquenti ab intestato non succedat, sed sua sit dote contenta, si ex ascendente dotante superfit filius masculus, seu nepos, vel pronepos ex filio masculo, vel frater carnalis consanguineus, seu utrinque conjunctus ex ipso ascendente, vel fratre dotante, seu frater carnalis consanguineus; Quæ dos, mortuo dotante, in dotatam consolidetur; Et ipsius dotatæ libera fiat, stipulatione, pacto, conventionione de dote restituenda, & aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Si verò cum fratribus post mortem ascendente mulier remanserit, & dotata non fuerit, seu ei dos relicta non sit per ipsos ascendentes, seu alterum eorum, ad cuius successione, unà cum fratre, vel fratribus ipsa mulier vocaretur, frater, seu fratres ipsam dotare idoneè secundum facultates eorum, & secundum qualitatem personarum teneantur; Et semper frater, seu fratres convenienter puellam interim, antequam nubat, nutrire, alereque teneantur, & in dote danda non possit apponi aliquid onus, & appositum non teneat circa dote restituendam, vel aliter. Sed libera sit, & esse intelligatur dos ipsius dotatæ, conventionione, stipulatione, & aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Idem in filia, & nepte ex fratre, vel fratribus præmortuis ante mortem ascendentibus, & de cujus bonis agitur, & reliquis succedentibus ex sorore, seu fororibus præmortuis masculis, seu feminis ad successionem ascendente, seu ascendente, unà cum fratre, vel fratribus ab intestato venientibus. Masculi tamen ex sorore, vel fororibus descendentes, ea sint portione contenti, quasi forent feminae dotandæ. Ubi autem de qualitate, & quantitate dotis dandæ, vel assignandæ contentio oriretur, declarationi duorum proximiorum consanguineorum utriusque partis, (si extent) vel duorum comunium amicorum declarationi stetur. Ad quam faciendam ad instantiam cuiuslibet partis per potestatem infra triduum compellatur pena decem librarum denariorum; Quæ locum habeat dumtaxat volumus in successione in futurum deferendis, non autem in præteritis, vel pendentes.

MONTIS FLORIS

Terræ sub Legatione Romandiolæ.

PARTICULA CVII.

Quod feminae dotatæ stantibus masculis non succedant ascendentibus, tam ex parte patris, quam matris Rub. 51. lib. 2.

Statuimus, & ordinatum est gratia Domus, & Familiæ conservandæ, quod feminae dotatæ decedentes ab ascendente, superflite filii masculis, nullo modo eis succedant, nisi dumtaxat quatenus de ipsorum ascendente præventionium præcesserit voluntas. Si verò non essent dotatæ, nec ab ascendente prædictis aliter institutæ, tunc tantum dote possint petere, & consequi, secundum qualitatem patrimonii, & conditionem personarum, & consuetudinem Patris familias præteriti temporis, seu domus, non obstantibus statutis, vel iuribus huic statuto in contrarium facientibus seu loquentibus. nisi post mortem prædictorum filiorum masculorum, qui hæreditatem ascendente non adissent, remaneret solummodo filia femina, tunc cum dd. filiabus sic remanentibus concurrant in successione omnium bonorum ascendente prædictorum d. primæ filia, ut supra, dotatæ, pro portione eis tangente in dd. bonis ascendente, quemadmodum cum eorum filiis successissent, & quasi hujusmodi provisio facta non fuisset.

MONTIS GRANARII

Terræ sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CIX.

Quod stantibus masculis, vel nepotibus, vel aliis ex eis descendentes masculis, filiæ, & alie femine non succedant Rub. 59.

Statuimus, & ordinamus, quod mulier dotata a patre, vel matre, avo, vel avia, paternis, vel maternis, vel fratribus carnalibus conjunctim, vel divisim, vel ab aliquo alio quocumque, & descendentes ab ipsa tali muliere non admittantur ad successionem ab intestato patris, vel matris, avi, vel avie, & aliorum supradictorum nec ad ipsorum, vel

vel alterius eorum bona redeant, vel redire valeant, vel succedere ab intestato, donec extiterint, qui eam dotaverint; & stantibus filiis masculis, vel nepotibus legitimis, & naturalibus ex dictis filiis, aut aliis deinceps masculis per masculinam lineam descendentes ex eisdem. Qui ipsi solum succedant, dictis feminis, aut aliis ex eis descendentes exclusis. Idem decernimus de nepote, & pronepote ex filio, vel nepote, & aliis deinceps feminis descendentes, dummodo ipsæ feminæ congruè, & competenter dotatæ fuerint de bonis alicujus ex prædictis, de quorum successione dicuntur exclusæ. Si verò mulier dotata non esset, volumus, quod in bonis paternis, maternis, vel avitis, stantibus filiis, vel nepotibus masculis prædictis, aut aliis, ut supra descendentes ex his, filiar, vel nepotes non succedant, sed filii masculi, vel nepotes extantes teneantur, & debeant talem filiam, & nepem de bonis paternis, maternis, vel avitis, secundum facultatem bonorum, seu patrimonii, & personæ conditionem, ipsam dotare, ad ipsamque dotandam compellantur omnino. Deficientibus verò filiis, seu nepotibus, aut pronepotibus masculis prædictis per masculinam lineam descendentes, filiar, nepes, & pronepotes ad successione defunctorum prædictorum admittantur omnino, si ve dotata fuerit, si ve non, & prædicta locum habeant non solum in præsentibus, & in futuris, sed etiam in præteritis, sententia, transactione, vel præscriptione non decisit, aut aliter legitime non finitis, lege aliqua Canonica, vel Civili non obstant. cui volumus per præsens Statutum fore expressè derogatum, ac si de ipsa lege esset facta mentio specialis.

MONTIS LEONIS Terræ sub Præfectura Nursiæ. PARTICULA CX.

Che le donne dotate dal padre, madre, avo, avia, siano contenute delle loro doti Rubr. 57.

Statuimus, & ordiniamo, che le Donne dotate congruamente dal padre, o madre, avo, avia, o fratello carnale, siano contenute esse, e loro heredi delle doti loro, e non si ammettano a successione di esso Padre, e Madre, avo, avia, o fratello carnale, se l'altro, o altri fratelli carnali farà, o faranno vivi, e questo habbia luogo, quando non è fatto il testamento; con questo se è vivo alcuno della linea masculina delli descendenti, & all' hora li beni, tanto paterni, quanto materni devengono alli detti heredi masculini, ma se faranno vive le figliole femine, tanto le dotate, quanto le non dotate insieme succedano, con questo se le dotate vorranno succedere, siano tenute le loro doti conferire, e rimiscare insieme, altrimenti a d. successione non s'ammettano, e che non possono succedere esse donne dotate nelli beni del padre, e madre, avo, o avia, fratello carnale, o sorella carnale, stanti, o sopraviventi detti fratelli carnali, uno, o più, benchè non siano dotate da esso padre, madre, avo, o avia, fratello, o sorella carnale, ma fossero dotate da altri, che dalli predetti, e che non possano succedere ab intestato, cioè senza testamento nelli beni d'alcuni delli predetti, dotate esse, ma siano contenute delle loro doti. Ma quando non sopravviva alcuno della linea masculina delli descendenti di quello, o quella, cioè padre, madre, avo, o avia, fratello carnale, o sorella carnale, dell' heredità del quale, o della quale si trattasse, all' hora le donne dotate, o vero li loro heredi a successione senza testamento s'ammettano per la metà dell' heredità predetta, e beni della quale heredità si trattasse, e per l'altra metà della d. heredità, e beni, s'ammetta, e succeda il parente, uno, o più sopravvivate, più propinquo del d. morto, o morta della linea consanguinea per fino in terzo grado della parentela inclusivamente, sempre il grado secondo la ragion canonica da computarsi; ma non sopravvivendo alcun parente di esso morto, o morta, per fino in d. grado all' hora si ammettano a successione di esso morto, o morta le dette donne, e li loro heredi in tutta l' heredità predetta. Dichiarando espressamente, che dal d. terzo grado in sù, tanto da canto di maschio, quanto dalla femina oriente senza testamento, come è detto, il parente sopravvivate, o più, attinenti a esso morto, o morta, dal d. terzo grado in sù esclusivamente, nelli predetti casi, e ciascuno di essi sopravvivate le dette donne, una, o più, a successione alcuna, e per alcun modo non s'ammettano, nè succeder possano, ma s'ammettano, e succedano le d. donne sopravvivate, e li loro heredi, come di sopra si fa menzione; e que-

sto habbia luogo in futuro tempo, e non nel passato. Aggiungendo alle predette cose, che se alcuno testamento, o altra ultima volontà fosse fatta, e fatto, nel quale apparesse alcuno lascito esser fatto alla figliola, o nepote per le sue doti, & il maschio, che sopravvive, figliolo, & herede nel d. Testamento del padre, o avo sarà instituto, esso testamento vaglia, e tenga, non obstante che nel d. lascito non sia instituita herede, e che più nelli beni del d. Testamento non possa domandare. Dichiarando più espressamente, che sopravvivendo alcuno della linea masculina delli descendenti di quello, o quelle dell' heredità cui si trovasse all' hora, & in questo caso le sopradette donne, o vero, che siano dotate, o non dotate, non possano domandare, nè avere, se non solamente una sola dote, conveniente à lei, costituita, da costituirsi, & altramente a successione alcuna non si ammettano, etiam per legitima, nè per supplemento della legitima, nè per altra cagione, eccetto le tal maschio, o femina dell' heredità della quale si trattasse, morisse senza figlioli legittimi, & naturali del suo corpo descendenti, e per quelli, che come di sopra, à essi fossero successi similmente morissero senza figlioli maschi descendenti, che all' età, & in questo caso per la presente legge non si pregiudichi alla d. donna dotata, nè alli suoi heredi in quello, che essa donna dotata nelli predetti casi, o alcuno di essi fosse stata privata, ma li suoi heredi lo possano dimandare all' hora, e conseguire, purchè à tal tempo essi beni, tutti, o parte se siano, o non siano stati per alcun modo in fraude alienati dalli predetti, o alcuno di essi, che come di sopra al principio succedettero, non obstante qualunque statuto, o legge in contrario parlassero, e non obstante qualunque renunciazione, donatione, o cessione fatta per essa donna, e giuramento vallata, e nel presente statuto, & in qualunque altro dove si tratta di successione delli beni, & heredità di alcuno, o alcuna, facendo menzione delli parenti, s'intenda, & habbia luogo, e prevagliano solamente li parenti da canto del ceppo della casa del morto, o morta, della cui heredità si trattasse, tali parenti del ceppo se all' hora ci sono.

MONTIS MILONIS Terræ sub Gubernio Maceratæ. PARTICULA CXI.

Quod filiar, seu nepes dotatæ non veniant ad successione Rubr. 26. lib. 2.

Hoc edicto decernimus, & firmiter ordinamus, quod filiar, nepes, & deinceps singulæ mulieres descendentes dotatæ, seu nuptæ de bonis patris, matris, avi paterni, vel materni, & similibus deinceps ascendentium, vel alicujus eorum, vel ipsarum mulierum nuptarum, seu dotatarum, filii, vel filiar ex ipsis mulieribus descendentes nullo modo possint ad bona maritantis, seu dotantis parentis, seu ascendentis descendentes ab intestato, ultra sibi datam, promissam, vel relictam dotem, aliquem habere ab intestato regressum, seu recursum ad successione ab intestato, venire in totum, vel in partem bonorum, seu hereditatis parentis, seu ascendentis dotantis, seu nupti tradentis. Siquidem ex ipso patre, matre, vel simili parente, & ascendentes dotatæ, vel maritatæ existerent, vel supervixerint filii, vel nepotes ex filio masculo, aut pronepotes, & deinceps seu ex uno, vel etiam pluribus. Et intelligatur talis descendens mulier dotata, seu maritata de bonis hujusmodi ascendentis parentis, & ab ipso, si dos per ea, vel matrimonio contracto, vel contrahendo cum ea extiterit data, promissa, conventa, vel in ultima voluntate relicta, seu legata, & quibuscumque modis, vel verbis pollicita, vel numerata, si ve in quantitate, si ve in specie talis dos constituerit, vel fuerit constituta, & in quacumque, vel in quantacumque quantitate, vel specie. Nec ad talem ab intestato successione tales dotatæ mulieres, vel aliqua ipsorum, aliquatenus audiantur, vel admittantur, sed potius repellantur, & esse, & stare contentæ tali dote eis, vel alteri earum promissa, data, vel relicta, modis omnibus compellantur, & teneantur præcisè vigore præsentis ordinamenti, non obstante, quod eis, vel alteri earum deficerent, & minus adessent in legitima portione jure naturæ debita. Quæ quidem portio in tali casu ex ipsa dote dotata, promissa, vel relicta, ex ea presentis lege ipso jure, & facto intelligatur, habeatur, & præsumatur, perfecta, plena, & omni supplemento completa, nec aliud supplementum, vel augmentum agi possit ob supradictam dotem, sed ipsa dote, ut dictum est tales mulieres teneantur, & debeant esse contentæ, jure contra-

trario non obstante. Et nulla talis mulier audeat, vel possit contra prædicta agere, impugnare, vel jus prætereferre, & si secus fecerit, non audiat, & ipso facto à jure suo cadat, & cecidisse intelligatur, & nihilominus in libris quingentis denariorum usualium puniatur. Ubi verò tali parenti, vel ascendenti dotanti, vel maritanti, seu dorem promittenti, vel, ut dictum est, relinquenti, seu intestato decedenti non superferit masculus, vel ex filio masculo nepos, & deinceps, sed tantum aliqua filia, vel neptis maritata, vel non, tunc aliar maritatæ filiar, vel etiam dotatæ, possint, & debeant ab intestato successione una cum aliis filiabus, vel neptibus obtinere, ei ab intestato succedere una cum aliis cohæredibus, salvo semper legitimo testamento, vel alia ultima voluntate patris, vel matris, & similibus parentis, seu ascendentis: Si quidem aliis legitimis modis providerit, dote data, vel promissa non obstante. Et prædicta omnia, & singula locum habeant, & observari debeant in præsentibus, & futuris.

Ejusdem Statuti. Quod agnati masculi præferantur cognatis, & feminis in successione ab intestato morientium propriè, vel impropriè Rub. 40. lib. 2.

Quoniam plerumque homines morte præventi, vel alio casu suorum bonorum, & hereditatis dispositionem, & ordinationem facere nequeunt; Idcirco communi hominum decentium voluntati adherentes, hac perpetua lege in favorem agnationis ædita, decernimus, & ordinamus, quod extantibus, seu superviventibus agnatis masculis, uno, vel pluribus utique in tertium gradum sive computandum de jure civili, alicui personæ morienti ab intestato propriè, vel impropriè, si ve sint dicti agnati supervenientes, unus, vel plures de linea ascendentium, si ve descendentium, si ve transversalium, vel de qualibet ipsarum feminæ, una, vel plures cujuscumque gradus, proximitatis, & conditionis, & omnes cognati masculi, vel feminæ, unus, seu una, vel plures similiter cujuscumque gradus; proximitatis, & conditionis, si ve sint dictæ personæ de linea ascendentium, & transversalium descendentes masculi, vel feminæ, unus, seu una, vel plures eidem sic decedenti ab intestato propriè, vel impropriè non succedant, nec succedere quoquo modo possint, aut ad ejus successione venire, sed penitus auctoritate præsentis ordinamenti prædictæ personæ, uno, vel plures, & quælibet earum intelligantur, & sint ipso jure perpetuè exclusæ à jure succedendi dicto sic morienti ab intestato, & ipsi soli superviventes agnati, unus, vel plures secundum gradus prærogativam admittantur ad hujusmodi morientis ab intestato successione, & succedere possint, ac debeant, dummodo velint omnes, vel alter eorum, alias jus commune servetur, aliquo jure prædictis, vel alicui eorum contrario non obstante. Excipimus tamen à prædictis, & quolibet ipsorum, quod ubicumque alias de jure communi secundum casum occurrentem alicui personæ de prædictis, ut supra, exclusis ad minus deberetur legitima integra in bonis, & hereditate sic morientis ab intestato, nec posset dicta persona ea legitima ab ipso moriente aliquo quæsto colore privari, etiam per expressam voluntatem in solemnî Testamento declaratam, quod eo casu dicta talis persona usque ad legitimam tantum inclusivè, & non ad plus, admittatur ad successione personæ sic decedentis ab intestato propriè, vel impropriè una cum dictis agnatis, vel ipsorum altero. Per prædicta tamen, vel aliquod prædictorum non intendimus derogare casibus comprehensis in statuto supraposito sub Rub. Quod filiar, seu nepes, &c. utque ad vericulum; ubi verò tali parenti; quinimò volumus dictum statutum in dictis casibus, & quolibet eorum in viridi observantia permanere, & præsentis ordinamento anteferri. Et ne nostra lex aliquid difformi aequitati videatur continere; statuimus, quod in successione sororis morientis ab intestato propriè, vel impropriè, quantum ad fratrem, seu fratres, & cujuslibet eorum descendentes masculos, & in successione filiar fratris sic morientis, ut supra, quantum ad patrimum, seu patruos, & cujuslibet eorum descendentes masculos jura communia observentur, præmissis non obstantibus. Huic etiam legi, præmissa limitantes, addenda fore censuimus, quod si contingeret aliquem mori ab intestato, superstitibus ex se, & ex suis descendentes masculis, vel ex altero tribus feminis legitimis, vel pluribus, & nullo agnato, seu agnatis masculis de linea ascendentium, vel descendentium, sed tamen transversalium infra tertium gradum, ut supra, quod dictæ feminæ admittantur ad successione sic morientis ab intestato, & ei

succedere possint pro virilibus portionibus, una cum superstitibus agnato, vel agnatis, si ipsæ velint, & hanc viam elegerint, præmissis huic casui non obstantibus; & nulla persona de supradictis exclusis à jure succedendi decedentibus ab intestato in totum, vel in partem audeat, vel possit contra prædicta, vel aliquod prædictorum agere, impugnare, vel jus prætereferre, & si secus fecerit, non audiat, & ipso facto à jure suo cadat, & cecidisse intelligatur auctoritate præsentis Statuti, & nihilominus in libris quingentis denariorum puniatur. Præsens autem ordinamentum sit præcium, truncum, & inamurabile.

MONTIS NOVI Terræ sub Gubernio Marchiæ. PARTICULA CXII.

Quod filiar dotatæ stent contentæ, & non possint ad bona paternæ, & maternæ habere regressum Rub. 23. lib. 2.

Item statuimus, & ordinamus, quod nulla mulier, postquam fuerit dotata, superexistens fratribus masculis, & legitimis post mortem parentum decedentium ab intestato, possit, vel debeat, seu possit redire ad bona paternæ, sed sit contenta de dote sibi concessa per parentes ipsarum, etiam si velit conferre dotes suas, sed sit omnino exclusa ab omni petitione hereditatis, & ab omni juris usu, & occasione, vel quam ipsa, vel aliqua ipsarum habere possit de bonis ipsorum parentum, nullo alio jure obstante, vel contradicente. Si autem parentes eidem in testamento aliquid reliquerint, quod possit capere, vel apprehendere, vel habere.

Ejusdem Statuti. De filiis, & filiabus in simul remanentibus post mortem patris Rubr. 24.

Filiis, & filiabus, patre, vel matre intestato, vel intestata decedente, statuimus, & ordinamus, quod fratres carnales teneantur dotare dote idonea, inspecta qualitate personarum, & quantitate patrimonii cum consensu duorum proximorum consanguineorum, vel affinium, deficientibus consanguineis, quibus dotibus ipsæ sorores, vel alia ipsarum teneantur stare contentæ, & ultra petere non possint de bonis patris, vel matris, imò fratres masculi, & descendentes masculi ex dictis masculis hæredes integri existant, lege aliqua non obstante; quod Statutum locum habeat in præsentibus, præteritis, & futuris.

MONTIS SANCTI Terræ sub Gubernio Marchiæ. PARTICULA CXIII.

Quod filiar, seu nepes dotatæ non veniant ad successione Rub. Cap. 27. lib. 2.

Hoc Statutum est idem, ac illud Montis Milonis, unde vide supra Particula 111.

MONTIS S. MARTINI Terræ sub Gubernio Marchiæ. PARTICULA CXIV.

Mulier qualiter non succedat ab intestato cap. 22.

Statuimus, & ordinamus, quod mulier dotata à patre, matre, fratre, avo, vel avia, vel à quacumque alia persona nupta, vel non nupta non possit, nec valeat petere, habere, vel retinere ullam hereditatem, seu partem bonorum supradicti patris, matris, fratris, avi, vel aviar, vel sororis occasione alicujus successione, vel legitima, falcidiar, trebellianicæ, vel hereditatis, vel alia ratione, nec alicujus prædictorum dotantium, vel non dotantium aliis filiis masculis uno, vel pluribus nepotibus, vel pronepotibus ex parte filiorum masculorum descendentes, vel etiâ fratribus carnalibus ipsis decedentis hæredibus decedentibus, ex testamento ejus, de cuius hereditate tractatur, & idem dicimus, & observari volumus si supradictæ personæ, vel aliqua ipsarum decederet intestata, vel intestatæ remanentibus filiis masculis uno, vel pluribus nepotibus, vel pronepotibus ex parte filiorum masculorum descendentes, vel etiam fratribus carnalibus ipsis decedentis, de cuius successione tractetur, quibus casibus omnibus dictam mulierem dotatam à successione ab intestato prædictorum decedentium penitus volumus excludi, & etiam si remaneret ab intestato una mulier, vel plures existente masculo uno, vel pluribus fratribus carnalibus ipsis mulieris.

MONTIS S. PETRI.

Terræ sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CXV.

STatuimus, & ordinamus, quod si quæ mulier fuerit dotata à patre, vel à fratre non admittatur ad successionem in bonis paternis, seu aliquam questionem inferre, vel movere possit, seu valeat aliquo quæsitio colore in bonis paternis, filiis masculis existentibus, vel nepotibus ex filiis, seu pronepotibus ex filiis. Et si qua lite, quæ inferatur, vel moveretur per Rectorem non audiatur, & nihilominus in libris decem denariorum condemnetur; salvo quod si propinquiores mulieris non habent filios legitimos, & naturales, quod possit eis succedere, & tunc, & eo casu liceat mulieribus petere, hæreditatem adire, & si alia ad mulieres dotata ipsa bona poterant pervenire per simile statutum eis non præjudicet, alias in dote sua persistet, ut superius dictum est, & expressum. Et salvo quod si mulier dotata ad inopiam pervenerit, ita quod non haberet, unde viveret, quod tunc ad ipsa bona paterna recursum habere possit, & valeat pro sua vita, & necessitate, juxta ipsorum facultatem.

MONTIS SCUDOLI

Terræ sub Legatione Romandiolæ.

PARTICULA CXVI.

IMitantur quod communiter per Italiam observatur pro communi, & publico bono, & ad conservationem familiarum, & ipsorum Domus, quorum honor, & dignitas per masculos conservatur, Statuimus, & ordinamus, quod filia femina, & ex eis descendentes per lineam femininam ad successionem patris, & aliorum ascendentium per lineam paternam ab intestato defunctorum non admittantur existentibus masculis, vel nepotibus per lineam masculinam descendentes ex eisdem, quibus ipsi soli masculi succedant, dummodo ipsæ femina congruenter, & competenter dotatæ fuerint, aut dotentur de bonis Parentum prædictorum, à quorum successione dicantur exclusæ, secundum facultatem patrimonii, quantitatem, & qualitatem bonorum, & conditionis dotantis, & consuetudinem suæ domus; sed prædictis dotibus debeant stare tacitæ, & contentæ, & secundum dictam facultatem, conditionem, & consuetudinem dicantur congruenter, & competenter dotatæ, ut ulterius aliquid etiam pro supplemento legitimæ petere non possint, aut petendo non admittantur, ut prædicta, quia non possint agere ad supplementum legitimæ, vindicent sibi locum ne dum in causa intestati, sed etiam in causa testati, ubi relicta fuerint dotes prædictæ usque ad consuetudinem facultatis, & conditionem, sive legati, sive iure institutionis. Adeoque dummodo competenter dotatæ fuerint, aut dotentur, ut supra, sive ex testamento, ubi non fuisset legata, seu relicta legitima, sive ab intestato petendo aliquid pro supplemento, seu legitima non admittantur, ut prædicta omnia vindicent sibi locum in præsentibus, futuris, & etiam præteritis, sententia, transactio, seu præscriptione decisis, aut aliter legitime definitis, &c.

MONTIS ULMI

Terræ sub Gubernio Marchiæ.

PARTICULA CXVII.

Quod filia, seu nepes dotatæ, non veniant ad successionem Rubr. 26.

Hoc Edicto decernimus, & firmiter ordinamus, quod filia, nepes, & deinceps singulæ mulieres descendentes dotatæ, seu nuptæ de bonis patris, matris, avi paterni, vel materni, & similibus deinceps descendendum, vel alicujus eorum, aut ipsarum mulierum, nuptarum, seu dotatarum filia, vel filia ex ipsis mulieribus descendentes nullo modo possint ad bona maritantis, seu dotantis parentis ascendentes ab intestato, ultra sibi datam, promissam, vel relictam, aliquem habere regressum, vel recursum ad eorum hæredes, vel successores, vel venire in totum, vel in partem bonorum hæreditatis Parentis, seu Ascendentis dotantis, seu nupti tradentis, si ex ipso patre, vel matre, vel simili parente, vel ascendente dotante, vel maritante existerint, vel supervixerint filii, vel nepotes ex filio masculino, aut pronepotes ex uno, vel plu-

ribus, & intelligatur talis descendens mulier dotata de bonis hujusmodi ascendentes, vel parentis, si ab ipso dos pro ea, vel pro matrimonio contracto, vel cum eo contrahendo extiterit data, promissa, conventa, vel in ultima voluntate relicta, seu legata, vel quibus modis, vel verbis pollicita, seu numerata, sive in quantitate, sive in specie talis dos constiterit, vel fuerit constituta in quacumque, vel quantacumque quantitate, vel specie. Nec ad talem ab intestato decedentis successionem, tales dotatæ mulieres, vel aliqua earum aliquatenus audiantur, vel admittantur, sed potius repellantur, & esse, & stare contentæ tali dote eis, vel earum alteri promissa, data, vel relicta modis omnibus compellantur, & teneantur præcisè vigore præsentis ordinamenti; Non obstante, quod eis, vel earum alicui deficeret, & minus adesset in legitima portione jure naturæ debita, quæ quidem portio in tali casu, & ipsa dote data, promissa, vel relicta, & ex præsentis lege, ipso jure, & facto intelligatur, habeatur, & præsumatur perfecta, plena, & omni supplemento completa, nec ad aliud supplementum, vel complementum, vel augmentum agi possit ob suprædictam dotem, sed ipsa dote, ut dictum est, teneantur tales mulieres esse contentæ, jure contrario non obstante, & nulla mulier audeat, vel possit contra prædicta agere, impugnare, vel jus prætere, quod si fecerit, non audiatur, & ipso facto à jure suo cadat, & cecidisse intelligatur, & nihilominus in libris quingentis denariorum usualium puniatur. Ubi verò tali parenti ascendenti, dotanti, vel maritanti, seu dotem promittenti, vel ut dictum est, relinquenti, ab intestato decedenti, non supervenerit filius masculus, vel ex filio masculino nepos, & deinceps, sed tantum aliqua filia, vel nepis maritata, vel non, tunc etiam alia maritata filia, vel etiam dotatæ possint, & debeant ab intestato decedentis successionem unà cum aliis filiabus, vel neptibus obtinere, & eisdem succedere, unà cum aliis cohæredibus conferendo, vel contribuendo dotem suam, quam receperat, salvo semper legitimo testamento, vel ultima voluntate patris, matris, vel similis parentis, seu ascendentis, si aliis legitimis modis providerit, dicta dote, vel promissa non obstante; Et prædicta omnia, & singula locum habeant, & observari debeant, in præsentibus, præteritis, & futuris.

Ejusdem Statuti. De venditione fundi dotalis, & quod mulier dotata non succedat, & de restitutione dotis Rubr. 33.

Hac perpetuò valitura lege sancimus, statuimus, & ordinamus, quod mulier astant, & expressè consentiens venditioni fundi dotalis, vel in quo potius dotibus obligationem, vel hypothecam tacitam, vel expressam habuerit, quam vir fecerit, & suo iuramento, & consensu roboraverit, & cambium rei venditæ habuerit, saltem tanti valoris, vel æstimationis, & si fuerit minoris æstimationis quantacumque quantitatis fuerit, in casu tamen alicujus necessitatis pro excarcerando maritum, vel filium, seu à manibus Redalium eos liberando, & interfuerit, vel accesserit expressis consensibus, & voluntas dictæ mulieris, duorum proximiorum Consanguineorum, Judicisque auctoritas ullo tempore repetere non possit dictam rem venditam, nec in sua repetitione audiatur ullo modo, lege, vel jure contrario non obstante, & aliter quam dictis modis facta venditio non valeat ipso jure, & dictæ mulieris aliquid præjudicium nolumus generari. Item mulier recepta dote à patre, avo, vel fratre carnali, vel fratribus, vel ab alio nomine ipsorum, vel alicujus ipsorum, & ex ipsa linea paterna per masculos descendentes, uno vel pluribus existentibus masculis post mortem dd. Patris, avi, vel proavi ab intestato decedentis ad paternam bona, vel avi, vel proavi petenda, ipsa mulier non audiatur, sed sit sua dote contenta, & ultra de dictis bonis petere non possit ratione legitimæ, Trebellianicæ, aut Falcidicæ, vel quocumque alio jure, quod sibi competere possit, salvo jure institutionis, & successionis ipsorum masculorum filiis de eorum corporibus non existentibus, tanquam ab intestato decedenti proximior, vel unà cum proximioribus in eodem gradu, præterquam cum fratre carnali, sive masculis hæredibus ex fratre extantibus aliquibus, etiam quod ab ipsis dotata non fuerit, non succedat, alias semper admittatur, & petere possit, & quod si aliqua persona proximior, vel æque proxima non reperiretur, sibi insolidum, ut jura volunt, hæreditas deferatur. Si autem mulier prædicta copulata matrimonio per copulam carnalem, juxta ritum Ecclesiæ, ipsius, & viri, filio, filia, vel filiis non extantibus, decesserit ante virum, ipsæ viri medietatem dotis lucretur, & ipsa

ipsa medietas apud ipsum virum remaneat, in qua medietate computentur res æstimatæ, & ipsi viro datæ in dotem, istaque medietas dictæ dotis integraliter hæredibus restituitur ipsius mulieris, vel cui ipsa restitutio fienda veniret, etiam si ex præcedenti matrimonio filius, seu filia, vel filii supervenerint, reservato tamen ipsis filiis, filio, vel filiæ omne id, quod ipsa mulier ex primo dicto matrimonio lucrata fuerit, vel ipsi, vel alteri eorum in integrum restituitur, ac reservetur. Item si filius, vel filia, aut filii extiterint ex ipsa muliere ex matrimonio, in quo decedit, & ipsi filii, vel filius, aut filia morerentur ante patrem, quod nulla substitutione à matre facta obstante, vel quocumque alio contractu, vel obligatione, quem, vel quam ex nunc contra hoc beneficium volumus non valere, nec alicujus valoris, vel momenti esse, pater nihilominus medietatem dotis lucretur vigore præsentis statuti, quod locum habeat in præsentibus, præteritis, & futuris.

MORCICCHIÆ, ET MORIANI

Castrorum sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA CXVIII.

Che non possa hereditare figliuola femina Rub. 24.

STatuimus, & ordiniamo, che non possa hereditare figlia femina in beni tanto paterni, quanto materni, che per qualunque cagione recadesero à figlia femina, che fosse maritata à forastiero, quali beni fossero, & soggiacessero dentro al Castello della Morcicchia, e Moriano per qualunque modo, che di ragione gli succedessero à detta femina, che fosse maritata à persona, che non fosse nativo, ovvero habitante nell'entimento di detto Castello della Morcicchia, e di Moriano, o maschi, o femine, che fossero; ma che in tal caso li detti beni siano, & essere debbiano della detta Comunità di quel Castello sopradetto, ove li detti beni fossero, e soggiacessero.

MORICONIS

Castri B. in districtu Urbis.

PARTICULA CXIX.

Quod nulla persona possit petere ultra dotem, stante herede masculino. Cap. 26.

STatuimus, & ordiniamo, che qualunque Donna avesse havuta la sua dote, non possa domandare parte nullo in Casa del Padre, standovi li masculi, tanto della dote materna, quanto dell'altra heredità, se referbato non fosse altro herede testamentario.

MORLUPI

Terræ B. sub Districtu Urbis.

PARTICULA CXX.

Delle successioni delle Donne. Cap. 25. Lib. 2.

STatuimus, & ordiniamo, che Donna dotata, e da dotarsi dal padre, madre, fratelli, avo, non venghi à parte standovi li figliuoli maschi, fratelli, o figli di essi, o altri descendenti per linea retta sino in terzo grado, da computarsi secondo la ragione Canonica; Et in ogni altro caso vogliamo possa succedere, eccetto dove fossero in pari grado, nel qual caso detta Donna, come di sopra, sempre s'intenda esclusa, ma non si possi privare della legitima sua nelli beni paterni, o materni, à lei debita; e quando non fosse dotata, li fratelli predetti, o altri, che nelli predetti casi succedano (lei esclusa) siano obligati dotarla, secondo la qualità, e facoltà loro, e la dote non sia meno della legitima, della quale sia sempre contenta. Dichiarando, che la dote s'intenda essere in luogo della legitima, e questo vogliamo habbia luogo nelle successioni ab intestato; ma facendosi testamento s'offervi, quanto in esso sia ordinato, dummodo sia fatto secondo disposizione la legge Canonica.

MUGNANI

Terræ sub Gubernio Patrimonii.

PARTICULA CXXI.

Che la Donna maritata dal Padre, o fratello, da essi si presume esser dotata. fol. 8.

LA Donna maritata dal Padre, o dal fratello si presume da essi esser dotata, e li descendenti da essa per linea femina, non possono succedere ab intestato al padre, o alla madre, all'avo, ovvero avia, né al fratello, ovvero sorella d'alcuno di essi esistente il maschio, o più della linea masculina, della quale essa Donna descenda, ma sia maritata, e dotata ad arbitrio di due consanguinei più propinqui dalla parte del Padre, e se saranno altrimenti dalla parte della madre, secondo la considerazione delle persone, e facoltà loro, e secondo la consuetudine del detto Castello, e d'una sola dote sia contenta di tutti li beni, che li pervenissero, e più non possa domandare nelli beni paterni, materni, aviti, e fraterni, ovvero Ziani, e se non si volesse maritare, e volesse altra vita eleggere, tanto debba avere, quanto quella, che si maritasse; ma se il padre, suo fratello, ovvero Zio paterno lasciasse alla donna la dote, tal donna deve essere contenta à tale dote, e più non possa domandare nelli beni paterni, o materni, o dell'Avo, esistente il maschio, se sono fratelli del padre, e madre; ma se sono fratelli da un lato solo, tale donna non succeda con li consanguinei nell'heredità paterna; ma se sono figliuoli maschi, se femine, di diversi matrimonii nati, all' hora la figliuola emina possa succedere col fratello d'altro matrimonio nato nelle Doti, e beni materni, niente di manco che accadesse al fratello, quale ha escluso la sorella dalli sopradetti beni, morire senza figliuoli legitimi, e naturali, ovvero discendenti d'essi, vivente tale sorella, come di sopra esclusa, all' hora, & in tal caso statuimo, che quella parte, ovvero cosa, & heredità, della quale tal sorella fu esclusa di ragione ritorni senza alcuna diminutione à tal sorella esclusa, come che mai della detta cosa fosse stata mai esclusa, volendo niente di manco, che se tal Donna dotata rimarrà vedova, possi ritornare à casa delli fratelli, e dalli fratelli, o fratello debba esser governata, per tin, che osserverà vita honesta, e devotile, contribuendo però in casa li frutti della sua dote per governarsi, e perche questo havemo ordinato in favore delli maschi, principalmente à preservare il ceppo, e la famiglia delli maschi, dichiariamo essere nell' electione delli Magnifici fratelli, ovvero nepoti, di dotare comunemente le Donne, come è detto di sopra, o veramente ad esse Donne dare l'intera parte ad esse spettante per legale successione di tutti li beni paterni, materni, fraterni, e de Zii, o altrimenti in qualunque modo provenienti egualmente con li maschi, come se fossero maschi, & in più in alcuna cosa non fossero escluse.

MURRARI VALLIUM

Oppidi sub Gubernio Marchiæ.

PARTICULA CXXII.

Quod nulla mulier dotata possit succedere ab intestato, stantibus filiis masculis. Cap. 80.

STatuimus, & ordinamus, quo nulla mulier dotata, vel quæ pro dotata steterit per decem annos, aliquam querimoniam, vel querelam facere possit de dote sua, & intelligatur pro dotata illa mulier, de cuius dote appareat instrumentum, vel protocolium notarii à parte, avo paterno, vel materno, à matre, vel avia quavis, fratre paterno, vel avunculo nepote, &c. vel aliter legitime; & non possit, vel debeat succedere ipsa, vel filii, aut descendentes ab ea ab intestato alicui ex prædictis personis dotantibus, ut dictum est, si ex eis, vel aliqua earum remanserit alicui hæres masculus, filios, vel nepotes masculi, &c. nec non in bonis, vel super boni prædictarum personarum, vel alicujus earum aliquid petere, habere, vel possidere, seu apud se retinere, sine expressa voluntate, & dispositione prædictarum personarum, vel alicujus earum, de qua legitime appareat, & hoc locum habeat in præsentibus, & futuris. Et quod illi mulieri dotatæ, ut supra dictum est, non liceat redire ad aliquam partem dictæ matris, vel avia dotium, si ex ea matre, vel avia, masculus, vel descendens ex masculino remanserit, salva

salva semper ultima voluntate, vel dispositione matris, vel avia prædictæ. Et si aliqua mulier fuerit dotata, vel dotem suam receperit de bonis communibus, quæ habet cum fratribus carnalibus, vel eorum filiis, non possit ipsa, vel ejus hæres de cætero petere, vel habere, seu venire ad successionem, vel divisionem, vel communionem aliquam bonorum, & rerum communium prædictorum, vel alicujus eorum, & ipsorum filiorum masculorum, salva semper in hac testamentaria, vel ultima voluntate, seu dispositione prædictorum fratrum, vel fratris. Et si filia prædictæ, vel aliqua ipsarum vidua remanserit, possit in domum paternam redire, dotem suam reportando, nec expelli possit, seu possit ab hæredibus patris sub pœna nulle lib. den. de facto, sine diminutione pro quolibet hærede contrafaciente, & vice qualibet exigenda, & nostro communi applicanda. Et nihilominus stare possit, & debeat. Et si contingeret filiam, vel filias indotatas remanere, possint, & dotari debeant competenter, juxta domus conditionem, arbitrio trium proximiorum consanguineorum, & trium proximiorum affinium, & interveniente discordia, D. Potestas, aut Vicarius dictæ Terræ debeant eorum auctoritate super prædictis interponere. Et hoc debeat fieri à remanentibus fratribus, vel eorum filiis masculis tantum, non autem fororibus, neptibus, seu filiabus fœminis fratrum, sed cum ipsis communiter succedant dicto casu, & hoc etiam si per prius fuissent dotatæ, similiter dicto casu succedant, dotes tantum habitas conferendo cum prædictis nepotibus, vel fororibus, & si qua uxor moreretur sine filiis, vel filiabus propter mortem illius mariti lucratur tertiam partem dotis tutius, omni exceptione remota, & dotis promissæ, & non solutæ; de alia verò tota parte ad sui voluntatem uxor ipsa disponere valeat, pro ut supra in suo statuto particulari dictum est. Volumus autem, quod filie, quæ innuptæ remanserint donec nupti tradantur ab ipsis fratribus semper alantur, & eisdem de omnibus necessariis provideatur per eos & tempore quo nupti traduntur, vel postquam mariti domum ingressa fuerint infra mensem teneantur, & debeant renuntiare fratribus, & eorum filiis masculis; vel patri, vel matri omnia bona paterna, & materna, quo termino elapso, quatenus fuerint dotatæ, ut supra, si eam fecerint pro legitime facta dictorum bonorum renunciatio, & quietatio habeatur, vigore præsentis Statuti. Volumus tamen, quod si aliqua mulier renunciationem fecerit patri, avo, matri, fratribus, vel nepotibus de bonis paternis, & maternis tempore nuptiarum, & pater postea cum filiis legitimis, vel nepotibus natis ex filiis legitimis masculis decesserit, dicta renunciatio per filiam facta, si filia non noceat, & proinde sit, ac si renunciatio facta non esset, & cum neptibus remanentibus, aut fororibus, dotes suas conferendo succedere debeant ut supra dictum est, & si qua mulier post mortem viri in administratione filiorum remanserit, deinde ad secundum matrimonium transiverit, majori dote constituta, seu data secundo viro, quam habuerit à primo, nisi legitime probaverit id, quod supra dotem primi viri dedit, vel promiserit secundo viro, aliunde sibi advenisse, vel habuisse præsumatur de bonis filiorum ipsorum ipsam habere, ideoque ipsis filiis, filiabus integrè constituere cogatur, & hoc jocum habeat in præteritis, præsentibus, & futuris.

Ejusdem Statuti. *Quod mater non succedat filio intestato, nisi in legitima, & quid si transierit ad secunda vota, & de successione ab intestato.*

Statuimus, & ordinamus, quod quotiescumque mori contigerit filium masculum, unus, vel plures eidem sic decedenti, materque superest, in legitima tantum succedat, in residuo succedatur, & succedere debeant agnati proximiores æqualiter ex parte patris tantum, infra tamen quartum gradum. Et si defuncto superesset avus paternus, & defuncti mater, tunc in bonis adventitiis, vel quasi castrensibus, si quæ sit dicti defuncti, & avus prædictus, & defuncti mater æqualiter succedant, in aliis profectitiis; cum ipse sit Dominus, in nihilo mater admittatur, & si defuncto superint avus paternus, & maternus tunc in bonis, &c. quæ pervenerint ex linea materna, vel materno latere, vel ab ipsa matre (ultra dotem) succedat avus maternus, in aliis verò omnibus provenientibus ex latere, vel linea paterna, vel industria, aut dotalibus succedat avus paternus. Et idem servetur in avia materna, & paterna tantum, remanentibus dicto defuncto, & si remanserit avia materna, agnati, & le-

gitimam prædictorum detraxere possit, ut supra, avia autem verò nihil, residuum verò totum sit, & esse debeat dictorum agnatorum proximiorum, prout supra. Et si avia materna, & agnati tantum superint, tunc avia illa succedat, & succedere debeat, prout de avo materno supra est dictum, alia verò omnia bona agnatis ipsis remaneant, & remanere debeant, ut supra. Et si prædicto defuncto superint fratres utrinque conjuncti fratres in totum admittantur, exclusa matre, ac etiam fororibus utrinque conjunctis, si superint tam dotatis, quam dotandis, ut supra in alio statuto. Et si superint fratres defuncti ex latere paterno tantum unus, vel plures unà cum matre, dotem suam, & legitimam tantum, ut supra, habere debeat, alia verò omnia fratres ipsi, qui etiam excludunt fororem, vel sorores defuncti ex latere matris dicti defuncti, & similiter omnes agnatos, & cognatos. Et si essent plures fratres utrinque conjuncti, & alii ex eodem patre tantum, & unus ex ipsis decesserit intestatus, & sine filiis, tunc eidem æqualiter succedant omnes alii, tam utrinque conjuncti, quam ex eodem patre tantum, nulla habita, vel facta gradus distinctione quovis alio modo, & si dicto defuncto remanserint avus maternus, & amita, tunc avus maternus capiat bona perventa à matre, vel materno latere, alia verò capiat in totum ipsa amita, una, vel plures æqualiter dividendo, & idem servetur in avia materna, ut supra dictum est. Quæ amita volumus excludat fororem unam, vel plures atinentes dicto defuncto ex latere materno tantum, quæ tamen forores sic atinentes in dote materna tantum prædictæ amitæ præferantur. Et si ex dicto defuncto remanent filia spuria, seu bastarda, tunc illæ ab ipsis proximioribus agnatis alimentari debeant usque ad nubilem ætatem, postea juxta defuncti conditionem competenter dotentur, & dotari debeant arbitrio duorum proximiorum consanguineorum ex parte patris, & Potestas, seu Vicarius, qui pro tempore fuerit teneatur, & debeat vinculo sui Sacramenti per dictos consanguineos cogere ad prædicta faciem. omni mel. modo &c. & idem de masculis naturalibus, seu spuris, si remanserint, esse volumus, videlicet quando alimentari debeant à dictis hæredibus arbitrio duorum Consanguineorum, ut supra, & hoc usque ad eam ætatem, in qua se aliunde alere possint, secundum conditionem eorum familiæ, &c. Addimus autem, quod si mater remanserit in administratione filiarum, vel filiorum, & transiverit ad secunda vota, non petito Tutore, vel Curatore dari filio, vel filiis, nec reddita administrationis ratione, quod tunc, & eo casu privetur supradicta legitima, & omni commode bonorum defuncti filii, vel filiorum, & hoc in quacumque ætate decedat. Declaramus insuper quando intestatus decederit dicatur, sive quod testamentum non fecerit, sive quis fuerit impubes, seu infans, vel impotens ad testandum; & prædicta videlicet quoad filias, vel filios spurios, sive bastardos locum habeant in præsentibus, præteritis, & futuris, quoad alia verò Capitula hujus Statuti solum in præsentibus, & futuris.

NARNIENSIS CIVITATIS PARTICULA CXXIII.

De succedentibus ab intestato. Rubr. 32.

Item statuimus, quod si contingat aliquem Civem, vel Comitatem, dictæ Civitatis habentem filios, vel filium masculum, vel masculos ce fe legitime natus, vel natos, vel nepotes carnales ex filio, vel filiis, & filiam, vel filias de se legitime natas, vel ex filio decedere ab intestato superstitibus filiis, vel filiabus, vel superstitibus nepotibus masculis ex filio, vel filiis; filius, vel filii masculi, dummodò non sint Monaci, vel Religiosi, succedant, & veniant ad successionem totius hæreditatis paternæ, vel maternæ, & filia fœminæ, vel nepes ex filio mortuo si essent dotatæ, sint contentæ dotibus earum, quas pater, vel avus dedit, vel promisit. Et idem dicimus de nepotibus masculis, qui succedant in totam hæreditatem, dummodò non sint Monaci, vel Religiosi, si ex tali defuncto non superint filii masculi; Et si filia fœminæ, vel nepes non essent maritatæ succedant in ea parte, in qua pater, vel avus dotasset eam, vel eas de paradi, secundum estimationem trium, vel ad minus duorum Consanguineorum earum, vel propinquiorum talium mulierum, & præstare eis convenientia alimenta, donec fuerint maritatæ, & si noluerint se maritare, constituatur eis dos, ut dictum est, & hoc habeat locum in præscriptis, præteritis, & futuris.

Ejus-

Terræ B. in Districtu Urbis.

PARTICULA CXXVII.

Statutum transmissum continet solum taxam dotum mulieribus præstandarum, & propterea cum non fuerit transmissa particula super successione ab intestato, quæ est materia præsentis tractatus, inopportuno visum est hoc in loco illud apponere.

PERUSINÆ CIVITATIS PARTICULA CXXVIII.

De dotibus, & dotatis mulieribus, & successione ab intestato. Rub. 45. lib. 2.

Si qua mulier nata, vel nascitua fuerit, vel erit dotata à patre, vel matre, vel alio quocumque ascendente de bonis, vel rebus propriis dotantis non possit, nec debeat ipsa mulier dotata, nec descendens ex ea admitti, vel reverti ad hæreditatem, vel successionem ab intestato alicujus personæ dotantis eum, vel alicujus ex descendentibus ab eadem persona dotante in bonis, & rebus ad ipsum descendentem à dotante proventis. In aliis autem aliunde proventis ipsi descendenti, ipsa mulier succedat tali descendenti à persona dotante in tertia parte ejus, quod sibi obvenisset ex successione ab intestato ipsius descendenti defuncti, & ab aliis raris etiam dictorum bonorum aliunde proventorum, ipsa mulier penitus excludatur, quousque supervixerit masculus descendens ab ipsa persona dotante per lineam masculinam. Declarantes, quod boni talis descendenti defuncti usque ad ejus legitimam censetur de bonis ascendendum, non autem de aliunde proventis; Et si mulier plures habuerit fratres, & ab aliquo ex fratribus dotata fuerit, vel ab omnibus de bonis propriis iporum, vel alicujus eorum, vel communibus non possit talis mulier reverti ad hæreditatem alicujus ex fratribus sibi utrinque conjunctis, vel consanguineis tantum sine liberis, legitimis, & naturalibus ab intestato descendentibus, quousque supervixerit aliquis frater utrinque conjunctus, vel consanguineus tantum ipsius fratris ab intestato mortui sine liberis, legitimis, & naturalibus, vel alicujus masculus descendens per lineam masculinam ab aliquo ex dictis fratribus utrinque conjunctis, vel consanguineis tantum. Qui fratres, & descendentes masculi per lineam masculinam ex eis, vel ex aliquo eorum succedant tali fratri ab intestato sine liberis, legitimis, & naturalibus defuncto, ordine jusis inter eos in tali successione observando, exclusa ipsa muliere dotata à tali successione, quousque aliquis ex dictis masculis extiterit. Salvo quod mulieres tempore necessitatis possint habere victum, & vestitum in hæreditate secundum vires patrimonii dotem suam, quam habuerint conferendo si poterint, vel jura cedendo repetendi dotem, causa eam conferendi.

Item si aliquis receperit aliquam promissionem restitutionis dotis alicujus mulieris de bonis mulieris, si nominata fuerit illa mulier in instrumentum promissionis, vel restitutionis dotis, sive non, jus de dicta dote, & actionem pro ipsa dote repetenda cedere, & restituere debeat ipsi mulieri, nec confectio, & detentio talis instrumenti ipsi mulieri, nec illi cui dimitteret, vel jus suum daret, & cederet, obesse possit aliquo jure communi, vel statuto non obstanti, sed ipso jure ipsi mulieri, vel ejus hæredibus confectum instrumentum, & quæsitum jus censetur, & nihilominus illum, vel illos instrumentum, vel promissionem de restitutione dotis recipientem, vel recipientes, Potestas, vel Capitaneus, vel alius Officialis compellat ipsi mulieri, vel suis filiis, vel cui jus suum cederet, & dimitteret, ut dictum est restituere; Et intelligatur dos fuisse de bonis mulieris dotatæ eo ipso, quod apparuerit eam dotatam fuisse à patre, avo, avia paterna, vel patruo, vel fratre carnali, vel consobri; forore carnali, vel consobrina, etiam si in instrumento dotali non diceretur, quod essent bona dictæ mulieris, sed simpliciter à prædictis, vel eorum altero darentur. Ita quod non intelligatur de bonis propriis ejus, qui stipulatus fuit dotem sibi restitui & dotem dedisse, vel promississe, sed de bonis dictæ dotatæ. Nisi dictum esset, & probaretur per dotantem ipsum dedisse, vel promississe de suo in totum, vel in partem, tunc possit illud, quod dedit, vel promissit, cavere per stipulationem, vel alio modo, prout partes extiterint concordæ. In aliis verò

H

per-

Ejusdem Statuti. *De muliere dotata, vel dotanda, quod non habeat recursum ad bona paterna, vel materna. Rub. 40.*

Item statuimus, & ordinamus, quod nulla mulier dotata, vel in futurum dotanda, maritata, vel maritanda à patre, matre, aut fratre, vel nepote, vel patruo possit, vel debeat habere regressum ab intestato ad bona paterna, vel matris, vel patru, sed sit contenta de dote sua sibi soluta, vel promissa, dummodò ex tali patre, aut matre subsint filii masculi, vel nepotes masculi ex filio, & patruo subsint filii, vel ex fratre talis patru maritantis existenter filii masculi, five filius, & prædicta videlicet sibi locum in præsentibus, pendentibus, præteritis, & futuris.

NUCERINÆ CIVITATIS PARTICULA CXXIV.

Qualiter mulier dotata sit contenta suis dotibus. Cap. 28. lib. 2.

Item statuimus, quod si aliqua mulier fuit, est, & erit dotata à patre, avo, matre, fratre, vel forore, sit contenta sua dote, & amplius de bonis avi, patris, matris, fratris, fororique dotantis tantum petere non possit: si filius masculus remanserit de aliquibus supradictorum dotantium, possit tantum dicta mulier capere, & habere de bonis prædictorum si sibi reliquerit in testamento. Dicimus etiam illud idem in successione patru, vel avunculi quando dotata fuerit de bonis ipsorum, si filius masculus remanserit de aliquibus prædictorum.

NURSIÆ Oppidi Umbriæ.

PARTICULA CXXV.

Che alli beni delli figliuoli li più prossimi parenti succedino, la madre esclusa. Rubr. 87.

Item statuimus, & ordinamus, che morendo lo marito, che hà la moglie, & essa hà figliuoli, non facendo alcuno testamento, seu dopo la morte del padre, li figliuoli, ò figlio machio, ò femina morissero, ò morisse pupilli, ò pupillo, ò vero majore, nullo per ipsi, ò per ipso facto testamento, all' hora la sua, ò loro madre non si admetta per verun modo alla successione delli detti suoi figliuoli, ò figliuolo machio, ò femina; mà per autorità del presente Statuto sia omninamente esclusa, salvo per tanto ad essa matre la ragione della legitima, in la quale succeder possa, e vaglia, in quanto de racione debbia succedere, & alli beni delli detti figliuoli, ò figliuolo machio, ò femina li più prossimi parenti delli detti figliuoli da padre di ipsi figliuoli se admettono, e la successione di ipsi alli dicti più proximi li parenti, sia dovuta. Et ipsi più proximi parenti si debbano admettere ad successione delli detti figliuoli.

Aggiungendo alle predette cose, che se lo detto figliuolo pupillo, ò maggiore accaderà morire senza figliuoli, e senza madre, padre, avo paterno, fratello carnale, sorella carnale, e nepote carnale, e senza nullo per ipso facto testamento, che all' hora, & in tal caso alli beni delli detti figliuoli li più prossimi parenti de ipso figliuolo da parte del padre si admettano & admittere si debbano alla successione de ipso figliuolo, come di sopra, excepto, che nella dote, & beni materni, nelli quali li più proximi parenti da parte della madre de ipso figliuolo si admettano, & admittere si debbano solamente nel caso predetto, non ostante qualunque ragione, che parlassi in contrario.

ORZANI

Castri sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA CXXVI.

Che le femine non succedano, essendovi li maschi. Rub. 8.

Item statuimus, & ordinamus, che femina dotata da padre, avo, avia, proavo, ò veso proavia, ò veramente collaterali, da chi farà dotata, ò veramente promessaglia la dote, che merita senza testamento, e se non fosse dotata possa dimandare la dote conveniente secondo la sua qualità, e solito del paese, ò veramente la legitima, ad electione della Donna.

Card. de Luca de Statut. Success.

personis dotantibus, & stipulantibus servetur jus commune. Placet.

Item si quis etiam pater dixerit simpliciter dotare de bonis paternis, vel maternis, vel aliorum ascendentium utriusque sexus, non aliter expressa quantitate paternorum, vel maternorum, vel aliorum ascendentium; & hoc quod tam bona unius ascendentis, quam alterius pro sua medietate (juxta ratam, & portionem dotatæ de jure tangentem in dictis bonis) ad hujusmodi dotem constitutam sufficerent. Quod si bona unius ascendentis ad dimidiam dotis constituta non sufficerent, tunc de bonis alterius ascendentis in eo, quod deest intelligatur constituta dos usque ad portionem ipsi mulieri de jure tangentem de bonis alterius ascendentis. Declarantes tamen quod per hoc non intelligatur; quod mater, vel avia cogantur in eorum vita aliquid dare, vel aliquid promissionem dictæ filiarum, vel ejus viro; si sibi non placerit. Nec etiam prohibetur de suis bonis testari prout de jure sibi non permittitur, sed bene intelligatur cum dotata fuerit de dictis bonis, ut supra exclusa à successione ab intestato bonorum, & hereditatis dictorum ascendentium, donec & quousque supervixerit masculus descendens ut supra. Placet.

Item statuimus, quod feminæ, & ipsis non existentibus earum filii, vel nepotes, quocumque concepti, vel nati, possint venire ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarum, ad quarum successionem de jure vocantur, si descendentes per lineam masculinam, masculi non supervivunt, remittendo, vel cedendo ut supra in §. 1. *vers. salvo quod mulieres, &c.* dotes habitas, vel promissas pro dictis mulieribus in hereditate. Declarantes, quod bona alienata per masculos, vel aliquem eorum, à quibus ipsæ mulieres per existentiam masculorum fuerunt exclusæ, eorum, vel ejus portionem non transcendentia à tertiis cum titulo possessoribus non possint vocari, seu repeti virtute reintegrations, sed solum, & dumtaxat ad portionem alienantis computari; quatenus verò portionem alienantis transcenderet, dictis mulieribus, ac dictis eorum descendentiis in casu reintegrations jus salvum remaneat. Declarando etiam, quod in estimatione bonorum alienatorum debeat attendi tempus ipsius alienationis, & secundum commune valorem dicti temporis fieri debeat prædicta æstimatio. Placet.

Item declaratur, & decernitur, quod feminæ prædictæ, quibus in testamento, vel alia ultima voluntate jure institutionis, vel alio quocumque titulo legitimæ quantitas, vel minus legitima relinquatur contra testamenta, vel alias ultimas voluntates hujusmodi venire, vel ea quoquo modo rescindere non possint deficientibus masculis, qui à successione dictas feminas exclusissent. Nec ob id aliter integrari ad hereditatem, sed tantum ab eis peti possit legitimæ supplementum, & residuum hereditatis, & successione perveniat ad eos, qui secundum dispositionem Statuti, vel juris communis (cessante Statuto) ab intestato successores sunt, salva tamen testamentaria dispositione, & alia quacumque ultima voluntate. Et intelligantur mulieres esse dotatæ, si pro dote, vel simpliciter mulieri aliquid in testamento, vel codicillis fuerit relictum, vel datum, vel promissum per aliquem de personis prædictis, dummodo, sin minus congruè fuisset dotata, debeat suppleri congrua dos, secundum quod infra ponitur in §. proxime sequenti, qui incipit: *Item si aliquis pater &c.* & secundum quod dicitur in ipso sequenti §. Ipsæ mulieres, excludatur à successione, & facultate petendi fructus pro dicta rata. Placet.

Item si aliquis pater, vel avus alicujus mulieris non dotatæ decesserit intestatus, frater, vel fratres carnales etiam ex latere patris tantum ipsius mulieris, si fratrem, vel fratres habuerit, vel alii masculi descendentes ex ipso, fratre, vel fratribus per lineam masculinam possint omnes, aliqui, aut etiam unus eorum (non obstante aliorum, vel alicujus eorum contradictione) dotare ipsam mulierem, etiam invitam, & in quacumque ætate constitutam de bonis patris, vel avi competentem, secundum conditionem suæ personæ, qualitatem, facultatem, & hereditatis, patris, vel avi, & consuetudinem, & morem Civitatis, & de competentia dotis dictæ mulieris stetur dicto, & declarationi duorum proximorum attinentium dictæ mulieris, qui ad prædicta declaranda cogantur per Potestatem, vel Capitaneum, vel alium Officialem Communis Perusæ, summarie, ad petitionem petentis, & si non fuerint in concordia tertium attinentem, vel non attinentem; arbitrio Judicis ad prædicta per D. Potestatem

tem, seu alium Officialem eligere compellantur, quorum trium, vel saltem dicti tertii, ut supra electi, unà cum altero ex dictis duobus, declarationi stare debeat, nec contra dictam declarationem per quemquam aliquid dici, objici, vel fieri modo aliquo possit, etiam si secundum quantitatem legitimæ dos regulata non fuerit. Et habita dicta dote, vel promissione facta sibi, vel marito, vel alteri pro eis, vel eorum alteri recipienti, ex tunc excludatur à successione prædictorum patris, avi, & aliarum personarum, de quibus, & prout supra dictum est, & etiam à facultate petendi fructus pro rata sua dictæ hereditatis, vel successione pro tempore tunc præterito; si steterit cum fratribus, vel cum aliquo ex prædictis, five in alio honesto loco, si ex aliqua justa causa stare cum prædictis non potuerit, ab ipso, vel ab ipsis fuerit alimentata. Placet.

Et si casus evenerit, quod aliquis, vel aliqua decesserit cum descendentiis tantum: masculi per lineam masculinam descendentes legitimi, & naturales, tali defuncto succedant, juris ordine inter eos servato, exclusis feminis, in quibus observetur prout in præsentibus Statuto continetur. Et si aliquis, vel aliqua in quacumque ætate decesserit cum ascendentiis tantum, supervivente patre, & matre, pater succedat in bonis ejus in totum, præterquam in legitima, in qua succedat mater. Et idem jus servetur in aliis ascendentiis masculis per lineam masculinam, exclusis scilicet ascendentiis per matrem, exclusa etiam avia, five pro avia paterna, præterquam in legitima; quam dicti ascendentes habere debeant (servata gradus prærogativa) secundum juris ordinem. Si vero decesserit mater, & avia paterna tantum, tunc in hereditate æqualiter succedant, & similiter idem servetur in avia paterna, & materna. Placet.

Se autem aliquis, vel aliqua in quacumque ætate decesserit, supervivente sibi transverfalibus tantum, tunc omnis hereditas ejus debeat pertinere; & devolvatur ad ejus fratres utrinque conjunctos, & eorum descendentes masculos, & ipsis non existentibus ad consanguineos fratres, & eorum descendentes masculos (juris ordine inter eos observato) exceptis bonis tali decedenti aliunde preventis, in quibus sorores, etiam non dotatæ existentibus, & eorum filii, & filiarum tantum succedant pro tertia parte, ut in principio præsentis Statuti disponitur in *vers. In aliis autem &c.* E locum habeant, donec, & quousque supervixerit masculus descendens ex prædictis legitimus, & naturalis. Et ipsis fratribus, & eorum descendentiis masculis non existentibus ad sorores carnales utrinque conjunctas, & earum filios tantum masculos, & ipsis non existentibus ad sorores consanguineas tantum, & earum filios, & filias tantum. Et cum dictis fororibus etiam utrinque conjunctis, ut eorum filii succedant æqualiter etiam patri, & eorum descendentes masculi in stirpes, & non in capita. Et sorores uterinæ, fratres uterini, avunculi, materteræ, & amittæ tunc non succedant. Et casu quo contingat aliquem, vel aliquam in quacumque ætate decedere sine descendentiis, supervivente sibi ascendentiis, & transverfalibus, tunc pater, & omnes ascendentes masculi per lineam paternam pariter cum fratribus utrinque conjunctis, & eorum descendentiis per lineam maternam legitima tantum debeat, consequenda secundum gradus prærogativam, & dictis fratribus utrinque conjunctis non existentibus, vel eorum descendentiis masculis, concurrant d. modo fratres consanguinei tantum, & eorum descendentes masculi; Et ex istis non existentibus sorores utrinque conjunctæ, & earum filii, & filiarum tantum succedant æqualiter cum patre, & omnibus ascendentiis masculis per lineam paternam juris ordine servato. Placet.

Si verò decederet cum matre, avia, vel proavia paterna, vel descendentiis per lineam maternam tantum, supervivente fratribus utrinque conjunctis, vel eorum descendentiis masculis, vel eis non existentibus, consanguineis tantum, aut eorum descendentiis masculis, tunc cum tali decedenti succedant fratres utrinque conjuncti, & dicti eorum descendentes, & non existentibus, consanguinei tantum, vel eorum descendentes masculi, juris ordine inter eos in successione servato, exclusis dictis ascendentiis, præterquam à legitima, in qua succedant inter eos juris ordine servato, & ipsis non existentibus sorores utrinque conjunctæ, & earum filii, vel filiarum tantum juris ordine servato, succedant æqualiter cum ipsa matre, avia, vel proavia paterna, & aliis ascendentiis per lineam maternam. Placet.

Item

Item quando non superviverent fratres utrinque conjuncti, vel consanguinei tantum, vel eorum descendentes masculi, neque sorores ut supra, sed patruus unus, vel plures, vel eorum descendentes masculi, tunc in medietate bonorum talis decedenti succedat mater, vel avia paterna, vel ascendentes per lineam maternam juris ordine inter eos servando, & in alia medietate succedant patruus unus, vel plures, & præmortui patri, vel patruorum descendentes masculi cum dicto patruo, vel patruis in stirpes, & non in capita, exclusis fororibus uterinis, fratribus uterinis, avunculis, materteris, & amittis; Declarantes, quod si decesserit mater, soror utrinque conjuncta, & patruus, pariter succedant. Placet.

Insuper statuimus, & declaramus, quod filii legitimi, seu dispensati possint, & valeant succedere secundum tenorem, & valorem legitimisationis, seu dispensationis, & voluntatem, ac dispositionem (juri tamen non contrariam) patris, vel alterius Domini bonorum ipsam legitimantem, etiam in præjudicium filiarum legitimarum, & naturalium, & descendentiis ab eis, nec non quoad effectum exclusionis earum à reintegracione, deficiente linea masculina legitima, & naturali, sine tamen præjudicio in omnibus locorum piorum, & personarum ibi existentium. Placet.

P I N N Æ,

Terræ sub Gubernio Maceratæ.

P A R T I C U L A CXXXIX.

De successione descendentiis in hereditate ascendentiis, ab intestato mortuorum. Rub. 79. lib. 2.

Statuimus, quod existentibus filiis masculis, uno, vel pluribus natis, vel nascituris in eo, vel in eis descendentiis masculis, nepotibus, pronepotibus, & deinceps in infinitum, filiarum feminæ nate, vel nascituræ existentes, & descendentes ex eis, five masculi, five feminæ pariter in infinitum, cujuscumque numeri, ætatis, gradus, conditionis, ordinis, & professionis fuerint, & excludantur ab omni successione patris, matris, & aliorum ascendentiis ab intestato decedentium, five dotatæ fuerint, five non, dummodo si dotatæ non fuerint dotentur ab his, & eorum successoribus, qui eas excluderunt de bonis eorum, à quorum successione sunt exclusæ, juxta consuetudinem dictæ Terræ, conditionem temporis, qualitatem personarum parentum, & familiarum gradum, & dignitatem, quantitatem patrimonii, & dotium, quæ ab aliis de eorum domo præcesserunt, & in casu discordiæ, arbitrio duorum consanguineorum, & attinentium non habentium interesse, ac DD. Priorum, & Rectoris pro tempore existentium. Et interim donec nuptæ fuerint honeste, condigne alantur, & educantur, operas secundum conditionem earum, & familiarum communicantes, in domo eas alere, & educare debentium, nisi ex aliqua rationabili causa ibi cum eis commorari, vel cum honeste non potuerint, (quod pariter Rectoris committatur arbitrio) quo casu alibi dentur alimenta, quibus mulieribus filii dotatis nullo pacto concedatur actio ad supplementum legitimum, etiam quod dos ad legitimam sibi de jure communi debeat non ascenderit, nec possint ad alicujus præfatorum ascendentiis successionem ab intestato aspirare, donec superverit aliquis masculorum prædictorum. Dummodo in succedendo matri, quæ plures habuerit viros in bonis, quæ illi obvenierint ab aliquo defunctorum virorum, vel illius matrimonii occasione, five successione, five per conventionis modum filii ejusdem matrimonii succedant etiam si essent solæ filiarum ex illo matrimonio, & filii masculi ex alio matrimonio. Et prædicta dispositio habeat etiam locum in patribus, qui plures habuerint uxores. In bonorum verò dotalium successione, & divisione, masculis ut supra deferenda, jura communia observentur. Deficientibus masculis prædictis, quorum favore feminas antedictas exclusimus, volumus, & declaramus, quod illæ, seu ipsarum descendentes ad portionem eis de jure communi debitam tempore mortis illius personæ, à cuius hereditate fuerint exclusæ, competentem admittantur, & hoc casu reintegrentur, ac si nunquam fuissent exclusæ, nec aliqua præscriptio eis, nisi à die, qua agere possunt, currere, & vocare valeant. Et hujusmodi dispositio etiam locum habeat, si ex dictis masculis etiam feminæ remansissent. Cum iniquum sit unam mulierem excludi, alteram verò ad hereditatem, & portionem illi aliis favore masculorum adeptam admit-

ti, cum cesset omnis ratio exclusionis, & una non debeat esse deterioris conditionis, quam altera. Quinimo decernimus, quod omnis alienatio personæ ad dictam portionem penitus sit interdicta, & quod nullus momenti sit, si ab ea facta fuerit, & cessante illa persona, ut supra ejus mulieribus actionem damus pro recuperanda dicta portione bonorum, ad quam reintegrata reperitur, contra quemcumque possessorem, nisi extent alia bona dicti defuncti ad dictam portionem alienatam ascendentiis, quo casu possessorem dictæ portione alienatæ molestari volumus, sed mulieres loco illius consequi bona extantia, & æquivalentia dicti defuncti; & interim illis mulieribus intelligi ob dictam causam omnino obligata. Volumus insuper, quod si mulieres prædictæ essent nuptæ, vel nupti traderentur forensibus alibi habitantibus, & non subiectis jurisdictioni nostri Communis, in hereditate alicujus ex ascendentiis prædictis, ab intestato defuncti, non possint succedere; nisi in medietate hereditatis illius, & in altera dimidia succedant, qui supervivunt de agnatione, & cippo dicti defuncti per lineam etiam collateralis usque ad secundum gradum inclusivè, secundum jus canonicum.

Ejusdem Statuti. De successione ascendentiis in hereditate descendentiis; ab intestato mortuorum. Rub. 730.

Item statuimus, ut mortuis ab intestato descendentiis usque in secundum gradum; secundum jus canonicum computandum, abque filiis, tam masculis, quam feminis in eorum hereditate succedant ascendentes masculi de linea paterna, secundum gradus prærogativam, & juxta juris communis dispositionem, exclusis ascendentiis feminis cujuscumque lineæ, salva illis legitima, quæ de jure deberetur.

Ejusdem Statuti. De successione transversalium in hereditate transversalium ab intestato mortuorum. Rub. 731.

Et pariter sancimus, quod in hereditate transversalium, tam masculorum, quam feminarum ab intestato, & sine liberis defunctorum, succedant masculi transversales agnati usque in tertium gradum, prout erunt in gradu defuncto proximiores, exclusis feminis transversalibus, tam de agnatione, quam de cognatione, & tam dotatis, quam non dotatis, dummodo dotentur de bonis decedentium intestatorum, si ab eo dotari deberent, salva dictis feminis, tam ascendentiis, quam transversalibus dispositione præcedentis Statuti Rub. 79. ut mortuis dictis ascendentiis sine filiis, qui eas excluderunt, intelligantur admittæ, & admittantur in earum portionibus, à quibus fuerunt exclusæ, non solum ipsæ, sed earum etiam descendentes in illis reintegrentur.

P I S A U R I E N S I S

Civitatis.

P A R T I C U L A CXXX.

Quod mater, & avia excludantur ab hereditate filiorum decedentium ab intestato, stantibus fratribus, seu eorum filii masculis. Lib. 2.

Ac municipali lege statuimus, quod decedentiis ab intestato filiis, seu nepotibus ex filiis supervivente matre, seu avia, fratre, seu sorore, fratribus, seu fororibus carnalibus, seu eorum fratrum, seu fororum filio, seu filiis. Quod tunc, & eo casu fratres, seu eorum filii masculi, juxta juris communis dispositionem, succedant in hereditate defuncti. Exclusis penitus, & totaliter matre, avia, & sorore, seu fororibus, seu eorum filiis, etiam quoad legitimam, nisi solum, & dumtaxat quando mater, seu avia vellent persistere in statu individuitatis; nam eo casu æqualiter unà cum prædictis, juxta dispositionem similiter juris communis, succedere habeant, & debeant quoad usufructum solummodo, & dumtaxat, & hoc statutum ut supra locum habeant in expressis tantummodo in præsentibus statu in ceteris servetur jus commune; & similiter in futuris successioneibus per mortem in futurum obveniendam, & non aliter, & non habeant locum in præteritum, & sic in hereditatibus prædefunctorum antequam impensionem statutorum.

Ejusdem Statuti Lib. 2. Quod stantibus masculis in hereditate patris, seu matris ab intestato decedentis, filia femina non succedat. Rub. 110.

AD communem utilitatem Statutum est, quod decedentibus ab intestato patre, aut matre, avo, seu avia, superstitibus post se filiis masculis, seu nepotibus masculis ex dictis filiis masculis, & filiabus feminis, seu eorum filiis, quod tunc, & eo casu filii masculi, seu nepotes masculi ex dictis masculis in hereditate defuncti integre, & in totum succedere debeant, exclusis penitus filiabus feminis, & eorum filiis, aliqua lege non obstante. Teneantur tamen dicti filii masculi, seu eorum filii masculi dictas filias, si, & quatenus alias ab eorum patre, seu avo non fuerint dotatæ, ipsas concedenter dotare, inspecta tamen qualitate personarum, & consuetudine antiqua Casata circa dotandas feminas, & quantitate patrimonii cum iudicio, & consensu dominorum propinquorum consanguineorum, non habentium tamen interesse in hereditate, quibus totibus teneantur stare contentæ, & ultra petere non possint de bonis maternis, & paternis, seu avitis. Imò dicti filii masculi, ut supra, seu eorum filii similiter masculi integre heredes existant. Hoc tamen addito, & intellecto, quod adveniente casu viduitatis possint redire dictæ filia in domum paternam, & ibi conferendo dotes suas habere debeant, ac habeant opportuna alimenta, secundum facultatem paternæ hereditatis, donec viduæ exiterint. Declarantes tamen præsens statutum habere locum in casibus, tantummodò in præsens statutum habere locum in casibus, tantummodò in præsentibus Statuto expressis, in ceteris servari debeat jus commune, & similiter debeat habere locum in futuris successioneibus per mortem in futurum obveniendam, & sic post impressionem voluminis præsentium statutorum, & non autem in præteritum tempus.

PISSIGNANI,

Quod est Castrum sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA CXXXI.

Desumpta ex reformatione 2. dicti Statuti.

Quod nulla mulier de dicto Castro, vel ejus districtu dotata a patre, matre, avo, vel avia, vel fratre, vel quocumque alio, possit succedere ab intestato dotanti masculo in eodem gradu, seu aliquo masculo, quod pariter ad successione venire ab intestato decedenti, & præsens reformatio locum habeat in præsentibus, præteritis, & futuris &c.

PLEBISCENTI,

Quæ est Terra sub Legatione Ferrariae.

PARTICULA CXXXII.

De successione ab intestato ascendentium, & collateralium.

Illustrissimo, & Excellentissimo Sig. Duca. Humilissime narrano li Confoli, Massari, & Huomini delle Pieve presso Cento, qualmente nel loro Generale Consiglio hanno ottenuto, che in totum si levi, cassi, & annulli un Statuto civile nel volume dello Statuti sotto la Rubrica de successione ab intestato ascendentium, & collateralium, il quale voleva, che la madre succedesse così in la proprietà, & etiam successi vè in lo usufrutto, quando non li siano figlioli, e perche non ci pare cosa giusta, che le madri habbiano da succedere, anzi più presto li figliuoli essendone, quando che no, li più prossimi maschì, riservando sempre la prerogativa de' gradi, & haver ricorso al Statuto di V. E. de successione ab intestato. Ancora, che in dicti nostri Statuti in virtù delle lettere di predetta V. E. habbiamo ricorso tali Statuti, ma per torre via ogni difficultà, e dubbio, quale per l'averne potrebbe accaccare, supplican l'E. V. si voglia degnare escluderlo, e confermare tale provisione, ut supra ex certa scientia, & omni meliori modo &c. che così facendo V. E. farà causa della conservatione delle case, e parentati, secondo più amplamente dispone il detto Statuto di prefata V. E. attento, quando non vi fossino figliuoli si riceva dalla madre l'usufrutto, e come in tal loro provisione si contiene cæteris quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus, de gratia singulari &c.

Illustrissimus D. noster Dux ex certa scientia, & omni meliori modo, qui fieri possit, confirmat, & approbat Statutum prædictum noviter per homines de consilio d.

Terræ Plebis editum, & illud mandat impostum observari renovato priori Statuto, de quo in precibus, & ut petitur.

Bapt. Sarach. 5. Febr. 1552.

Intus Hercules Dux Ferrariae.

De successioneibus ab intestato ascendentium, & collateralium. Rub. 3.

STatuimus, quod si quis, vel si qua intestatus, vel intestata in quacumque ætate sive testabilis fuerit, sive non, decesserit, quod in succedendo sibi serventur jura communia, salvo superiori Statuto, & salvo, quam in casibus infra scriptis videlicet, quod ascendentes masculi, & per masculum præferantur in succedendo omnibus aliis ascendentibus personæ defunctæ, & etiam masculis per feminam, excepta matre, vel avia paternam, vel deinceps similiter paternam vidua ex eo matrimonio, ex quo talem filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps, de cujus successione ageretur habuerit, quæ vidua, ut supra extantibus ascendentibus prædictis masculis, & per masculum, vel alter eorum, habeat solum usufructum ejus, quod sibi à jure communi civili deferretur, donec vixerit, vel ad alia vota transferit, vel usufructus aliter fuerit extinctus ita, quod satisfacta teneatur, infra mensem à die, quod, vel qua fuerit requisita per publicum instrumentum, cujus copia dimitti debeat dictæ mulieri, vel ad domum ipsius ultimæ habitationis solita, salvo tamen jure cujuscumque personæ, cui quæsitus esset usufructus prædictus jure patriæ potestatis, vel alia quacumque de causa. Item præferantur prædicti ascendentes masculi, & per masculum, descendentes personæ defunctæ per feminam, salvo quod omne id, quod aliàs de jure ipsius descendentes per feminam obvenire deberet, reservare teneantur dictis descendentes per feminam post eorum ascendendum mortem si decesserint, sine liberis masculis, & per masculum, vel cum liberis masculis, & repudiantibus, seu abstinentibus, vel minimè aduentibus, seu immiscentibus, necnon fratres, matres defunctæ personæ ex utroque parente, vel ex parte tantum conjuncti, & filii masculi talium fratrum, vel alter ex eis, præferantur dictis descendentes personæ defunctæ per feminam præferantur patri defunctæ personæ, & etiam filii masculi eorum, vel alter ex dictis patris, vel filii eorum, vel alterius eorum, nisi legitima eis debita jure naturæ, dote tamen sua, vel materna, sive avita, vel deinceps in ea non computata. Ipsi siquidem fratres, eorumque filii masculi, seu ex eis alter præferantur præfatis ascendentes defunctæ personæ femininis, & etiam masculis per feminam, nisi matri, vel avia paternæ non extante, vel extante, & repudiante, vel non aduente, vel pro avie paternæ, matris, & avia paternæ non extantibus, vel extantibus, & repudiantibus, vel non aduentibus, viduis ex eo matrimonio immediate, ex quo talem filium, nepotem, vel neptem, propotem, vel proneptem, de cujus successione ageretur habuerit, quæ tunc habeant usufructum solum virilis partis, si cum dictis fratribus concurrant, & si cum filiis eorum concurrant ipsi filii fratrum in stirpem, & si cum patris, vel eorum filii masculis, tunc usufructum habeant totius hereditatis, donec vixerint, vel ad alia vota transiverint, vel usufructus aliter fuerit extinctus, ita quod satis dare teneantur, prout, & sicut supra, ac etiam subire pro rata parte, seu toto quod habuerint, ut supra, omnia onera, & gravamina Communis Plebis ipsi hereditati, vel bonis imposta, vel imponenda, quatenus patitur usufructus, & non ultra, donec ipse usufructus duravit; ascendentesque præfati masculi, & per masculum etiam præferantur fororibus defunctæ personæ, earumque descendentes etiam masculis, & filiabus fratrum defunctæ personæ, & descendentes etiam masculis ex ipsis filiabus, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam pervenerint ex dote, vel titulo lucrativo à matre, vel conjuncto per matrem defunctæ personæ, in quibus inter eos jus commune servetur. Dicti verò fratres, matres ex utroque parente, vel ex parte tantum conjuncti, filiique masculi eorum, seu alter ex eis præferantur fororibus defunctæ personæ, etiam utrinque conjunctis earumque liberis, etiam masculis, ac filiabus fratrum masculorum, & eorum liberis, etiam masculis, ac etiam fratribus, & fororibus uterinis tantum, & eorum, & eorum liberis, etiam masculis, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam pervenerint ex dote, vel titulo lucrativo, ut supra, à matre, vel conjuncta persona per matrem dictarum fororum,

rum, vel uterinorum, in quibus talibus bonis jus commune servetur. Agnati verò masculi transversales, seu alter ex eis usque ad quartum gradum inclusive, gradum numerando in qualibet parte nostrorum Statutorum secundum jus civile, præferantur omnibus feminis transversalibus, agnatis, etiam infra dictum gradum existentibus, præterquam fororibus defunctæ personæ utrinque conjunctis, vel ex parte tantum, vel filiabus fratrum masculorum personæ defunctæ, similiter conjunctorum, salvis dispositis in hoc Statuto, & salvo si ipsa, vel aliena eorum concurrerint cum patruo, seu patris defunctæ personæ, quo casu cum eo, seu eis pariter admittantur, nisi in bonis perventis, ut supra, ad defunctam personam à matre, vel à conjuncta persona per matrem dictarum fororum, vel filiarum, in quibus jus commune servetur. Et etiam prædicti agnati præferantur omnibus transversalibus cognatis, etiam masculis, & etiam jus agnationis transactis, ut puta natis ex forore, vel amita defuncti, & aliis à jure declaratis, & expressis. Exceptis bonis, quæ ad defunctam personam pervenerint ex dote, vel titulo lucrativo, ut dictum est, à matre, vel conjuncta persona per matrem defunctæ personæ, in quibus jus commune servetur, nisi filii masculi, vel feminæ, vel alii liberi fororum utrinque conjunctorum concurrerent cum fratribus maribus defunctæ personæ utrinque conjunctis, seu eorum liberis masculis, vel altero eorum, quo casu ipsi fratres, vel liberi etiam in dictis bonis præferantur. Volentesque quod naturalibus non tantum, sed etiam spuris succedatur, & succedi possit ab intestato per quemcumque perinde, ac forent legitimi, & naturales, secundum tamen præscriptam, & infra scriptam dispositionem in quantum adaptari potest, & quoad ipsam successione omni facienda legitimi, & naturales censentur, nisi extarent ex ipsi naturalibus tantum, vel spuris, ut supra liberi etiam naturales tantum, ut supra, qui tunc admittantur, & omnibus præferantur, præterquam liberis legitimis, & naturalibus, quo casu inter eos jus commune, & nostra Statuta serventur. Declarantes, quod leges de secundis nuptiis loquentes, seu tractantes in supra scriptis omnibus; & infra scriptis vendicent sibi locum, nisi in supra scriptis, & infra scriptis casibus aliud sit specialiter provisius. Insuper statuimus, quod quilibet homicida, seu ille, cujus dolo malo aliqua persona decesserit, non succedat, nec succedere possit ex Testamento, vel ab intestato ipsi defunctæ personæ, nec alicui ejus ascendenti, vel descendenti, nisi ex testamento postea confecto, nec alicui de bonis talium capere possit ex testamento ipsorum, nisi postea confecto ut supra, vel ab intestato, proprie sumpto vocabulo. Item uxori filii, vel nepotes talis homicidæ, seu cujus dolo malo decesserit, in eodem modo prædictis non succedant, nec capere possint de bonis prædictorum, ut supra, donec vixerit ille talis homicida, seu cujus dolo malo decesserit. Et de prædictis dolo, & homicidio probari sufficiat per bannum inde factum, & exemplatum in libris bannitorum Communis Plebis positus ad Cameram dicti Communis Plebis. Decernentes hereditatem prædictam etiam in vim ad sequentes pervenire debere secundum formam juris, & nostrorum Statutorum, quæ tamen hereditas ad sequentes, sic devoluta ex causis prædictis revertatur ipso jure ad personas exclusas, ut supra, quando cumque mortuo tali homicida, vel cujus dolo malo decesserit talis persona defuncta, ut supra, & de omnibus bonis dictæ hereditatis teneatur ipsa persona, ad quam sic interim pervenerit inventarium conficere, & satisficere ad omnem requisitionem personæ exclusæ de utendo, & fruendo eis arbitrio boni viri, & de custodiendo, & salvando eis arbitrio boni viri, & de custodiendo, & salvando, & restituendo ea omnia, & estimationem eorum, quæ servando servari non possunt, seu non poterunt personæ sic exclusæ post mortem talis homicidæ, vel cujus dolo malo decesserit persona defuncta. Fructus tamen quicumque percepti à tali questore, ad quem devoluta fuerit hereditas, ut supra, ex causis prædictis, antè sequentem mortem dictæ homicidæ, vel cujus dolo malo decesserit persona defuncta, ut supra, cedant lucro ipsius percipientis, satisfactione, ut dicitur præfata, & aliter non: Declarantes, quod in omnibus casibus prædictis, quæ dictæ sunt de homicida, locum habeant in partibus quocumque, mandantes, quod in quolibet casum prædictorum, ubi feminæ de linea agnationis contra jus commune excluduntur, si tales femine dotatæ non essent, vel non sufficienter, dotari possint, & debeant, & eis dotes augeri in bonis, & de bonis defunctæ personæ modo, & forma tradita in Statuto nostro proximo

Card. de Luca de Statut. Success.

præcedenti, si alium, qui dotare eas deberet, non haberent, vel minus sufficienter, si verò aliqua femina de linea agnationis, vel cognationis excludatur à successione contra jus commune, & sit pauper; & indotata, nec extent de bonis alicujus, in quibus possit, vel debeat dotari, tunc possit ipsa femina de linea agnationis, vel cognationis petere se dotari in bonis, ut supra, & de bonis talis personæ defunctæ, à cujus successione excluditur, ut supra, & se alimentari modo, & forma tradita in Statuto proximo præcedenti. Et idem sit, si tales feminæ de linea agnationis, & cognationis exclusæ, ut supra, religionem intraissent, vel intrare vellent. Ita tamen, quod prædicta non excedant portionem, à qua excluduntur vigore præsentis Statuti. Ubi verò in matrimonio, vel religione constitutæ non essent, nec esse vellent, & ex eo, quod haberent deceter vi vere non possent, decernantur, & constituantur, & dentur eis alimenta in bonis prædictis, quoad vixerint in statu tali, honesto modo, dummodò dicta alimenta non excedant usum fructum ejus portionis, à qua exclusæ sunt, ut supra. Etsi antequam dotentur, ut supra, moriantur nuptæ, vel non nuptæ, transmittatur illud jus petendi dotari ad hæredes earum, qui hæredes petere possint modo, & forma contenta in præcedenti Statuto, omne id, & totum, quod peterat ipsa persona defuncta, quæ poterat petere se dotari, ut supra. Volentes insuper, & declarantes, quod omnia contenta in præsentibus Statuto, & disposita in casibus supra dictis, si separatim, seu divisim contingant, locum habeant in dictis casibus, etiam simul, vel conjunctim contingant, quocumque sint casus simul, vel conjunctim contingentes, quatenus possint adaptari. Item quod omnis hereditas delata alicui ex Testamento, vel ab intestato, si moriatur ante aditam hereditatem, vel immisionem factam, transmittatur ad ejus hæredes, & hæredes heredis in infinitum ex testamento, vel ab intestato, etiam improprie sumpto vocabulo, secundum dispositionem prædictam. Et similiter jus, quod competeat alicui ascendenti, vel descendenti dicendi aliquam ultimam voluntatem nullam propter præteritionem de eo factam in aliqua ultima voluntate, transmittatur ad quoscumque ejus hæredes descendentes, vel collaterales masculos, & per lineam masculinam conjunctos, usque ad quartum gradum inclusive, gradum numerando, ut supra. Declarantes, quod ubi in quacumque parte præsentis Statuti fit mentio de patruo, intelligatur tantum de fratre patris utrimque conjuncto, vel ex parte patris tantum.

PODIINATIVI, seu DONADEI

Terræ B. in districtu Urbis.

PARTICULA CXXXIII.

Che le Sorelle, che passano 25. anni, e non sono maritate, possono dividere. Pag. 36.

STatuimus, & ordinamus, que se alcuno havrà una, o più sorelle, e non poterà maritare, e non mariterà quelle, secondo la sua conditione, in termine, che detta sorella habbia venticinque anni, non essendo giusto, e legitimo impedimento, che passati detti venticinque anni detta sorella possa dimandare in la heredità paternam, e maternam pro rata, come se fosse machio, e detto fratello, o fratelli siano tenuti, & obligati darli detta parte d' heredità per dote, e la corte ad petitione di detta sorella sia tenuta astringere detto fratello, o fratelli ad consegnare detta parte de heredità, alla prefata sorella.

PONTISCASTRI

Sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA CXXXIV.

Quod mulieres dotatæ non succedant certis personis. Cap. 17.

STatuimus, quod mulieres dotatæ per patræm, seu matrem, fratrem, forem, avum, vel aviam non succedant ab intestato hujusmodi patri, vel matri, forori, vel fratri, avo, vel avia. Si talis pater, mater, frater, vel foror, avus, vel avia decederent, aliis filiis superstitibus masculis, vel nepotis ex filiis naturalibus ex eodem matrimonio, de quo nata est dicta mulier dotata, vel si decederent aliqui ex fratribus, vel fororibus, etiam sine filiis, aliis fratribus carnalibus, vel filiis fratrum masculis superstitibus ex utroque parente, dictæ mulieres dotatæ, volentes non audiantur, & si in iudicio egerint petendo hereditatem, vel partem non prædictorum debita, mulieres, & ejus Procuratores per Rectores ejiciantur.

Quod mulier dotata succedere non debeat ab intestato. Cap. 11.

Mulier aliqua de eadem Universitate, vel ejus districtu, dotata à patre, matre, avio, avia, fratre, nepote, vel quoque alio, non possit, nec valeat succedere, vel regressum habere ab intestato in bonis dotantis, & fratrum, sororum, nepotum, neptum, & aliorum quorumcumque, & quolibet attentum in aliquo gradu ipfis dotantibus aliquam rem, vel eam. Sed dotibus datis, vel promissis stare debeat, & sit contenta, itaque aliquid ultra dotes prædictas petere, vel habere non possit jure legitimitæ, trebellianicæ, & supplementi legitimitæ, vel cuiuscumque alterius, à quibus penitus exclusus, & dotes prædictæ in locum legitimitæ, vel ejus supplementi dictæ mulieris debent, & aliorum prædictorum succedere, & debent intelligantur, & si dictæ dotes ad computum, & debitam legitimitæ quantitatem ascenderent, & superflite ei aliquo mafculo ex linea paterna, usque in tertium gradum inclusivè, secundum jus canonicum computant. & præfens Statutum habeat locum in præsentibus, præteritis, & futuris.

RAVENATEN. CIVITATIS. PARTICULA CXXXVI.

De successione filiorum, & aliorum descendendum in rebus parentum, & aliorum ascendendum, ab intestato morientium. Rubr. 12.

Statuimus, & ordinamus, quod filius, vel filii, & alii descendentes masculi succedant in omnibus bonis, & rebus tam emphyteoticis, seu livellaribus (salva semper concordia nova de iis loquente) quam liberis, & allodialibus, & ubicumque possitis, & iuribus parentum suorum ab intestato morientium, ita tamen, quod hujusmodi ascendendum hæreditates deserantur super personis masculis descendentes in gradu proximioribus personæ defunctæ de agnatione patris, seu alterius ascendentis, de cuius hæreditate ageretur, exclusis filiabus fœminis, nepotibus, & aliis à matre descendentes; adeo quod ratio habeatur, & in consideratione sit semper favor agnationis, & sanguinis paterni, & materni generis, & proximioris, & non materni, nec materni generis, & proximiores, qui succedere debeant, ut supra intelligantur, etiam si uno gradu essent remotiores ipsi defuncto, quia unum subintrat locum, seu gradum patris, vel alterius personæ, in cuius locum succederet, volumus, & decernimus in stirpes, & non in capita dividatur hæreditas. Filiz verò, & aliz fœminæ de agnatione paterna descendentes à filiis masculis dotari debeant congrua dote, habita ratione facultatum, ac numeri filiorum, & dignitatis familiaris, & natalium talis ab intestato decedentis, dum tamen dos constituenda, & tradenda minor non sit legitima, quæ ipsi fœminis dotandis deberetur, major autem esse possit ipsa legitima; si ita æquum esse videbitur, consideratis iis, quæ consideranda esse nunc diximus. Quod si ipsas filias, & alias fœminas prædictas vella in gradu Monasterium aliquod contingeret, eis dos illa præstetur, quæ dotantibus, & Monasteriis ipsi placuerit, & simul pacti fuerint, vel si jam effecte essent Monachæ, contentæ esse debeant dote jam habita, & nil ulterius in quocumque horum casuum petere, aut consequi possint. Et quoad augendam, vel minuendam legitimum, secundum numerum filiorum trientis, vel semissis, juxta jus novissimum authenticorum, prædictæ filiz Monachæ, cuiuscumque sint Religionis, & Monasterii in Civitate nostræ Ravennæ, annumerentur, & computentur cum aliis filiis, seu filiabus in seculo remanentibus, & ipsa legitima debeat, & in ea succedatur in stirpes, & non in capita. Et si mortuæ (ut supra) sine Testamento supererint prædictæ eorum filiz nepes ex filio præmortuo, vel pronepotes, quæ nondum essent nobiles, interim donec nupti tradentur per prædictos descendentes agnatos heredes alantur, & educantur probè, & secundum conditionem, ac facultates illius jam defuncti, in cuius bonis erant dotandæ. Fructus autem ipsius legitime petere non possint, nec debeant, donec in domo patris, seu dictorum ascendendum mortuorum morabuntur, & alimenta eis præstabuntur. Et moriente patre, vel avo paterno, aut alio descen-

dente paternæ agnationis filia sua, seu filiabus, neptibus, vel proneptibus ex masculis, & masculino suo genere, & agnatione provenientibus, jam matrimonio collocatis, & dotatis. Hujusmodi fœminæ, & ipsi de medio sublati, provenientes ex legitimo matrimonio ab eis petere, ac consequi possint legitimum, seu ejus supplementum in bonis, & hæreditate etiam in pecunia numerata existente, seu illius patris, seu avi, aut alterius ascendentis, ut supra ab intestato decedentis.

In qua dote tam consistentes in pecunia numerata, quam in bonis mobilibus, se moventibus, & stabilibus tam liberis, & allodialibus, quam emphyteoticis, seu livellaribus bona omnia parafernalia, & alia localia habita à persona, in cuius bonis, & hæreditate detrahenda erit legitima, vel ejus supplementum computentur, & computari debeant.

Quamque legitimum, seu ejus supplementum petendi facultatem esse sublatam intendimus, ac sancimus spatio annorum viginti à die mortis illius, de cuius bonis, & hæreditate deberetur.

Fructus autem ipsius legitime, seu ejus supplementum non debeantur aliquo modo, nisi à die mortis, in qua ejus debitor, seu debitorum fuissent judicialiter constituti. Et modo, quo supra deberi legitimum, seu earum supplementum, & fructus prædictos descendentes ex masculis disposuimus, eodem etiam modo descendentes hæredibus ex filiabus fœminis debeantur, non autem aliis hæredibus ipsarum filiarum debeatur, sed tantum descendentes ab eis. Iisdemque temporum spatiis ea petendi jus finiat, & in eis computentur, quæ supra computari diximus.

REATINÆ CIVITATIS. PARTICULA CXXXVII.

De successione ab intestato. Cap. 19. lib. 2.

In successione ab intestato primò succedant filii, & filiz descendentes ex filio masculo legitimo. Nepotes verò succedant cum patris in stirpes, & non per capita. Idem & in patris, ut in stirpes succedant. Si quis verò sine patre, & filiis, & nepote, aut pronepote, vel deinceps ex filio intestatus decesserit, Proximiores consanguinei, sive unus, sive plures sint, ejusdem gradus, succedant tali defuncto ab intestato, & omnia bona defuncti ad proximiorum, seu proximiores deveniant, hoc tamen declarato, quod si talis ab intestato defunctus habuerit plures fratres, vel sorores, vel nepotes ex fratre, quorum aliqui sint ex utroque parente conjuncti, aliqui ex altero tantum, præferantur in ejus successione ab intestato ille, vel illi, qui est, vel sunt ab utroque parente conjuncti, exclusis conjunctis ex altero parente tantum, & si habuerit fratres, vel nepotes ex fratre, vel fratribus, quorum aliqui sint ex parte paterna, & paterna linea tantum conjuncti, aliqui ex matre, seu materna linea tantum conjuncti, præferantur, & succedant tali defuncto fratri suo paterno in bonis paternis, & quæ tali defuncto ex paterna successione decesserint. Illi verò fratres, sorores, vel nepotes, qui ex matre tantum, vel materna linea sunt conjuncti, præferantur, & succedant tali fratri, vel paterno in bonis maternis, & quæ tali defuncto à matre, & matris hæreditate decesserint. Filiz verò dotatæ à patre, avo, matre, fratre, vel de bonis suis, vel relicto in testamento nomine dotis non possint succedere ab intestato alicui proximioribus consanguineo, nec parentibus suis unà cum fratre, vel nepotibus ex fratre præmortuo. Et si non habuerit fratrem carnalem, vel nepotem ex fratre, & habuerit patrimum, seu patruos, & fratres patruales, vel aliquem ipsorum, tunc in eo casu succedat dicta mulier pro medietate, & in alia medietate succedat prædicti in stirpes, & non per capita, & hoc in illis casibus, in quibus esset potior in gradu, & hoc locum habeat in successione consanguineorum ex parte patris tantum, & eodem modo in successione consanguineorum ex parte matris succedat dicta mulier dotata, non superflite fratre, vel nepote carnali ex fratre præmortuo ipsius mulieris dotatæ in medietate bonorum, & in alia medietate succedat avunculus, vel avunculi, & fratres consobrini ex parte matris; si verò esset æqualis de jure communi ipsi patruo, seu cum patris, seu cum dd. fratribus patruelibus, vel altero ipsorum in successione consanguineorum paternorum, qui tamen in eo casu succedat in medietate ejus, quod esset habitura de jure communi. Residuum verò remaneat supernominatis personis, & idem modus servetur cum avunculo ex fratribus consobrini ex parte matris in successione con-

Quod stantibus masculis, & nepotibus masculis ab intestato decedentibus, filiz fœminæ, seu nepes aliquo modo non succedant. Cap. 246.

Statuimus, & ordinamus, ac reformamus, ac advertentes, quod ex judicio Dei, ut plurimum contingant inevitabiles casus diræ, subitæ, & inopinatæ mortis, in tantum, quod quis percussus fulmine, morte adventiente non potest super bonis, & rebus suis testando providere, vel aliter disponendo, ut experientia docet quotidiana, ex quo mortis judicio plurimi, & plurimi patres familias non valentes aliter de bonis suis testando disponere obeunt penitus intestati. Ob quam rem filii masculi, & nepotes ex filiis maribus orti maximam patientur jacturam circa successione honorum, & rerum, ac hæreditatis hujusmodi intestatorum, seu ab intestato decedentium, quia cum ipsi filii masculi, ac nepotibus ortis, ex filiis maribus prædictis, ex quibus subsistentur dignitas, & honor familiarum, & domorum tam filiz fœminæ, & nepes, nuptæ, & dotatæ, quam non nuptæ, talium ab intestato decedentium successione querunt, & quotidie succedunt equaliter unà cum filiis masculis.

Quo circa volentes tanto familiarum, & domorum damno, jacturæ, & perditioni providere, succurrere, & obviare, statuendo, ordinando, & confirmando dicimus, quod dictæ filiz fœminæ, seu nepes à patre nuptæ, & dotatæ, & etiam filiz fœminæ, seu nepes nedum nuptæ, sed post mortem talium avorum, & patrum suorum, ab intestato decedentium, nubendæ, & competenter dotandæ, stantibus dictis filiis, seu nepotibus masculis, vel si alter ipsorum vixerit, in aliquo non succedat præfatis ad partem filiarum, vel nepotum, patre, sive avo, patre, vel avia paterna ab intestato defunctis, nec esse illegitimis, sed sint, & esse debeant tacite, & contentæ ipsarum dotum, legibus quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus, tam civilibus, quam Canonicis, & idem ordinamus, statuimus, & reformamus de successione honorum matris, avi materni, & aviz maternæ decedentium, ab intestato, quod filii masculi, & nepotes ex filiis masculis orti succedant, exclusis penitus filiabus, & nepotibus jam maritatis, & dotatis, & maritandis, seu competententer dotandis de bonis patris, avi paterni, & aviz paternæ, sive de bonis matris, avi materni, & aviz maternæ, quæ filiz, & nepes, etiam in legitima non succedant, quamdiu, & donec dicti filii, & nepotes masculi, vel alter ipsorum supervixerint, & prædicta statuta, ordinamenta, seu reformationes sibi locum vindicent per tempora ventura, & omnino inviolabiliter debeant observari, aliqua lege civili, vel Canonica non obstante &c.

RECINETEN. CIVITATIS. PARTICULA CXXXVIII.

De successione ab intestato. Rub. 58.

Si quis ab intestato decesserit, filiis, filiabus, seu nepotibus, vel neptibus ex filio non relicto, patre, vel matre non subsistentibus, si fratres carnales sint soli, vel cum filiis alterius fratris in stirpem succedant. Si autem remansit soror tantum, illa succedat. Si filii, & filiz fororis, tantum masculi succedant, deinde in antea proximior in gradu succedat, quod locum habere volumus in præteritis, & futuris.

Ejusdem Statuti. Quod filiz dotatæ sint contentæ dote sua, & ad bona paterna non possint habere regressum. Rub. 59.

Quando mulier dotata sit, seu fuerit à patre, vel avo paterno, sive à fratribus carnalibus ex parte patris, & superflite masculis filius ex aliquo prædictorum dotantium, dote sibi data sit contenta, nec possit patre, vel avo paterno, vel fratribus carnalibus ex parte patris, seu liberis eorum viventibus, ad bona paterna avi paterni, vel fratris, seu fratrum carnalium habere regressum, vel aliquid petere occasione hæreditatis alicujus dictarum personarum, vel alia quacumque occasione, sive renuncia-verit, sive non. Si verò mulier dotata fuerit, vel sit ab aliqua alia persona, quam à patre, vel avo paterno, sive à fratribus carnalibus ex parte patris, auctoritate præfatis Edicti possit ipsa mulier ex testamento, vel ab intestato dotanti succedere, tanquam si ab eo nulla sibi fuisset dos constituta, quæ locum habere volumus in matrimoniis pluribus filiabus, vel neptibus tantum, quælibet in virili, seu æqualiter succedat. Quod si ex ipsis aliqua, seu aliqua ipsarum fuerint nuptæ, tantum minus accipiant de successione, quantum fuerit quantitas suæ dotis. Cæterum si pater, vel avus paternus, vel frater carnalis ex parte patris, ipsi filiabus, vel neptibus nuptis aliquid reliquerit ultra dotem, ultra petere non possint occasione legitime, vel alia quacumque causa viventibus fratribus masculis, vel patris, vel eorum liberis.

ROCCETTÆ CASTRI, Sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA CXL.

Quod mulieres dotatæ non succedant certis personis. Cap. 17.

Item statuimus, & ordinamus, quod mulieres dotatæ per fratrem, matrem, patrem, sororem, avunculum, seu aviam non succedant ab intestato hujusmodi patri, vel matri, forori, vel fratri, avo, vel aviz, dummodo pater, vel mater, frater, vel foror, avus, vel avia decederent aliis filiis superflitis masculis, vel nepotibus ex filiis natis ex eodem matrimonio, de quo nata est dicta mulier dotata, vel si decederet aliquis ex fratribus, vel fororibus, & sine filiis aliis fratribus carnalibus, vel filiis fratrum masculis superflitis ex utroque parente dictæ mulieres dotatæ ad successione prædictorum venire volentes, non audiantur. Et si in judicio egerint petendo hæreditatem, vel partem quorundam prædictorum, dictæ mulieres, per rectores ejiciantur &c.

RONCOFREDI,

Loci B. in Provincia Romandiolæ.

PARTICULA CXLI.

In ordine alle Successioni ab intestato.

IN oltre intendendo S. Sig. Illustris di provvedere alla conservazione delle case, e famiglie, ordinando &c. decreta,

ra, che stante li figli, e descendentis masculi al tempo della morte d'alcun padre, o descendentis, quelli soli succedano al defunto, e s'intendono essere fuori heredi ab in testato, escluse sempre le figlie femine, e descendentis femine dall'heredità del morto padre, & ascendente ab intestato, le quali femine se in vita saranno state dotate dal loro padre, o ascendente, siano contenute, e tacite della dote dotali, e promessali, né possano pretendere altro con li maschi, etiam legitima, o suo supplemento, dalla quale S. Sig. Illustriss. con il presente decreto, intende perpetuamente escludere. Ma se non saranno state dotate in vita del padre, o ascendente, rimanendo ferma detta esclusione etiam della legitima; S. Sig. Illustriss. vuole, e decreta, e comanda, che siano dotate ad arbitrio de' suoi parenti più prossimi, e non trovandosi parenti, se li deve deputare, e costituire la dote da duoi da eleggersi dal publico Consiglio di Roncofreddo, li quali nell'arbitrario detta dote dovranno haver considerazione alla qualità della famiglia, delle persone, delle facultà, e de' tempi, e conforme al detto arbitrio gli heredi maschi dovranno pagare detta dote, e non altrimenti, né in altro modo &c.

S A N C T Æ A G A T H Æ,

Terræ sub Legatione Bononiæ.

P A R T I C U L A CXLII.

Cbe la donna dotata non succeda. Pag. 29. lib. 2.

Volemo, che domete, che in la casata sia fratelli d'alcuna donna maritata, o maschi di quella casata, la donna maritata delli beni paterni non possa succedere in la detta heredità del padre, fratelli o altri di diritta casata, se non è da essi instituita herede, e lassata legataria. Ma sia contenta della dote sua, la qual dote però se fosse manco, che richiede la conditione della casata, e paternità, volemo, che essa maritata possi adimandare il supplemento, insino alla quantità dello consueto. E similmente s'intenda della donna non maritata, la quale si diga maritare, e darghe la dote, non di minor somma, che sia lo consueto della casata, e di quella sia contenta, ut supra; e volemo, che cadauna fatta vedova possa tornare, stare, & habitare nella casa del padre, o avo paterno, & comunicare la dote sua con quelli, & da essi heredi del padre avere li alimenti necessari, domete sta in viduitate. Item volemo, che non restano maschio alcuno della casata esse donne possian succedere ab intestato alli morti della casata.

Ejusdem Statuti. Delle donne, che se hanno à maritare.

Volemo, che morti li padri, li fratelli, & agnati debban maritare le figliole del morto, della heredità del morto, in duoi anni proximi, se sono d'età nubile, cum consilio de' suoi, o tre proximi agnati, e debbansi dare le loro dote condecante, che non siano minore di quanto richiede alla conditione sua, cioè della casata.

S. A N A T O L I Æ,

Quæ est Terra sub Gubernio Camerini.

P A R T I C U L A CXLIII.

Quod mulier, quæ fuerit dotata à patre, vel alio consanguineo, non possit ulterius petere partem in bonis patris. Rub. 195.

Dicimus, & ordinamus, quod si aliqua femina fuerit dotata à patre, vel à matre, aut fratre, five fororibus, aut patrem habuerit de bonis paternis, aut maternis, qualicumque de causa, non possit, nec debeat ulterius aliquid petere de bonis prædictis, nisi fuerit sibi relicto, & si contrafecerit non audiat, & solvat probano Communium decem lib. legitimis hæredibus existentibus.

Reformationes. Pag. 99.

Item perche in Santa Anatolia è un Statuto, che femine dotate non possint succedere, e per essere alquanto oscuro, né s'intende bene, se la mente del Statuto fu, che tali femine fossero escluse solamente dalla heredità paterna, o vero generaliter dalla heredità materna, paternità, e fraterna, né anche s'intende bene, se questa esclusione se intende, che duri mentre, che sono vivi i maschi, o vero perpetuamente. Degniss. Vostra Eccellenza dichiarare detto Statuto, & ordini, che detto Statuto s'intenda, che tali femine dotate non possono succedere nell'heredità del padre, madre, fratelli, e sorelle, di modo che dotate competentemente delli beni, e sostan-

za di una delle dette persone in esso Statuto nominate, se intendino, e siano generalmente escluse dalla heredità, e beni di tutti gli altri, di che in detto Statuto si fa mentione. E che queste tali donne dotate se intendano private dell'heredità solamente, fin tanto che li maschi per causa delli quali sono escluse, vivono, e che mancando in tutto la linea masculina, le prefate femine escluse, e loro figlioli, e nepoti, o maschi, o femine, che siano possano addimandare la rata, e parte dell'heredità, della quale detta femina fu esclusa, e s'intenda reintegrata al tutto, alla primiera ragione della successione, dalla quale per la superesistenza delli maschi era stata temporalmente esclusa, e questo adimandano per tor via molte liti, che sopra questi duoi casi ogni di occorrono, parte per cavillatione de Avvocati, parte per la varietà, & opinione de Dottori, e per la oscurità di detto Statuto, volendo, & ordinando questa dichiarazione haver luogo, e doverli osservare non solo per l'avvenire, ma anche nelle cose passate per sentenza, o transatione non ancor decise. Placet.

S A N C T I A R C H A N G E L I,

Locis sub Legatione Romandiolæ.

P A R T I C U L A CXLIV.

De successioneibus ab intestato, & intestabilium. Rub. 40.

Quia Reipublica interest, ut cippus Domus conferretur, ne omnis masculorum labor inter extraneos lares dividatur, domusque destruat, & plerumque homines deveniant ad inopiam, divitiarumque amittant, quibus deficientibus sordescit dignitas familiarum. Idcirco in successioneibus ab intestato, vel sine testamento, & intestabilium tale jus servetur, quod filiarum feminarum, & descendentibus ab eis non possint ab intestato succedere patri, avo, vel proavo, si ex eis, aut aliquo eorum remanserit unicus filius masculus, seu plures, aut nepotes masculi, unus, vel plures nati ex filio, vel filiis ipsius mortui, & matri, avia, vel proavia; mortuæ non possint ab intestato succedere feminarum, aut descendentibus earum si remanserint filii masculi unus, vel plures, aut nepotes masculi unus, vel plures nati ex filio, seu filiis personarum præmortuæ descendentibus ab ipsa matre, avia, vel proavia, sed in quolibet casuum prædictorum mulieres illæ si dotatæ non essent, debeant congruè dotari, secundum facultatem patrimonii, & personarum qualitatem. Et si ipsæ feminae non dotarentur congruè, possint ab herede petere bona illius hæreditatis, & ea habere, & tenere quousque fuerint congruè dotatæ, & non obstante aliqua alienatione facta de bonis hæreditatis, & si frater nollet maritare sororem, aut eam vellet maritare incongruè, vel indecenter, vel ad eam maritare esset inhabilis, tunc duo ex proximioribus consanguineis ipsorum, unus ex latere paterno, & alius ex latere materno debeant eam maritare, secundum facultatem patrimonii, & qualitatem personarum, & si concordēs non essent, eligatur Tertius per D. Potestatem S. Archangeli, qui pro tempore fuerit, & duos ed. tribus possint, secundum facultatem patrimonii, eandem liberè maritare, & dotem constituere, & contra id, quod actum fuerit per ipsos fratres non possit venire, videlicet aliquid opponere aliqua ratione, vel causa, & fiat electio dictorum duorum consanguineorum, & tertii ad petitionem cujuscumque conjuncti dictæ feminae prædictæ narrantis, & petentis coram dicto D. Potestate.

Item, quod mortuo patre ab intestato, si remanserint filiarum feminarum, & non masculi personarum mortuæ, & remanserint fratres carnales dictæ personæ defunctæ, unus, vel plures, tunc dictæ filiarum feminarum, & dicti fratres carnales succedant, & succedere debeant æqualiter, viriliter in bonis, & hæreditate dictæ personæ defunctæ.

Item mater, & conjuncti ex latere materno tantum non possint ab intestato succedere ad successionem filii, aut filiarum, vel eorum descendentium, si remanserint filius, frater, vel soror personæ mortuæ, aut filius fratris, vel filius fororis, aut patruus, aut frater patruelis unus, vel plures ex latere paterno personæ defunctæ, & in eo casu, in quo ex persona defuncta superesset mater, & patruus, mater possit succedere in quarta parte hæreditatis personæ mortuæ, & in residuis tribus partibus succedat patruus, five avus, patruus, vel filius, five filii patris, seu fratres patrueli. Et mortuo fratre ab intestato sorores succedere non possint, si remanserint unus frater carnalis, vel plures ex latere paterno, & materno, vel saltem paterno, aut filii ipsius fratris, & sorores, si maritatæ non essent in aliquo su-

prædictorum casuum, debeant congruenter dotari de bonis fratris defuncti, prout de aliis superius dictum est. Et idem servetur in fororibus ab intestato decedentibus.

Item si remanserit patruus personæ defunctæ, forores ipsius defuncti solum in quarta parte defuncti fratris succedant, etiam si dotatæ essent. Si autem dotatæ non essent, debeant congruenter dotari, prout superius dictum est, & debeant filii, & nepotes, & alii successores quando ex persona defuncti essent feminae dotandæ, secundum formam prædictam, ex bonis defuncti facere inventarium omnium bonorum patris, & matris, avi, & avia, proavi, & proavia, vel alterius personæ, cui succederent, ad hoc, ut dictæ filiarum, forores, aut nepotes, & filiarum dotandæ ex bonis defuncti, non possint in aliquo defraudari, & illud inventarium dicti successores teneantur facere infra mensem à die mortis ejus, cui successerint, & si dictæ feminae dotandæ essent secundum formam prædicti Statuti, non habeant ulterius regressum ad bona paterna, seu materna occasione suæ legitimitatis, vel alterius successione ab intestato, extantibus aliis, qui succedere possint secundum formam prædictam statuti loquentis de successioneibus ab intestato, sed debeant earum dotibus stare contentæ, & tacitæ.

Et in cæteris casibus, in prædicti Statuto non expressis, neque specificatis, servetur jus commune, non obstante quod in hoc Statuto sit ratio, cujus vigore volumus aliquam fieri extensionem ad casus non expressos, & prædicta locum habeant in futuris, & in personis de novo decedentibus.

S A N C T I L U P I D I I, seu ELPIDI I,

Quæ est Terra sub Gubernio Maceratæ.

P A R T I C U L A CXLV.

De successioneibus ab intestato. Rub. 2. lib. 2.

Quoniam per masculinum sexum domus, & familie nominantur, hæc nostra edictali lege perpetuè valitura sancimus, quod si aliquis, vel aliqua deceaserit ab intestato superstitibus post se filio, vel filii natis, vel in utero existentibus masculis legitimis, & naturalibus, ii superstites taliter defuncti universaliter succedant, penitus exclusis filiis, vel filiabus natis, seu nascituris, dotatis, & non dotatis, & etiam descendentibus ab ipsis, five masculis, five feminis, etiam quod feminae essent ex filio, vel filiis, nepote, vel nepotibus, pronepotibus masculis, & in infinitum cujuscumque numeri, gradus, conditionis, ordinis, & professionis fuerint, ab omni prorsus successione, & legitima portione debitæ jure naturæ, pro vitæ subsidio, vel quocumque alio nomine, & titulo, durante generatione masculina, educandis tamen, & alimentandis, & dotandis, temporibus, & modis inferioribus descriptis. Et prædictarum feminarum exclusionem eandem volumus locum sibi vindicare, si superstitibus nepos, vel nepotes, pronepos, vel pronepotis quocumque ex nepote, & nepotibus ex filio, & filiis natis, & deinceps in infinitum, salvo tamen inter ipsos masculos jure subintrandi in loca, & partes prædictorum, & mortuorum, vel per stirpes, vel per capita, in quibus casibus dispositio juris communis immutata remaneat, & semper repetitis in quolibet gradu, & in quolibet persona ante dictis masculinitatis, legitimitatis, & naturalitatis qualitatibus. Dicitur autem feminae dotatas, seu dotandas à patre, matre, avo, avia paterna, seu materna, fratre, vel fratribus, vel ab aliquo descendentium masculorum prædictorum inhabilitamus, ab omnium, & singulorum tam masculorum, quam feminarum descendentium, & ascendentium successione, etiam decedentium post mortem personarum, de quorum bonis dotatæ fuerint, vel dotandæ sunt, perinde, ac si de cujuslibet personarum memoratarum bonis dotatæ essent, donec supererit aliquis masculorum præfatorum, non possit ad aliquis præfatarum personarum successione aspirare, dummodo in succedendo matri, quæ plures habuerit viros, in bonis, quæ illi obvennerunt ab aliquo maritorum prædictorum, vel illius matrimonii occasione, five per successione, five conventionis modum, filii ejusdem matrimonii succedant, etiam si essent solæ filiarum ex illo matrimonio, & filii masculi ex aliis matrimoniis. Et prædicta dispositio locum habeat, etiam in patribus, qui plures uxores habuerint. In bonorum dotalium verò divisione, & successione masculis, ut supra, deferenda, jura communia observentur, cui matri decedenti

sine descendentibus ex ea masculis per masculos, ut supra, filia ex filio, & descendentibus ex ipsis succedant, nulla habita consideratione præmissæ Constitutionis. Filias autem, & descendentes feminas, ut supra exclusas, volumus honorificè, honestè, & condignè educari, alimentari, & de bonis personarum, & quarum hæreditate exclusimus, temporibus debitæ per illos, qui excluderint, & ipsorum successores, secundum consuetudinem nostræ Terræ, ut qualitas familiarum, parentum gradus, patrimonii quantitas, consuetudo domus expolulant, maritari, & dotari. Qui viri si fuerint negligentes in maritando, & dotando, & maritanda excesserint suæ ætatis annum vigesimum inupta, possint duo proximiores, five ex latere patris, five matris, five utrinque ipsam maritare de bonis, unde fuerint exclusæ, juxta considerationem prædictam. Quæ bona prædicti Statuti vigore censeantur ipso jure hypothecata, & oneri prædicto obnoxia. Non existentibus autem prædictis in concordia, eligatur per DD. Priores tertius, qui cum duobus discordantibus cum omni diligenti consideratione, citius, secretius, & modestius, quam fieri poterit, curent, ut maritetur, & dotetur, & quilibet conjunctus possit ad effectum prædictum comparere, donec dicta dotanda, & maritanda fuerint maritata, & dotata. Descendentibus autem masculis prædictis non extantibus, vel remuentibus, pater, & avus paternus, & per lineam superiorem directam masculi ascendentes dotationem faciant, ut supra. Deficientibus autem masculis prædictis, quorum favore feminas præfatas exclusimus, eisdem, & ipsarum descendentibus masculos, & feminas in omnibus juribus, & ad omnem successione unde fuerint exclusæ restituiamus, & reintegramus, nulla penitus prescriptione, seu quieratione obstante. Si verò nec ascendentes, nec descendentes masculi de masculis, ut supra memorati supererint, sed filia, vel filiarum, vel nepotes ex filiis masculis, & frater, vel fratres germani carnales utrinque, vel ex patre tantum conjuncti defuncto, concurrant æqualiter per capita in successione ultra dotas datas, seu dandas, ut supra, dictis filiabus, & nepotibus, & filii fratrum prædictorum in loca, & partes patrum suorum, ipsis non extantibus, admittantur, reservato semper jure reintegrationis prædictis filiabus, & nepotibus, & descendentibus, feminis exclusis, in portionibus antedictis, ad quas, & patris, & filii patruorum suorum fuerint admissi, etiam extantibus filiabus feminis ex prædictis patris, & filiis patruorum. Mater autem, cui pater deficientium filiorum, seu filiarum aliquid testamenti reliquit, illa debeat esse contenta, ab omni prorsus successione decedentium liberorum exclusa, si ad alia transferit vota, five ante, five post obitum filiorum. Si verò viduitatem servaverit, succedat in medietate legitima portionem sibi debentem, & in bonis defuncti filii ex dicto matrimonio, in quo viduitatem servaverit, computato tamen dicto credito mariti in dicta medietate legitima. Et intelligatur intestatus, vel intestabilis decedere in omnibus casibus præmissis, five minor, & intestabilis decedat, five major, jure communi, statutis, decretis, reformationibus, & aliis quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Hæc est nova reformatio particulæ, statuti, de qua supra in secundo libro statutorum sub rubr. 72. de successioneibus.

Item ad tollendas omnes, & quascumque difficultates, quæ quotidie suboriuntur, & possunt imposterum suboriri super statuto de successioneibus ab intestato, citra præjudicium præteritorum, ad effectum, ut futuris casibus possit congrua adhiberi medela, statuerunt; quod dictum statutum reformetur in hunc modum, videlicet, quod stantibus masculis filii, legitimis, & naturalibus ex corpore defuncti procreatis, filiarum feminarum nullo pacto succedere possint in bonis defuncti præfati, sed ab eis, & ejus hæreditate censentur penitus exclusæ, constitutis tamen eisdem filiabus dotibus juxta condecetiam domus, & familie, ac facultatum. Non extantibus vero filiis masculis prædictis, ut supra procreatis dictæ filiarum feminarum reintegrentur, & reintegratæ censentur ad hæreditatem dicti defuncti in totum, exclusis quibuscumque, quod consultum fuit approbatum per calculos vigintivovem affirmativos, novem negativos, & statutis non obstantibus in contrarium.

Placet, & imposterum juxta reformationem præsentem procedi, & observari volumus. Philippus Gubernator.

S ANCTI GINESII,

Terræ sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CXLVI.

De mulieribus dotatis, & successione ab intestato, masculis existentibus. Rub. 25. lib. 3.

Quoniam per divitias familiarum conservatur honestas, quæ facile inopia perit, ut familiarum decori (prout possimus) consulamus, statuimus, & ordinamus, quod unaquæque mulier, nata, quam posthuma, in testamento, vel quacumque alia ultima voluntate, aut quovis modo inter vivos fuerit dotata ab avo, patre, matre, fratre, vel patruo ab intestato in bonis prænominatorum, & cujuslibet ipsorum, non possit, nec valeat succedere, sed sit sua dote contenta, stantibus masculis fratribus, vel fratrurn filii, aut nepotibus, sed ipsi fratres, vel eorum filii, aut nepotes admittantur ad hæreditatem prænominatorum sic ab intestato decedentium, femina, vel feminis, congruè dotatis, penitus exclusis. Declarantes, quod si ab uno, vel à pluribus ex prænominatis fuerit dotata, intelligatur, & sit penitus exclusa à successione omnium, & cujuslibet ipsorum, sive dotaverit, sive non dotaverit.

Et congruè, an competenter dotata mulier juxta qualitatem domus, conditionis, ac temporis, & patrimonii vires intelligatur, quoties dos constituta non fuerit minor legitima, alias si minor legitima dos fuerit, possit dicta mulier sic dotata petere supplementum legitime usque ad triginta annos, ab inde intelligatur præclusa via petendi supplementum prædictum, & licet dotem minorem legitima acceperit nihilominus exclusa sit, extantibus masculis, ut supra, & solum sit sibi salva actio petendi supplementum jam dictum.

Dotataque mulier intelligatur five sit nubilis ætatis, idest duodecim annorum, & in matrimonio collocata, sive non sit nubilis ætatis, etiam quod dos sibi non fuerit assignata, sed tantum relicta, vel destinata à patre, aut ab alio ex prænominatis, & in omnibus prædictis casibus habeatur pro dotata, quoad ipsam exclusionem, à successione ab intestato prædictarum personarum.

Sed si ab avo, patre, vel matre dotata non fuerit inter vivos, minusque in ultima voluntate, tunc frater, seu fratres, vel eorum filii, post mortem patris mulieris dotandæ teneatur, vel teneantur infra sex menses, à die mortis patris memorandos, debitam assignare dotem, hoc modo videlicet, frater ad banchum juris, & ibidem constituat dotem præstandam, & offerat eam solvere tempore matrimonii contrahendi coram testibus, ac Rectore, & mulier tunc dotata intelligatur cujuscumque fuerit ætatis, dummodo vigesimum annum non excedat. Nam post vigesimum annum (ne fratres sorores matrimonio collocare detrectent) pro fratribus dotis annuatim, ultra alimmenta, teneantur præstare forori quatuor pro quolibet centenariis, quod augmentum sit integrè ipsius mulieris, & illud ultra debitam dotem petere possit, ac valeat.

Et si contingat legitimam adeo esse levem, ut ad congruam dotem non ascendat, tunc in omnibus prædictis casibus, si dos sit ab avo, patre, vel matre constituta, ea mulier debeat esse contenta, quoniam quod avo, patri, vel matri, congruum visum est, aliis incongruum apparere non debet. Sed si à fratre sit dotanda, & legitima non suppleat, de bonis propriis fratris, seu fratres dotare compellantur competenter, cum sit etiam fraternali officio dotare sorores, & competentia dotei declaratur per duos proximiores consanguineos probatæ fidei, & juxta illorum declarationem (habita ratione facultatum, conditionis, ac temporum) fratres dotare tenentur, computata legitima debita, ad quam declarationem proximiores à Rectore cogantur, & foror sic dotata exclusa ab intestato intelligatur, ut supra.

Cumque recessum videatur in certa quadam, ac dubia consuetudine, quod foror, ut supra dotata, vel ejus descendentes mortuo fratre ab intestato, fratribus etiam stantibus, admittatur foror, vel ejus descendentes, seu admittantur ad successione fratris decedentis, & huic casu providere cupientes, decernimus, quod si frater, seu fratres ab intestato decedant superstitibus fratribus, vel eorum descendentes masculis ex sorore, ut supra dotata, vel ejus descendentes foror, nec ejus descendentes concurrat cum fratribus, & eorum descendentes masculis legitimis, & naturalibus, sed sit, & intelligatur ex-

clusa cum suis descendentes ab hæreditate fratris, seu fratrum ab intestato decedentium, & solum admittantur fratres superstites, eorumque descendentes, seu utrinque conjuncti, sive consanguinei tantum.

Similiter si decesserit patruus ab intestato, superstitibus nepotibus, & nepte dotata, succedant ipsi patruo nepotes, exclusa omnimodo nepte, seu nepotibus dotatis.

Adicientes, quod si mulier sic dotata decesserit ab intestato, non superstitibus descendentes ex ea legitimis, & naturalibus, superstitibus avo, vel avia maternis, vel avia paterna, & matre, ac fratribus carnalibus, etiam ex latere patris tantum, tunc mater, vel avia, aut avus maternus, vel avia paterna habeant tantum legitimam in bonis decedentis in residuo hæreditatis succedant fratres pro æquali.

Declarantes, quod omnia prædicta locum vendicent ab intestato, si autem testamenta condita fuerint, ea serventur, & disposita in eis, modo tamen prædicto.

Statuimus etiam, quod si pater, vel avus, filiam, vel nepem dotaverit, & certam constituerint dotem, computatis bonis maternis, vel aliis aliunde questis, tunc non obstante clausula prædicta, si avus, & pater fuerint sufficientes, & divites ad dotem promissam præstandam teneantur de propriis bonis illam præstare, falsis dictæ filia, seu nepti bonis maternis, vel aliunde questis ultra dotem prædictam, sed si avus, & pater non fuerint sufficientes, sed pauperes, tunc in dote promissa computentur, & alia bona ipsius mulieris dotata.

Postremo declaramus, quod si frater, vel mater, aut extraneus promiserint pro aliqua muliere certam dotem simpliciter, non adjecto, de quibus bonis promittat, si mulier habeat de suis bonis tot, quæ ascendat ad dotem promissam, dos intelligatur de bonis promittentis in totum, vel in partem, prout deerit quantitati promissæ, ad quam solvendam, sic promittens jure medio compelli possit ab ipsa muliere, vel ab eo, cui facta fuit promissio, & in omnibus casibus præmissis mulier dotata intelligatur exclusa solummodo à successione prædictarum personarum, non autem à legitima non dotantium in bonis ipsi debitam, quam integram consequi mandamus.

Si tamen mulier modo prædicto, & infra dictum tempus sex mensium dotata non fuerit, non possit, & valeat succedere, & cum masculis concurrere ab intestato in bonis prædictarum personarum, salva tamen semper gradus prærogativa, & dotem suam conferendo cum masculis succedentibus.

S ANCTI JUSTI,

Quæ est Terra sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CXLVII.

De renunciationibus mulierum dotatarum. Rub. 33. lib. 2.

Dicimus, & firmiter ordinamus hoc Statuto perpetuè valituro, quod si filia sine consensu patris, vel patre præmortuo, sorores sine consensu fratrum, vel fratris cum rogatione Notarii, testiumque facta, ad domum mariti fuerint transductæ, sive iverint spontè, sive postea habitaverint, teneantur patribus, vel fratribus suis, ac eorum descendentes facere speciale instrumentum renunciationis, & quietationis de omnibus bonis paternis, & maternis infra spatium duorum mensium postquam iverint, vel transductæ fuerint ad domum mariti (ad sensum sapientis) patris, vel fratris ejusdem filia, vel sororis, dummodo dotata fuerint, seu dotentur per ipsum patrem, vel fratres competentem, personarum facultatibus, ac dignitatibus inspectis. Et si tunc non fecerint, pro facta habeatur dicta renunciatio, & quietatio de dictis bonis paternis, & maternis, ac si per eam filiam, patri, vel fratri, vel filio fratris expressè facta fuisset, vigore, & robore presentis statuti. Et hæc eadem, quæ dicta sunt de patribus contra filias, eadem de fratribus, & filiis fratrum circa sorores suas observentur. Hoc autem locum habeat in temporibus præsentibus, & futuris. Insuper de rebus, quæ dicuntur amotas per filium, vel filiam, vel alium de domo patris, vel fratris teneantur inquirere, Dominus Potestas, & Officiales Communis juramento recepto, petente fratre, vel patre, vel avio, sine libello, & contestatione litis, & strepitu judicii, & compellere amotentem ad restituendum eas amotas, & hæc omnia locum habeant in præsentibus temporibus, & futuris.

Ejus-

Ejusdem Statuti. De contractibus, & Instrumentis dotalibus. Rubr. 36.

Item dicimus, & presentis statuti firmamus, quod si matrimonium morte mulieris dissolvi contingerit, sine filiis, vel filiabus de eorum propriis corporibus descendentes tunc medietas totius dotis remaneat penes virum pro omni jure, quod sibi possit competere in casu matrimonii soluti. Et prædicta vendicent sibi locum in uxore conductæ penes maritum, & in præsentibus, præteritis, & futuris, nondum matrimonio dissoluto; sed si nondum conductæ fuerit penes virum, lucretur maritus decimam partem dotis, & etiam medietas perditæ pannorum factorum uxori debeat viro refarciri: viro verò præmoriente, uxori lucretur decimam dictæ dotis, quolibet casu prædictorum. Item ordinamus, quod si qua mulier dotata erit à patre, matre, fratre, sorore, avo, vel avia, vel suorum alio quocumque, in hæreditate, & successione bonorum patris, matris, avi, vel avia, & suorum cujuslibet, extincta prole legitima masculina, nullum jus habeat, nec redeundi, nec etiam actionem petendi, ipsam hæreditatem in totum, vel in partem, nihilominus de ea petere possit de jure, vel de facto, salvo, quod sibi relinquatur per aliquem prædictorum in aliqua ultima sua voluntate. Et salvo si aliquis prædictorum moreretur ab intestato, sine prole legitima masculina, quibus casibus filia, vel mulier dotata succedat ei secundum ordinem juris. Si verò dicta mulier dotata, vel ejus hæres peteret, vel peti faceret aliquid de bonis, & hæreditate prædictorum, vel aliquis eorum contra formam prædicti capituli in quinquaginta libr. den. Communi applicari condemnentur. Et prædicta omnia, & singula inviolabiliter observentur, & locum habeant in præteritis, præsentibus, & futuris.

S ANCTI ORESTII,

Terræ in districtu Urbis.

PARTICULA CXLVIII.

Della successione ab intestato. fol. 27.

Quantunque le leggi civili vogliano, che sia grandissimo vitio poner dissetto alla natura, havendo creato una femina; e non maschio, conciossiache per conservazione dell'huomini, tanto sia necessario un sesso, come l'altro, e quando bene ugualmente non fossero necessari, nessuna colpa ne hà la donna, se è stata creata femina, vedendo, che quasi per tutta Italia, dove sono tanti Eccellentissimi Dottori, e tanti floridissimi studi, sono stati, e sono Statuti, li quali dispongono, e vogliono, che le figlie, e nipoti femine dotate non succedano, e sappiamo, che hanno viste tante leggi, doviamo pensare, che non senza giusta causa si farebbero mossi à fare tali divisioni dirittamente contra à dette leggi communi, e se pure loro l'havessero voluto fare, li Principi, e Pontefici, trovati solo per mantenere la ragione, ne l'haverebbero confermati, e per tale confirmatione fatte le Leggi. Volendo adunque attendere à loro consiglio, e seguirli, statuimo, & ordinamo, che se alcuno morirà senza fare testamento, e lascerà dopò se figli, ò figlio maschio, ò vero figlio, ò nipote del figlio suo qual fosse morto avanti ad esso, & haverà lasciato una figliola femina, ò più dotate, e maritate, non succedano in cosa alcuna al padre, e volemo siano contente delle doti daretali; e più volemo, che se dette figliole venissero ad essere vedove possino tornare con la dote loro, e con li frutti in casa del padre, e li habbia dalli fratelli, e nipoti, figli del fratello, vito, e vestito, con questo, che li frutti della dote, e quello si guadagnerà lei, se è donna industriosa, e lavoratrice, sia del fratello, ò nipoti, che siano, e volemo, che sia in arbitrio della donna à dare li frutti della dote, e li suoi honesti guadagni alli fratelli, ò nipoti, e farsi alimentare, e vestire, ò vero tenerli per se le dette cose, & alimentarsi, e vestirsi da se, pigliando solo l'habitatione per sua honestà in casa delli fratelli, ò nipoti, e quello, ò figlia di quel tale; e quello si è detto delle figlie si intenda haver luogo nelle nipoti femine nate di figlio, ò figlia di quel tale, e morto intestato, se saranno dotate, e maritate. E perchè può accadere, come accade ogni giorno, che molti muorono, ò lasciano dette figlie, ò nipoti, come di sopra in casa indotata, ò vero per non essere state dette purte in età, che si havessero potuto maritare, ò vero per qualche altro rispetto; Volendo in questa tale occorrenza trovare decisione, statuimo, & ordinamo, che se li fratelli, ò nipoti di dette donne le vo-

gliano dotare secondo il costume de' pari suoi, havendo rispetto alla facultà dell'heredità ancora, & alla conditione della casa, vedendo quello haveranno havuto per dote altre sorelle carnali, ò ver altre di questo medesimo stato di quelle zitelle, che si hanno da maritare, dette zitelle habbino ad essere contente di detta dote costituita dalli fratelli, ò nipoti, come se li fosse costituita in vita, ò in morte del padre, ò avo morto senza testamento, mà non volendola li fratelli, ò nipoti dotare, all'hora succedano dette femine insieme con li maschi ugualmente secondo la disposizione delle Leggi comuni, & siano ammesse à domandare la parte sua, come se fossero maschi. Et alias latius prout in dicto Statuto, ubi supra existen. ad quod &c.

S ANCTI SEVERINI CIVITATIS

PARTICULA CXLIX.

De mulieribus dotatis à patre, quæ non possunt venire ad successione. Rub. 58. lib. 2.

Item, quod nulla mulier dotata à patre, matre, fratre, patruo, nepotibus, vel fororibus, vel aliquibus aliis, qui sint de Civitate S. Severini, ac ejus districtu, possit venire ad successione, cum filiis prædictorum, vel aliquis eorum dotantium, vel dotantis ipsam mulierem, nec etiam possit venire ad successione de bonis paternis, vel maternis, cum prædictis, vel aliquo prædictorum contra voluntatem dotantium, vel dotantis ipsam mulierem, nec etiam ab intestato ad successione venire, possit cum filiis remanentibus in domo, in rebus, & possessionibus defuncti degedentis, vel decedentium ipsa, vel sui hæredes. Ad idem huic Capitulo, quod mater non admittatur, nec ipsa mater possit succedere in bonis filii, seu filia præmortuorum, si ipse filius, vel filia fecerit testamentum, testatus, aut testata decesserit, nisi quatenus de ipsius filii, vel filia præcesserit voluntate, non obstante aliquo capitulo, vel lege in contrarium loquente, & hoc capitulum sit præcisum, & habeat locum in præsentibus, pendentes, præteritis, & futuris. Et prædicta omnia, & singula Prætor, & sui officiales teneantur, ac debeant observare vinculo juramenti, & si contra fecerint, vel venerint, solvat quilibet eorum, vice qualibet, quinquaginta libras denariorum Ravennatenisium, cujus partem quarta pars sit accusatoris.

Ejusdem Statuti. *Quod nulla mulier possit venire ad successione, nec petere partem juris naturæ, debiti in bonis parentum, contra voluntatem ipsorum. Rubr. 59. d. lib. 2.*

Item dicimus, & ordinamus, quod mulier dotata à patre, matre, fratre, & aliis quibuscumque personis sui consanguineis non possit venire ad successione, nec petere partem, quocumque jure, bonorum patris, & matris ipsius mulieris, & etiam ab intestato contra voluntatem dotantis, & filii, seu filia, quæ nascuntur ex tali muliere dotata, & fuisset nata, non possit petere ab hæredibus, ac filiis institutis in testamento patris filia dotatæ, nec etiam aliquis ex persona ipsius filia matris dotatæ, possit petere aliquam occasione debitæ juris naturæ, & alia qualibet successione contra filios, nepotes, & alios quoscumque remanentes in domo patris dotantis, hoc vendicet sibi locum in præsentibus, pendentes, & futuris, quod Capitulum Prætor, & sui Officiales, Consul, & Priores eorum vinculo juramenti teneantur, & debeant observare, & facere observare, quod si non fecerint Prætor in centum libris, Judex in quinquaginta libris, Consul, ac Priores quilibet ipsorum in viginti libris denariorum Ravennatenisium, Communi solvendorum.

S ARNANI,

Terræ sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CL.

De mulieribus dotatis, vel non dotatis, excludendis à successione stantibus masculis. Rubr. 41.

Statuimus, atque decernimus, quod filia, seu neptis, vel proneptis dotata à patre, matre, avo, proavo, vel proavia, vel ab aliis eorum nomine, stantibus liberis masculis in bonis parentis dotantis, ipsa, & descendentes ex ea ab intestato non succedant, sed sint dote contentæ, & amplius de ipsius dotantis bonis petere non possint occasione legitimæ, vel ejus supplementi, seu successione. Et dotata intelligatur etiam ea, cui licet adhuc impuberi, vel infanti super parentem in testamento, codicillis, vel alia ultima voluntate

tate dos relicta, vel cui inter vivos fuit dos constituta, seu sibi, vel alteri pro ea data, vel promissa, vel aliter concessa. Si autem tempore mortis parentis, cui onus eam donandi incumbat, & delata successione non reperiretur dotata, tunc tantibus liberis masculis, in bonis eiusdem ascendens non succedat, ut supra, sed debeat per ipsos liberos congruè dotari, attenda qualitate personarum, & pro modo facultatum defuncti. Et si in constituenda dote mulier, & liberi non concordantes, tunc eidem dos, attentis præmissis, constituitur per duos proximiores consanguineos, unum pro parte mulieris, & alterum pro parte liberorum deputandos, & eis discordantibus tertius per ipsam mulierem, & liberis deputetur. Ad quam deputationem dictis casibus fiendam Rector, seu Iudex de facto partes compellat, & prout per dictos consanguineos sine tertio, vel cum tertio dos constituta fuerit, liberi satisfacere teneantur, & mulier à residuo bonorum ejus, de cuius bonis dos constituta fuerit penitus intelligatur, & sit exclusus, perinde, ac si ab ipso ascendente dotata existisset. Volumus autem quod bona ipsius ascendentis censentur etiam expressè obligata post ejus mortem pro dote dictæ mulieris constituenda. Quas dotes dicti liberi solvere teneantur eo tempore, quo mulier nupti tradita fuerit, vel Monasterium intraverit, & non ante. Interim autem donec nupti, dicta durante viduitate, & ea honestè, & castè vivente, sibi alimenta concedenda debeantur in domo paterna, vel avita, secundum vires patrimonii ipsius defuncti, conferendo fructus dotis, & ipsi iuris, si quas operas præstare poterit, attenda qualitate, & conditione suar personarum.

SARSINATENSIS CIVITATIS. PARTICULA CLI.

Quod femina non possit succedere ab intestato. Pag. 26.

Item statuimus, & ordinamus, quod nulla filia, neptis, & aliam per lineam directam in infinitum descendentes, stantibus filiis masculis, vel fratribus, vel patruis, vel ipsorum patruorum filiis, vel nepotibus legitimis, per lineam directam in infinitum descendentes, succedere possint ab intestato patri, avo, vel patruo, & ceteris ascendentes, tam ex parte patris, quam ex parte matris, nec etiam ipsi fratribus, patruis, vel nepotibus, sed stare debeant contentæ convenientibus dotibus, eidem statuendis arbitrio boni viri, eligendi communiter de voluntate filiorum masculorum, & foeminarum, attenda qualitate personarum, & quantitate patrimonii earum personarum, & de quarum successione tractatur; quæ filia femina, si semel dotata fuerit per patrem, avum, vel proavum, ut supra, vel per matrem, vel alium conjunctum, nullatenus, stantibus dictis masculis, vel aliis similiter descendens, admittantur ad successionem ab intestato matris, patris, fratrum, nepotum, vel patruorum, ut supra, vel aliorum descendentes ex linea paterna, vel materna, sufficiteque ad exclusionem dictæ successione alienata non reperiantur, & hoc locum habeat, tam in dotibus, quæ de præterito datæ reperirentur, quæ valeant ad exclusionem dictarum successione infuturam, quam in dotibus, quæ in futurum dari contigerint.

SAXO FERRATI,

Terræ sub Gubernio Perusæ.

PARTICULA CLII.

De successione ab intestato.

Cum reipublicæ maxime intersit, & equitati satis congruum esse dignoscatur familiam, domorum agnationem, & cyppum, cognominam, substantiam, & facultates, quantum possibile sit conservari, & commoedis, ac privilegiis conferri; Idcirco hac lege perpetuè valitura sancimus, & ordinamus ex nostri publici consilii decreto, quod deinceps nulla filia femina, neptis, proneptis, & descendentes ex eis ab intestato, seu contra textum de iure non subsisterent in bonis, & hæreditatis matris, patris, & avi, vel alterius prædictorum, quomodolibet, & quomodocumque admittatur; seu admitti possit, donec filii, nepotes, aut alterius gradus masculi illius, sic ab intestato defuncti, supererint, sed successio-

huiusmodi ad descendentes masculos per directam lineam, iuxta juris communis ordinem, & dispositionem spectet, & pertineat, feminis, & descendentes ex eis penitus exclusis, sed congruè dotentur, & dotari debeant ab eis excludere volentibus, quatenus pro prius taliter dotatæ non extiterint, quæ tamen dos intelligatur congrua, & pro competenti habeatur, si ascenderit ad valorem legitimæ, & bonorum subsidii sibi in bonis defuncti jure naturæ debiti, & ulterius, secundum facultatem, & concordantiam domus, & qualitatem personarum, iudicio duorum ex proximioribus, attentibus prædictorum, quorum non intersit, adhibito etiam iudicio Ordinarii decreto. Qua dote sic, ut præfertur, habita, foemina, & descendentes prædictæ, ut supra exclusæ, dictam legitimam, verè habuisse intelligantur, tam circa ipsam, quam circa alia sibi quocumque jure quomodolibet competentia in bonis prædictis, masculos jam dictos, modo aliquo convenire, nec molestare valeant, nec possint, & quod dictis omnibus masculis deficientibus sine liberis masculis, foemina prædictæ, ut præfertur exclusæ, vel ipsarum successores reintegrentur ad successionem, tum olim dictorum bonorum, & hæreditatum prædictorum ascendentes in stirpem, & non in capita, ac si præteriti statuto exclusæ non fuissent, ad hoc ne filia femina, vel earum descendentes, sint peioris conditionis, quam nepes, conferendo tamen in casu præmissio earum dotes.

SCROFANI,

Terræ B. in districtu Urbis.

PARTICULA CLIII.

Statutum hujus Terræ est idem, ac illud Campagni, unde vide supra partem 35.

SEFRIO,

Quod est Castrum sub Gubernio Camerini.

PARTICULA CXLIV.

Quod mulier dotata non possit habere recursum ad bonam paternam. Rubr. 61.

Item statuimus, quod mulier dotata à patre, matre, fratre carnali, sive ab aliquo suo conjuncto non possit habere recursum ad bona paternam, maternam, vel fraternalia, sed solum de ipsius dote sit contenta, salvis, & exceptis relictiis in Testamentis, & codicillis factis, quod petere possit.

SENOGALLIENSIS CIVITATIS.

PARTICULA CLV.

Quod filia femina, donec masculi supererint, non succedant. Rubr. 76. lib. 2.

Convenit familiarum dignitatem perpetuari, nec divitiarum, & honor ad alienos per transant, quia per masculos imago majorum repræsentatur; pro fit, ut ad hanc nostram constitutionem devenire non taudemus, ad expurgationem veterum dubitationum, ad omnem perplexitatem enodandam, & fugandam obscuritatis caliginem, imitantes quod communiter per Italiam observatur pro conservatione cyppi domus. Statuimus, & ordinamus, quod stantibus masculis per lineam directam descendentes in infinitum, filia femina, seu descendentes ex eis per directam lineam in infinitum non succedant, vel succedere valeant, nullo condito testamento in bonis, sive hæreditatis patris, seu matris, avi, vel aliorum ascendentes, per directam lineam in infinitum, donec, & quousque tales masculi supererint; dum tamen fuerint congruè interdotatæ, vel dotentur ab excludere volente, & sufficite si ab altero prædictorum dotatæ fuerint, vel dotentur, ut supra; quæ quidem dos intelligatur congrua, quæ ascenderet ad valorem legitimæ, sive ad debitum bonorum subsidium, & plus, prout consuetudo familiarum, sive personarum conditio, sive facultas exegerit, sive in huiusmodi extat observatum, & consuetum; cum iudicio semper, & omni casu, & consensu duorum proximiorum consanguineorum non habentium interesse in ipsa hæreditate, propter quam dorem constituendam teneantur ipsi masculi, excludere volentes, infra mensam à die mortis personæ, cui soli succedere intendunt, conficere inventarium omnium, & quoruscumque bonorum ipsius, ad hoc ne ipsæ foeminae dotandæ possint modo aliquo in dictis bonis defraudari. Et adventiente casu viduitatis ipsarum, possint redire in domum paternam, vel alterius personæ defunctæ, de cuius bonis dotatæ fuerint, & ibi con-

conferendo dotes suas habeant, & habere debeant opportuna alimenta, victum, & vestimentum, secundum facultatem hæreditatis personæ defunctæ supradictæ, donec viduæ permanerint. Si verò non extarent masculi ex linea descendenti, seu foemina, sed tamen quaereretur de linea transversali, quæ concurreret cum linea ascendenti, hoc est cum quaereretur de hæreditate fratris, seu sororis, ipsarum filii supererint aliquo de transversalibus masculis, & eorum filii per directam lineam, supererint sorore, sive fororibus, vel earum filiis, vel descendentes ex eis, ac etiam supererint matre, vel altera ipsarum, vel descendentes ex eis; tunc, & eo casu admittatur frater masculus, & eorum filii masculi utrinque conjuncti, exclusa sorore, & matre infimul, ac etiam qualibet earum sola, & descendentes ex eis, donec, & quandiu masculi supererint. Si verò alicui defuncto, nullo condito testamento, supererint patruus, seu patruus, viva tantum matre sola existente in prima causa successione, nulla alia persona; quæ cum matre concurrat ad talem successionem; tunc, & eo casu talis mater succedat, & succedere valeat in usufructum talis filii, donec vixerit, patruus verò solus, & non ultra ejus filii in proprietate, & sic talis mater excludatur à solo patruo quoad dictam proprietatem, donec dictus patruus, & non ultra, imò ipso mortuo redeat ad ipsam supereritem. Declarantes tamen in casibus supradictis, ac inter dictos masculos excludere volentes, non comparari religiosum, sufficienter, vel decenter beneficiatum, unum, vel plures existentes, sed eos legitimam sola esse, vel eis debita de bonis personæ defunctæ, casu quo debeatur, contentos esse volumus; & à reliquis excludi per alios quoscumque masculos, in pari tamen gradu cum eo, vel eis existentibus, & non aliter. Volentes etiam avum maternum, avunculium, & alios quoscumque masculos ex eis, vel aliis ex latere materno in infinitum descendentes excludi, etiam ab avo paterno, proavo, aliisque quibuscumque masculis, aut ex eis, vel aliis in infinitum descendentes, quos omnes prædictis ex latere materno præferimus, & anteposimus. Et prædicta locum habeant in præsentibus, futuris, & præteritis, in quibus non esset jus quæsitum, aliis constitutionibus, sive statutis, & aliis quibuscumque in contrarium quomodolibet facientibus non obstantibus.

SERRÆ GOMITUM;

Quæ est Terra sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CLVI.

De filiis, & filiabus simul remanentibus, patre ab intestato defuncto, Cap. 99. lib. 2.

Patre intestato defuncto de bonis suis nullatenus disponente, & filiis cum filiabus simul relictiis, fratres teneantur forores dotare dote idonea, inspecta qualitate, & conditione personarum, & quantitate patrimonii, dote constituta cum consensu duorum proximiorum consanguineorum dictæ fororis, seu pupillæ in 12. anno, cum tunc dicatur esse viri potens, juris præsumptione, hoc tamen an sit ætatis nubilis arbitrio iudicis relinquendo. Si autem pater aliquid reliquisset pro dote certa, vel aliquid simpliciter, & iusserit eas esse contentas, ipso relicto sint contentæ, nec ulterius ad bona paternam, vel maternam, tam ipsæ, quam successores earum in utroque casu præmissio, possint habere regressum, sed ipsi filii masculi in bonis patris, & matris universales hæredes existant; & si contigerit aliquem ex dictis fratribus esse absentem, dotes per alios fratres constitutas teneantur omnino ratificare, & stare constitutionibus dotum factarum per fratres. Et si aliqua ipsarum filiarum tempore mortis patris esset ætatis annorum duodecim infra biennium, fratres studentes maritare, alias ipsas se maritare possint, fratribus etiam ignorantibus, & invitis, quibus necessitas immineret ipsas dotare, ut superius esse expressum.

Eiusdem Statuti. Quod filia dotata stent contentæ, non possint ad bona paternam habere regressum. Cap. 101. d. lib. 2.

Filia, seu filia à patre, matre, sive fratre carnali, avo, vel avia dote sibi data sint contentæ, nec possint patre, vel matre, avo, vel avia defuncta, fratre, vel fratribus, seu eorum liberis viventibus ad bona paternam, vel maternam avi, vel avia, ipsæ filia, vel successores earum habere regressum, vel aliquid petere, occasione hæreditatis alicujus dictarum personarum, vel

alia quacumque causa, sive nomine. Si autem quis relictiis pluribus filiabus, vel neptibus, tamen quilibet in virili, seu æqualitate succedat; sed si ex ipsis aliqua fuerint nuptæ, tantum minus accipiant, quantum fuerit quantitas suæ dotis. Cæterum si pater, vel mater, avus, vel avia ipsi filiabus, vel neptibus nuptis aliquod relinqueret ultra dorem, ultra petere non possit occasione legitimæ, vel alia quacumque causa, viventibus fratribus masculis paternis, vel eorum liberis, quibus fratribus deficientibus post aditam hæreditatem sine filiis masculis, cum filiabus tamen foeminis, ipsæ filia, vel successores earum reintegrentur ad successionem bonorum olim earum patris, vel avi in stirpem, non in capita, ad hoc ut filia foemina, & earum descendentes non sint deterioris conditionis, quam nepes, conferendo tamen dotes.

TERRÆ SANCTI QUIRICI

Sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CLVII.

Filia femina non succedant stantibus filiis masculis.

Quod ad hoc, ut conservetur domus nostræ Terræ, & ut successione multorum non extirperetur, prout communiter solet accidere in locis, in quibus statuta non provident, quia tunc filia femina una cum filiis masculis pariter succedunt; unde consuluit, quod imposterum filia femina, existentibus filiis masculis, patribus, aut matribus, avo, vel avia, nullo modo ab intestato succedant, nec succedere possint, sed dotari debeant ab ipsi filii masculis dote congrua, & idonea, inspecta qualitate personarum, & patrimonii quantitate, qua dictæ filia femina omnino stare debeant tacite, & contentæ, sed ipsi filii masculi dicto casu hæredes integre existant, aliqua lege, vel statuto in contrarium non obstantibus.

SILLANI,

Quod est Castrum sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA CLVIII.

Che donna dotata nel modo infra scritto non possa succedere à chi la dota, se li sopravvive maschio dell'infra scritto linee. Cap. 12.

Se li farà data, promessa, ovvero in qualsivoglia modo constituta dote ad alcuna donna di Sellaano, o del suo distretto, di qualsivoglia etade, & à quello morto senza aver fatto testamento, il quale haverà data, o promessa, o costituita la dote, li sopravvive maschio della linea masculina ascendente, descendente, & transversale, per fino di terzo grado inclusivamente, tal donna, alla quale la predetta dote, o quantitas, o cosa in nome di dote fosse stata data, promessa, o vero in qualsivoglia modo constituta, non possa succedere al detto, che dota, morto senza testamento, havuta, che haverà la dote predetta, o datagli la quantitas, o cosa promessa.

SORIANI,

Quod est Oppidum B. in districtu Urbis.

PARTICULA CLIX.

De modo succedendi ab intestato. Cap. 25. lib. 2.

Item statuimus, quod mulier solis suis dotibus sit contenta, & exclusa à bonis paternis, maternis, avitis, & fraternalis ab intestato, existente masculo filio, vel masculo ex eo descendente usque in tertium gradum, secundum jus canonicum computandum; si verò non fuerit dotata, dotetur secundum facultates suæ patris, & qualitatem personæ, arbitrio duorum proximiorum consanguineorum, seu affinium, quibus non concordantibus, arbitrio duorum Officialium Terræ Soriani, & tali mulieri dos debeat assignari quomodocumque ipsa voluerit, usquequò non fuerit maritata, non possit, neque valeat dictam dorem alienare, vel donare, aliquo modo, via, vel causa, & usufructus sit talium assignantium dictam dorem, & dictam mulierem alere teneantur.

SPINÆ

Castri sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA CLX.

Quod Mulier dotata non possit petere successionem ab intestato. Mulier aliqua de Castro Spinæ, vel ejus districtu, dotata à suo patre, matre, fratre, vel aliquo, seu aliquo-

aliquibus confanguineis suis, non possit aliquid petere, vel ad successione venire ab intestato in bonis dotantis patris, matris, fratris, vel confanguineorum, ultra dotem sibi promissam, constitutam, vel datam, nec etiam in bonis fratris, sororis, vel fratrum, & fororum, & si peteret, non audiat in Curia dicti Castri, & hoc locum habeat in presentibus, & futuris &c.

SPOLETANÆ CIVITATIS. PARTICULA CLXI.

Quod nulla mulier dotata à patre, matre, avo, &c. succedat ab intestato dotanti, superflite masculo. Cap. 61. lib. 3.

Nulla mulier dotata à patre, matre, avo, vel avia, seu fratre, vel quocumque alio possit succedere ab intestato dotanti, superflite dotante masculo in eodem gradu, seu aliquo masculo, qui pariter ad successione veniret.

Alia Particula inserta inter Constitutiones diste Civitatis super dotibus, & nuptiarum iuxta coercentis.

Item accioche tutte le donne da marito, tanto quelle, che hanno padre, avo, madre, avia, & di più sù, siano d'uguale conditione in maritarsi, quanto à questo ordinamento, che dette donne non debbano succedere ab intestato, essendovi li fratelli, & figliuoli di fratelli, & discendenti maschi legitimi, & naturali di essi, ancora che fossero congiunti dal lato del padre (solo legitimi, & naturali, ma debbano esser private di ogni commodò del succedere ab intestato, talmente che non debbano avere in alcun modo, per dote, arredi, & vestì più delle somme, sopra tassate, né per legitima, o supplemento, né per dote, & supplemento, & di congrua dote, & per supplemento d'essa.

STRONCONI, Terræ sub Gubernio Sabinæ, PARTICULA CLXII.

Vigebat in hac Terra Statutum fœminarum exclusivum, de quo meminit Corn. conf. 127. lib. 1. sed nunc in jura temporum deperditum est, unde cum non potuerit reperiri ipsius particula, è re visum fuit hic adnotare causam, ut adimpleatur, quantum fieri potest, promissio contenta in S. 2. sub num. 44. regisrandi sub Particula 162. dictum Statutum Stronconi.

STRINÆ CIVITATIS. PARTICULA CLXIII.

Quod filia dotata, vel dotanda, & descendentes ex eis non possint succedere in bonis ascendentiis, nec descendentiis à patre, fratribus filii masculis, vel descendentiis masculis. Pag. 25. n. 87.

Filia, sive soror respectu fratris dotata, vel dotanda ab avo, aut à patre, matre, fratre, vel fratribus, aut ab aliis proximioribus, conjunctim, vel divisim, vel altero prædictorum, non possit succedere in bonis hæreditariis ascendentiis, & descendentiis ex parentibus, fratribus filii masculis, vel aliis descendentiis masculis ex dictis filii masculis, & in casu, quo indotata etiam fuerit, volumus, quod debeat dotari secundum gradum, & facultatem à supradictis masculis proximioribus defuncto, volentibus excludere filiam, vel filias, quas dote contentas esse volumus, & nihil aliud petere possit.

TOLENTINATIS CIVITATIS. PARTICULA CLXIV.

De mulieribus dotatis non succedentibus. Rubr. 63.

Hoc salubri statuto statuimus, & firmamus, quod si fœmina cujuscumque temporis, aut ætatis, existat, fuerit in præteritum, aut erit in futurum dotata à patre, vel à matre, avo paterno, vel zio carnali, vel à cæteris ascendentiis, vel à fratre carnali, talis mulier sic dotata, nec descendentes ex ea possint, & valeant habere recursum ad hæreditatem, vel successione, & bona talium decedentium supradictorum dotantium, vel non dotantium, vel descendentiis ab eisdem per lineam masculinam, filii, vel nepotibus hæreditibus masculis remanentibus ex prædictis, vel quocumque supervixerit aliquis masculus filius, seu nepos de prædictis, qui non impediat hæres esse, vel successor juris dispositione communi, vel statuti, vel Judicis sententia, vel Testatoris voluntate, vel pacto, vel voluntate ipsius, seu alio quovis modo hæres, aut successor esse. Defunctis verò masculis supradictis sine filiis masculis, vel nepotibus, aut aliquo casu ex supradictis veniente, tunc, & eo casu talis mulier succedat, & admittatur ad bona, & hæreditatem talium defunctorum, pro portionibus, & juribus sibi ex jure debitis, & competentibus, sicut si nullus ex dictis casibus contigisset, eis dote data computata, non obstante impedimento aliquo præsentis statuti, vel legis, & illa mulier dotata intelligatur, pro qua per supradictos dos soluta est realiter, sive promissa, & confessata fuerit, dummodo per supradictos, & descendentes ex eis postea integrè perfolvatur. Item expressè declaramus, quod si contigerit in præteritum, vel in futurum aliquam fœminam dotatam fuisse, vel esse à fratre, vel fratribus suis, sive de bonis paternis, vel aliorum ascendentiis, sive transversalium, vel quomodocumque alio modo, & si aliquis ex illis fratribus mortuus fuerit sine filiis masculis, vel nepotibus, alii fratres masculi succedant, & fratrum filii masculi, & prædictæ mulieres, & descendentes ex eis penitus excludantur à successione, & hæreditate prædictorum, & quod supra dictum est in omnibus casibus supradictis, intelligatur de ab intestato decedentibus, si verò cum testamento, id servetur, quod in prædictis testamentis plenissimè continetur, nec tale testamentum possit nullum dici, vel infringi, querelari, aut quomodocumque rumpi per aliquam ex dictis mulieribus, vel descendentiis ex eis. Adimus etiam quod si aliquis ex prædictis decesserit intestatus, & sine ascendentiis, vel descendentiis, superflitibus sorore carnali, & nepote masculo ex fratre carnali ex utroque parente, ex fratre patruele, & dicta ejus soror, utrinque conjuncta dotata fuerit ab aliquo ex ascendentiis, vel ejus fratre carnali, quod talia bona sic ab intestato decedentis deveniant, & debeant devenire in dictum ejus nepotem, dictis sorore carnale, & fratre patruele proflis exclusis. Quod si post mortem talis morientis superflit frater, & foror carnalis, ad bona prædicta sic sine ascendentiis, & descendentiis decedentis, veniant, & pariter admittantur prædicti frater patrueles, & foror carnalis, & ad illa ipsos pariter pro conservatione domus, & stirpis volumus devenire. Et quia plerumque contingit supradictas mulieres dotatas, matrimonio dissoluta, vel constante, aliquo ex casu inopes esse, adeoque vivere non possint, nec se sustentare, quadam pietate, & benignitate utentes, statuimus, quod in supradictis casibus, vel ipsorum aliquo contingente, si talis fœmina est in necessitate non modica, ita quod vivere non possit, quod tunc possit petere, & habere victum, & vestitum in hæreditate talis mortui, secundum vires patrimonii, & ipsius congruitatem personam, dummodo cum prædictis successibus dotem suam conferat, aut jus dotem repetendi cedat eisdem. Item etiam declaramus, & ordinamus, quod si contingat fœminas, & mulieres non esse dotatas à supradictis personis, ad successione, & hæreditatem prædictorum omnimodè, ut jura permitunt, prædictis intestatis morientibus admittantur, salvo, & declarato expressè, quod si contingat patrem aliquem, vel avum alicujus mulieris, vel alium ex supradictis decessisse intestatum, dote non data, promissa, vel designata, & reliquerit alios filios fratres ipsius mulieris, vel alios masculos descendentes ex ipsius fratre, vel fratribus per lineam masculinam, hoc casu teneantur, & debeant tales dotare ipsam mulierem, & dignam, & congruam dotem dare, secundum congruitatem suæ personæ, & patrimonii vires, patris, vel avi, vel aliorum de prædictis, & secundum consuetudinem Terræ Tolentini, & ipsam dotem dare, & tradere cum effectu ipsi mulieri, aut ipsius marito, vel patri mariti, vel cui mulier voluerit, vel jus disponeret, pro utilitate mulieris conservanda, & habita dicta dote, & soluta, vel promissa fœmminæ, seu cauta, ex tunc dicta fœmina à successione patris, & avi penitus excludatur. Adiciemus, quod an dos sit competens danda ipsi mulieri, omnibus consideratis, stetur declarationi duorum proximiorum confanguineorum dictæ mulieris, & cum auctoritate Potestatis, vel ejus Judicis, dummodo per prædictos declaratores, & dotantes legitima jure nature non fraudetur, & cogantur tales confanguinei ad prædicta per D. Potestatem, vel alium jus dicentem ad petitionem petentis, & si in discordia fuerint, tertius eligatur; Quæ datio dotis, vel consignatio, vel promissio fieri debeat

debeat in duos menses, computandos à die mortis patris, vel avi, vel aliorum ex supradictis; quod si factum non fuerit, elapsis dictis duobus mensibus, cum dicta mulier admittatur ad omne jus quod habere ipsa mulier possit in hæreditate, & bonis prædictorum patris, avi, & aliorum, &c.

TREBII, Terræ sub Gubernio Perusæ. PARTICULA CLXV.

De modo, & ordine mulierum dotandarum. Rubr. 7.

Statuimus, & ordinamus, quod si aliqua mulier fuerit, vel esset dotata ab avo, à patre, à matre, à fratre, à patruo, vel avunculo, dotis sibi data, vel promissa, aut ordinata, vel relicta sit, & esse, atque stare debeat contenta, ita quod non possit per se, vel per aliquam personam, vel ejus successores habere recursum ad hæreditatem avi, patris, matris, fratris, sororis, patrui, aut avunculi, vel alicujus eorum, dummodo fuerit dotata ab aliquo ipsorum, aliqua ratione, vel causa, & dummodo remanserit aliquis masculus de progenie ipsius avi, patris, matris, fratris, vel fororis, avunculi, vel patrui; Possit tamen eis, & cutilibet ipsorum ex testamento succedere, & non aliter, & si contrafraceret, non audiat per Potestatem, Judicem, vel alium Officialem pœna 25. lib. denar. dictis Officialibus contrafractantibus, & eis jura reddentibus, & nihilominus quod actum foret, non valeat ipso jure, & præfati petentes contra d. Statutum pœnam 1000. lib. denar. incurant ipso facto, & infamiam.

TRIVIGNANI,

Terræ B. in districu Urbis. PARTICULA CLXVI. De succedendo patri, vel matri ab intestato. Cap. 239. pag. 33.

Quod mortuo patre, vel avo, matre, vel avia, & aliis ex directa linea superioribus, relictis, filiis, & filijs, nepotibus, vel neptibus, & cæteris ex directa linea descendentiis, si dicti filii, & nepotes sint ex eisdem parentibus, scilicet matre, & patre, viriliter omnes, & æqualiter succedant in hæreditate patris, & matris, avi, vel avie; sin autem ex diversis parentibus, ut puta ex diversa matre, & eodem patre, & de hæreditate, & bonis maternis primi matrimonii agatur, vivente patre secundi matrimonii, qui quia usufructuarius est, quidquid ex dictis bonis percipitur, viriliter etiam dividatur, ut supra. Sed dicto patri secundi matrimonii mortuo, dicta hæreditas, & bona materna sint, & esse debeant solum filiorum primi matrimonii, etiam pro virili portione; Et è contra filii secundi matrimonii simili modo habere debeant hæreditatem, & bona eorum matris secundi Matrimonii: sed in hæreditatem patris, vel avi patris viriliter, & æqualiter omnes.

TUDERTINÆ CIVITATIS. PARTICULA CLXVII.

Quod filia fœminæ superflite masculo non succedat ab intestato, & qualiter tunc dotentur. Rub. 55.

Item statuimus, quod nulla mulier, filia, neptis, proneptis, sive abneptis alicujus infrascriptarum personarum de cujus successione tractaretur, nec aliqua persona cujuscumque sexus, sive gradus existat, descendens ex tali defuncta persona per lineam fœmininam, succedat, vel succedere possit ab intestato in aliquo patri ejus, matri, avo, avia, proavo, proavia, abavo, vel abavia ab intestato defuncto, seu defunctæ, nec in dicta ejus successione audiatur agendo, vel excipiendo, superflite alicui prædictarum personarum, taliter defunctorum, aliquo ejus filio legitimo, & naturali, seu aliquo alio masculo legitimo, & naturali inferioris gradus descendente per lineam masculinam legitimam, & naturalem ex tali persona defuncta, de cujus prædicta successio tractaretur, & ipsam successione acceptante, sive eam acceptare volente. Et si tenutam, vel possessionem de bonis hæreditariis talis defunctæ personæ, seu alicujus, vel aliquo ipsorum bonorum, vel aliqua eorum, sive alicujus eorum parte haberet, ipsam tenutam, sive possessionem relinquere, & dimittere teneatur prædicto legitimo successoris

talis defunctæ personæ ad ipsius petitionem. Ita tamen, quod talis filia, sive neptis, & alia quælibet persona inferioris gradus, descendens ex masculo legitimo, & naturali descendenti per dictam lineam masculinam ex ipsa defuncta persona, de cujus prædicta successione tractaretur, si dotata non esset, debeat deceter dotari de bonis hæreditariis talis defunctæ personæ per ejus successorem prædictum, considerata conditione suæ personæ, & qualitate, & quantitate bonorum hæreditariis prædictæ; Ac etiam de ejusdem bonis alimentari debeat, donec fuerit maritata, & dotes prædictas habuerit cum effectu, sive donec monasterium intraverit. Ac etiam, quod dictus successor ad ipsam sic dotandam, & alimentandam teneatur, ac cogi possit, & debeat cum effectu, & pro prædictis alimentis, & dotibus post mortem talis defunctæ personæ, & ex tempore ipsius mortis, etiam antequam nubat omnia prædicta bona hæreditaria vigore fictionis, auctoritate præsentis capituli tali mulieri obnoxia, & obligata existant. Declarantes, quod sufficiat si talis fœmina descendens dotata sit de bonis unius tantum prædictorum ascendentium, ut à successione eorum cujuslibet excludatur. Quod si prædictus filius masculus, vel alius descendens masculus per lineam masculinam decesserit sine descendente masculo, talis filia, neptis, & proneptis, seu alius descendens per lineam fœmininam reintegretur, & habeat eam portionem hæreditatis, & bonorum talis defunctæ personæ, à qua exclusæ fuerant propter superexistente masculum, computata tamen dote, quam habuissent de bonis talis defunctæ personæ in dicta portione. Ex testamento verò, & quælibet alia ultima voluntate talis defunctæ personæ succedant, & succedere possint, & possit eidem prædictæ personæ, & cutilibet earum, & legata, & fideicommissa, & omnia, & quidquid in tali testamento, vel ultima voluntate eis, vel alicui earum relictum esset, capere, & habere possint, & possint juxta tenorem, & formam ipsius testamenti, sive ultimæ voluntatis, si aliud eis, sive ei juridicum non obsistat. Ita tamen, quod ipsæ mulieres, & quælibet earum, quibus, vel cui bona talis defunctæ personæ taliter obvenient, ea sibi competent, & computare teneantur in ipsis suis dotibus. Et si aliqua de dictis mulieribus dotata fuerit ab aliqua de dictis personis in ejus vita, vel per ipsius ultimam voluntatem, eo casu talis mulier ipsi dotibus sit, & esse debeat contenta. Ita quod nihil ultra quantitatem ipsam in hæreditate, vel de hæreditate alicujus prædictorum personarum petere valeat, vel habere, nisi fœmminam expressam dispositionem talium personarum. Et si postquam aliqua de prædictis personis nupsit, vidua remanserit, possit ad domum hæredis talis defunctæ personæ redire, & ibi stare, ac de ipsis bonis hæreditariis modo prædicto alimentari debeat, donec iterum maritetur, vel Monasterium intrat. Dummodo fructus suæ dotis, quos haberet, vel aliorum suorum bonorum si qua tunc haberet, converti debeant in alimentis prædictis. Insuper volumus statuere, quod si aliqua de prædictis personis, de cujus successione tractaretur in sua ultima voluntate aliquid alicui de dictis mulieribus relinqueret pro ea dotanda, postea antequam decesserit, eam dotaverit, & deinde, non revocata ipsius ultima voluntate in parte prædicta, decesserit, dictum relictum evanescat, & evanuisse ipso jure intelligatur, & pro non facto penitus habeatur. Et super, & de prædictis, & quælibet prædictorum, si de eis, vel eorum aliquo, seu eorum, vel alicujus eorum, occasione aliqua lites, quæstio, vel controversia oriretur, vel esset possit, teneatur, & debeat Judex majoris Curie Communis Tuderti cognoscere, procedere, pronunciare, definire, & exequi breviter, summarè, de plano, ac sine strepitu, & figura judicii.

Ejusdem Statuti. De successione ab intestato. Rub. 56.

Item statuimus, quod si aliqua persona de Civitate, vel Comitatu Tuderti ab intestato decesserit sine liberis superflitibus, seu superflite filii alicujus, seu aliqua persona, usque in tertium gradum suæ agnationis inclusivè, succedat sibi proximior de dicta sua agnatione, hoc intellecto, & declarato, quod in dicta successione non habeatur, nec haberi debeat distinctio, seu consideratio, vel respectus, an talis proximior conjungebatur talis defunctæ personæ ex utroque parente, sive per lineam utriusque parentis, seu ex uno, vel utriusque tantum. Dummodo ex parte ejusdem defunctæ personæ, seu ex ejus paterna linea, si filii ejusdem conjuncti existerit. Præterea volumus, quod nepotes ex fratre carnale quondam talis defunctæ personæ, succedant eidem unà cum eorum patre, & matre

fratre quondam talis defunctæ personæ, in stirpes, non in capita, Mater verò ipsius q. defunctæ personæ, superstitie aliquo agnato infra tertium gradum, ut præfertur, in sola octava parte honorum ipsius q. sui filii, vel filiar succedat, & succedere possit eidem, & ipsa octava parte ipsa mater contenta sit, & esse debeat, adeo quod nihil amplius jure successione petere, & habere possit de hæreditate prædicta. Matre verò non extante succedat eidem ab intestato qu. avia sua paterna in octava prædicta, & ipsi matre, & avia non existentibus simili modo succedat eidem proavia qu. ejus paterna, videlicet mater avi sui paterni. Avia verò materna, videlicet mater matris, & proavia materna, videlicet avia matris dictæ defunctæ personæ, seu aliqua ipsarum de cognatitia prole qu. ipsius defunctæ personæ, five patris ejusdem ad dictam successione nullatenus admittatur. Ita tamen, quod in dicta agnatitia prole non includatur, nec intelligatur includi aliqua femina, excepta sorore carnali, five nepte, videlicet filia fratris carnalis, & amita qu. talis defunctæ personæ. Quæ solæ, scilicet foror, neptis, & amita in dicta prole agnatitia, & in ejus numero comprehendantur, & comprehendere valeant in casu prædicto, si & in quantum in eo casu tali defunctæ personæ non supervivalit aliquis, quem ejus frater carnalis, legitimus, & naturalis, five nepos legitimus, & naturalis natus ex fratre carnali qu. talis defunctæ personæ, five patris sui. Quibus fratre, & nepote, vel aliquo eorum extantibus, & superviventibus, five extante, & supervivente, & donec ipsi extiterint, five decedentes eorum masculi, & per lineam masculinam descendentes, dicta foror, neptis, & amita talis qu. defunctæ personæ in dicta ejus successione repellantur, & ad eam dicti qu. ejus frater, & nepos, & patrui admittantur, & admitti possint. Sed si dd. mater, avia, proavia paterna, vel aliqua earum, quæ in dicta octava, ordine præmissio, succederent, seu succedere possent, ut dictum est, non extarent, succedat nihilominus tali defunctæ personæ ejus proximior de dicta sua agnatia prole, ut superius dictum est. Verum si talis persona decesserit, condito testamento, vel alia ultima voluntate, & in ipso, vel in ipsa quocumque titulo, jure, vel modo aliquid reliquerit ipsi suæ matri, avia, vel proavia, eo casu talis ejus mater, avia, vel proavia, d. relicto contenta sit, & esse debeat, nec ultra in dicta, vel de dicta hæreditate, jure successione, petere possit.

Ejusdem Statuti. *Quod gradus intelligatur secundum Jus Canonicum. Rubr. 57.*

Quia in pluribus partibus Statutorum Communis Turchi de gradibus agnationum, cognationum, five affinitatum fit mentio, & cum dubitatio inter prudentes oritur, cujus juris, videlicet an Canonici, vel Civiles in prædictis sit consideranda censura. Volentes dictam dubitationem tollere, & declarare, hac lege duximus statuentium, quod ubicumque de gradibus prædictis, vel aliquo eorum in nostro jure municipali fit mentio, gradus ipsi secundum Jus Canonicum tantum debeant computari, hoc tamen expressè declarando, quod patrui fratres patrueles excludat, & ita etiam amita, vel matertera consobrinos, talis defunctæ personæ, licet de jure Canonico in eodem gradu existant.

T U L P H Æ,

Terræ in districtu Urbis.

PARTICULA CLXVIII.

Item statuimus, & ordiniamo, e dichiariamo, che tutte le robbe di quelli, che decedono, e morono senza far testamento, rimanghino alli figliuoli maschi di detto defonto, se quelli haverà, e se non haverà figliuoli maschi, de venghino alle figliuole femine, e se maschi, e femine insieme haverà maritate, o non maritate, che tutte le robbe, e beni divenghino alli maschi, li quali siano tenuti di maritare, mandare a marito, e dotare le sorelle sue non maritate; Dotate debbano stare della sua dote contente, e se non avesse figliuoli, ne figliuole, li beni di detto defonto de venghino alli più prossimi, salvo il prerogativo grado.

Ejusdem Statuti. *Che le Figliuole, o Nepote non succedino al Padre.*

Item statuimus, ordiniamo, e dichiariamo, che figliuola, ovvero nepote nata di figlia, non succedino al padre, ovvero madre, ne all'avo, ovvero ava decedenti, e morti intestati, se il decedente haverà figliuolo maschio, ma sia con-

tenta della dote sua, se farà maritata la nepote della dote della madre sua, e se non farà maritata, il fratello essa sia tenuto maritare, e dotare, secondo le qualità del potere; E se il padre, ovvero madre haverà fatto testamento, e lassata alcuna cosa in detto suo testamento alla figliuola, ovvero nipote, la figliuola, ovvero nipote sia contenta allo relicto a lei fatto nel testamento del padre, ovvero della madre, dell'avo, ovvero dell'ava, e più nelli beni delli predetti non domandare, e se il padre, ovvero madre, avo, ovvero ava niente haverà lassato alla figliuola, ovvero nepote nel suo testamento, la figlia, ovvero nipote, se non farà maritata, si mariti come sopra. Aggiungemo in questo Capitolo, che se la figliuola haverà madre, dalla quale figli maschi non ci fossero, morendo essa madre intestata, succeda.

T I B U R T I N Æ C I V I T A T I S.

PARTICULA CLXIX.

De distributione rerum intestati. Cap. 29. lib. 2.

Ne post obitum eorum, qui de Bonis suis non dispoferunt, & substantiis, quæstio inter posteros oriatur; statuimus, quod si pater, vel mater, vel quis alius de recta linea ascendenti decesserit intestatus, filius, vel filiiabus, nepotibus, vel neptibus, vel aliis masculis, seu feminis de linea directa descendentibus superstitibus, quod filiar, neptes, & aliar feminar de dicta linea descendentiis si dotate fuerint ad successionem ascendentiis nullatenus, superstitibus masculis, admittantur, sed suis dotibus sint contentæ. Si verò dotatæ non fuerint, dotentur, & eis contentes, & competentes dotes assignentur, secundum conditionem personarum, & facultates bonorum, & in his solum succedant, & contentæ sint, & ulterius petere non valeant, quocumque jure, titulo, five causa, & detractis dictis dotibus mulierum, in omnibus aliis bonis residuis succedant dicti filii masculi, vel nepotes per dictam directam lineam descendentes, vel ascendentes, vel pro eis de jure defertur. Si autem dictæ feminæ viduar remanerent, liceat eis, & possint redire ad habitandum ad domum patris, vel matris, vel aliorum ascendentiis, unà cum aliis fratribus, & descendentiis earumdem, & ibi ali debeant, fructibus earum dotium computatis.

V A L L I S P E T R Æ,

Castris in districtu Urbis.

PARTICULA CLXX.

Ancora statuimo, & ordiniamo, che la figliuola femina essendo cacciata a dote, non possa più petere, ne domandare delle robbe del padre, e della madre, morendo il padre, e la madre senza far testamento, ne meno delle robbe delli fratelli carnali, stando essi fratelli, ovvero figli maschi de fratelli.

V A L L I S T U P I N Æ.

Terræ sub Gubernio Umbræ.

PARTICULA CLXXI.

Quod mulier dotata à patre, matre, fratre, avo, avia, &c. sit contenta suis dotibus, & ad successionem aliquam pervenire non possit. Cap. 14.

Item statuimus, ordinamus, & reformamus, & addimus, corrigentes Capitulum positum in Volumine Statutorum, quod mulier dotata à patre, matre, avo, avia, proavia, proavo, seu à quolibet alio sibi attinenti usque in tertium gradum, secundum Jus Canonicum, ex parte lineæ ascendentiis, seu descendentiis, five transversalis, sit contenta sua dote, & ab intestato succedere non possit neque dotanti, neque alicui alio suo attinenti usque in dictum tertium gradum computandum, ut supra, per aliquam dictarum linearum, nec etiam possit petere legitimam, vel legitimæ supplementum, nec etiam aliquid juris remedium tam civilis, quam prætorii intrare contra aliquod testamentum dictorum suorum attinentium, vel alicujus, contra quod de jure communi daretur ex quacumque causa tam præteritionis, quam non justæ exheredationis, quam alia quacumque causa, & occasione, dnec supervixerint masculi dicto tali decedenti attinentes descendentiis; quantum verò ad lineam transversalem usque in dictum tertium gradum computan. ut supra de jure Canonico. Et dotata intelligatur, dummodo pro dote receperit aliquid sufficiens, id est conveniens, & congruum suæ qualitatis, & conditioni, & casu, quo non habuerit in totum congruam dotem, tuncstantibus dictis masculis possit agere ad supplementum congruæ dotis

V I A N I,

Quod est Castrum B. in districtu Urbis.

PARTICULA CLXXIV.

Che non succeda la femina essendosi i maschi della medesima famiglia.

Nessuna femina, o maritata, o no, possi succedere ab intestato ne i beni del morto ascendente, o descendente, o transverfale maschio, o femina in qualsivoglia grado, mentre nella parentela del defonto soprava qualche maschio, etiam di lontano, però capace di succederci ma però si diano a questi li alimenti concedenti avanti si mariti, o la dote congrua, quando poi si maritarà dal predetto successore maschio, ne possi la detta in alcun modo dimandare legitima, o supplemento di legitima, ancorchè il maschio successore da uno, essa da doi lati fosse congiunta al detto defonto, o fosse essa più propinqua, ma debba esser contenta della sua dote, la quale dote con gli alimenti predetti da doi parenti, uomini da bene, da deputarsi dal Podestà, secondo la quantità de' beni, ed il costume del Castello si debbano tassare, quelli doi non concordando s'aggiungerà il terzo, e la donna così dotata si abbia per morta in quanto alla successione di detti beni; li beni però pervenghino alli agnati secondo i gradi, come dispone il Jus Civile, eclusè affatto le femine, e da questo Statuto non s'intenda pregiudicato alle ragioni della Corte, come si è a basso espresso; Vogliamo però, che le Donne abbino quello, che li viene lassato per testamento, e le madri, che staranno in onesta viduità, e non averanno altro figlio dal secondo marito non preso, possino succedere al figlio defonto, secondo dispone il Jus, se però averà ciò fatto che deve di ragione.

V I G N A N E L L I,

Terræ B. in districtu Urbis.

PARTICULA CLXXV.

Che la Donna non possa succedere ne' beni paterni, o materni. Cap. 60.

Ordiniamo, e statuimo, che una Donna, la quale sarà stata dotata solamente, si contenti della sua dote, e non possa succedere nelli beni del padre, o della madre; ma se sarà dotata, volemo sia dotata secondo le ragioni ab intestato (intendendo però se il maschio discesse dal maschio inclusive infino al terzo grado, da numerarsi secondo le ragioni Canoniche) e secondo le facultà del padre suo, e la qualità della persona, secondo il parere de' due parenti prossimi, e consanguinei; li quali non ci essendo, quando sarà in età da maritarsi, volemo ancora, che donna alcuna da qualunque sarà dotata, o da padre, o da madre, o da fratelli carnali, o da altre persone, non possa addomandare più della sua dote, più che dieci ducati l'anno, per fin che sarà finita di avere detta dote, ne farla domandare da altra persona sotto la pena di 25. ducati da pagarsi da ciascheduno, che contro sarà, e di applicarsi alla Camera nostra.

V I L L Æ P A G A N I C Æ,

Sub Gubernio Spoleti.

PARTICULA CLXXVI.

Sopra le successioni ab intestato. Cap. 14.

Perchè succedono molte liti, e differenze per causa delli beni ereditari di quelli, che senza far testamento muojono; però volendo ovviare, e con qualche opportuno remedio provvedere, si statuisse, ed ordina, che alcuna donna dotata da padre, madre, avo, avia, fratello, zio, e da qualsivoglia altra persona, non possa succedere ab intestato al detto dotante, ovvero ad alcuna persona delle soprannominate, essendovi figliuoli maschi nel medesimo, ovvero pari grado, con questo però, che detta donna debba esser dotata da quello, ch'è preferito a lei nell'eredità predetta convenientemente, secondo lo stato, e facultà loro, ad arbitrio di due parenti più prossimi, e non intercessati, uno dalla banda del padre, e l'altro dalla banda della madre, e non essendo d'accordo con loro tal dichiarazione.

dotis contra hæredes masculos, ut supra, non autem possit, nec valeat succedere, ut supra; Quinimo statuimus, & ordinamus, quod si aliqua mulier suis patri, avo, proavo fuerit superstitie non dotata, & superstit filii, vel nepotes, vel pronepotes masculi lineæ dictorum patris, avi, proavi, possint dicti masculi descendentes dotare congruè dictam talem mulierem, & excludere eam à successione dictorum patris, avi, proavi, & cujuslibet ipsorum, &c. Placet Jo. B. Legatus.

V E L I T E R N Æ C I V I T A T I S.

PARTICULA CLXXII.

Quod mulier dotata, seu dotanda non succedat. Cap. 23. lib. 2.

Ad conservandas agnationes, & familiarum dignitates, quas per masculos, non feminas conservari notissimum est; hac in perpetuum valitura lege sancimus, statuimus, & ordinamus, quod mulier dotata, vel dotanda à patre, matre, avo, avia, vel alio ascendente per lineam paternam, à fratre, seu fratribus utrinque conjunctis vel ex patre patris tantum, aut à talium fratrum filii masculis, non succedat in bonis dotantis, nec alicui ipsorum, dummodo ab uno ex prædictis competentem dotatam fuerit, vel dotetur, inspecta conditione personarum, & viribus patri-monii, ita quod sufficiat quod unus tantum ex prænominate dotaverit, seu dotare paratus sit; Et talis mulier sic dotata, aut dotanda congruenter, & excludatur, & penitus excluda intelligatur, & sit à successione omnium supra nominatorum, in perpetuum, ab intestato morientium, stantibus fratribus ipsius mulieris, aut fratrum filii masculis; quibus non superexistentibus, succedatur prout de jure. Si verò prænominati, vel aliquis ipsorum fecerit testamentum, valeat, & plenam habeat roboris firmitatem, & nihil aliud petere possit, eadem femina dotata, vel dotanda, aliqua causa, vel prætextu, nisi aliud tantum, quod sibi relictum esset, stantibus prænominate masculis, ut supra alias forma juris communis fervetur, & presens statutum non habeat locum in feminis, quæ tempore publicationis ipsius reperitur dotatæ, in quibus statuta antiqua locum habeant.

V E T R A L L Æ,

Terræ sub Gubernio Patrimonii.

PARTICULA CLXXIII.

Che la figliola, o nipote dotata non succeda nelli beni del padre, o madre. Cap. 37. fol. 28.

Approbandi l'antico Statuto della Terra di Vetralla, quale qui di parola indicano da essere osservato; Statuimo, se una figliuola, o nipote dotata dal padre, o madre, o da alcuno d'essi, o fratello carnale, che delli beni del padre, o madre, o d'alcuno d'essi, o delli beni del fratello carnale per canto della persona sua, o della madre d'esse nipote avrà avuta, e ricevuta alcuna cosa, quale sarà delli beni di suo padre, o madre, avo, ovvero avo, ovvero veramente d'alcuno d'essi per ragione di successione di chi fosse morto senza testamento, o debbia per ragion di giustizia naturale, o d'altra legge, e falcidia, quale li legati non possa alcuna più ne domandare, ne avere, ma sia, e star debba contenta della dote predetta, e di quello che li predetti padre, madre, avo, ovvero avo li averanno dato, concesso, e lassato, ne possino succedere alli medesimi padre, e madre, avo, ovvero avo, e le predette cose abbino luogo se sopravvivesse un figliuolo del medesimo, delli beni del quale s'agitasse, ovvero nipote del figliuolo maschio, pur che siano nati d'un medesimo padre, e madre, ed ancora abbino loco nelle cose passate, presenti, e da venire; Volemo ancora, che benchè la figliuola, ovvero nipote sia stata solamente dotata delli beni del padre, o delli beni della madre, sia, ed esser debba contenta della sua dote, e non possa nelli beni d'alcuno d'essi padre, e madre più succedere essendo morti senza testamento, non ostante, che sia stata dotata solamente delli beni d'alcuno di essi, e delli beni dell'altro non abbia avuto niente.

Card. de Luca de Statut. Success.

Terræ in Provincia Umbriæ, habentis Gubernato- rem independentem.

PARTICULA CLXXVII.

Quod mater ab intestato non succedat filiis. Rub. 35.

Item statimus, & ordinamus, & præfenti statuto firmamus pro servatione Cippi domus ab intestato morientis, qui suam voluntatem non valet exprimere, secundum conjecturatum mentem hujusmodi morientis, ne ejus bona ad exteros, & extraneos devolvantur, quod si contigerit in futurum aliquem, seu aliquam ab intestato mori sine filiis, seu filiabus, relictis fratribus, vel fororibus, uno, vel pluribus, vel matre, aut avo, seu avia materna dictorum filiorum, non succedat dicta mater in bonis, & hæreditate dd. filiorum, seu filiarum, nisi in legitima tantum debita jure naturæ, salva inter prædictos gradus prærogativa, videlicet quia primò veniat mater morientium in pupillari ætate, vel postea quodcumque ab intestato sine filiis; deinde pariter avus, & avia materna, si ambo extarent, aliàs supervivens solus, & prædicta locum habeat si superstit alii consanguinei dd. filiorum, seu filiarum ex latere paterno usque in secundum gradum consanguineitatis, secundum communicationem Canonici, & præfens statutum intelligatur, & locum habere volumus in morientibus ab intestato post publicationem præfentis Statuti.

Item, quod maritus lucretur quartam partem dotis, & omnium aliorum bonorum, undecumque ad mortem uxoris in matrimonio decedentis sine filiis, nec de prædictis dote, & bonis ex testamento, vel ab intestato plus habere possit: de alia verò quarta parte dd. dotis, & bonorum, uxor possit testari pro libito voluntatis suæ, reservato tamen, quod non debeat, nec possit eam relinquere, nec legare marito, & viro suo. Et si eam dicto ejus viro, & marito relinquere, seu legare, non teneat; Aliæ verò duæ quartæ deveniunt, & devenire debeant ad Cippum domus.

Item quod uxore præcedente in matrimonio superstitibus filiis, si dicti filii decederent in pupillari ætate sine filiis, dimidia bonorum dictæ uxoris præmortuæ revertantur, & reverti debeant ad Cippum domus, stantibus consanguineis in secundo gradu.

Item quod dotatæ mulieres per patrem, fratrem, fororem, avum, vel aviam paternos, non succedant ab intestato hujusmodi patri, vel matri, forori, vel fratri, avo, vel avia; si hujusmodi pater, vel mater, frater, vel foror, avus, vel avia decederent aliis filiis superstitibus masculis, dummodo dictæ mulieres sint dotatæ à quocumque prædictorum, non possint succedere supra dictis dotantibus, nec etiam aliis non dotantibus de supra dictis nominatis in dicto Statuto, & si decederent superstitibus filiabus feminis, quod dictæ filia; feminæ dotentur æquali dote; & cætera bona dividantur inter eos, si natæ sunt ex eodem matrimonio, de quo nata est dicta mulier dotata. Dictæ verò mulieres dotatæ ad dictam successionem prædictorum venire volentes non audiantur; Et si in iudicio contra prædictos egerint, ponendo ipsorum hæreditatem, vel partem hæreditatis qualitercumque, dictæ mulieres, & earum procuratores ejiciantur, & nihilominus mulieres prædictæ condemnentur in 25. libras denariorum, & prædicti Rectores prædicta observent, & observari faciant ad pœnam 50. librarum denariorum.

VITERBIENSIS CIVITATIS.

PARTICULA CLXXVIII.

Quod mulier nupta à patre, vel fratre ab eis præsumatur dotata, & sit contenta de dote, & relicto sibi facto, & dato. Rubr. 70. lib. 2.

Mulier nupta à patre, vel à fratre, ab eis præsumatur dotata, & mulier nupta, vel non nupta, & descendentes ab ea per lineam femininam, patri, vel matri, vel avo, vel avia, vel patruo, vel fratri, vel alicui ipsorum, non succedant ab intestato existente masculo ex linea masculina, uno, aut pluribus, ex quo ipsa mulier descendat; sed maritus, & dotetur arbitrio trium propinquorum proximiorum ex parte patris si extarent, & si non extarent ex parte matris, secundum conditionem personæ, & facultatem pondus, ac Urbis nostræ consuetudinem; & unica sit contenta, ex quibuscumque bonis processerit, & si maritare se nollit, vel aliam viam vellet eligere, habeat tantum, &

non plus, quantum haberet illa, quæ maritatur, & si pater ei reliquerit dorem, relicto patris sit contenta, & plus petere non possit in hæreditate paterna, vel materna, si sint fratres ex utroque latere conjuncti, & si non sint fratres ex utroque latere conjuncti, cum consanguineis in paterna hæreditate mulier non succedat, si vero filii masculus, & femina sint ex diversis matrimoniis nati, quod filia femina succedat cum fratre ex altero matrimonio nato in dote, & bonis maternis; Verumtamen si contingat talem fratrem qui fororem à dictis bonis excludit mori sine filiis legitimis & naturalibus, etiam vivente tali forore excluda, quod tunc in tali casu illa pars, à qua fuit talis foror excluda revertatur, sine diminutione, ipso jure, ad talem fororem exclusam, ac si à dicta parte nunquam fuisset exclusa.

Ejusdem Statuti. Quod mulier habens filios, vel filias non possit testari, codicillari, nec aliquem contractum facere extra personas filiorum. Rubr. 74.

Statuimus, & ordinamus, quod mulier habens filios, vel filias laicos, filium, vel filiam ex filio laico, & maximè ex diversis matrimoniis procreatos, non possit testari, codicillari, nec aliquem contractum facere extra personas filiorum, & filios suos de suis dotibus, & bonis privare, nisi tantummodo pro anima sua decem libras papalinarum pro centenario relinquere; quod si contrafacere tentaverit, vel ad actum contrafaciendi venerit, tunc tale testamentum, codicilli, & quivis contractus sint nullius efficaciam, vel valoris; & nihilominus talem contrafacientem, seu contrafacere attentantem inhabilem reddimus quoad illum, & utens puniatur in 200. libris denar. quoque denunciante; Possit tamen mulier habens filios super bonis suis, & liberorum contrahere, & de eis, vel ea vendere, obligare, causa necessaria, & utili interveniente; quæ causa probetur per duos consanguineos liberorum proximiores, coram Iudice Causarum Civilium Civitatis Viterbii; Quæ venditio, & obligatio valeat, & teneat, nullo statuto in contrarium obstante; Et quilibet filiorum masculorum, vel nepotum ex filio natorum habeat, & habere debeat in bonis talis mulieris suam virilem, & æqualem portionem, non obstante testamento, codicillo, vel quovis alio contractu per talem mulierem facto; Et decedentibus filiis suis masculis, vel nepotibus ex masculis, tunc filia; feminæ in dote, & bonis maternis earum obtineant, & percipiant virilem, & æqualem portionem; Et prædicta locum non habeant in filiis, vel filiabus, seu nepotibus, qui vel quæ malè tractaverint, vel tractant matrem, vel aviam, contra reverentiam filialem, & quilibet filiorum, & filiarum, etiam si sit nobilis, possit bona materna, vel avia, & etiam bona obligata pro dotibus ipsarum, sua propria autoritate, sine pœna legis, & Curia; intrare, & possessionem capere, & vendere, quoque possidente, præscriptione temporis non obstante; Et hæc locum habeant in præteritis, præsentibus, & futuris quoque capitulo supra, vel infra posito non obstante, vel verbis derogatoris in contrarium loquentibus, supra, vel infra positis, dummodo locum habeant in Civibus Viterbiensibus, & mulier habens filios, vel filias possit facere refutationem Instrumenti, & curam refutationis suo debitori de denariis per eam mutuatis, vel depositis fieri in iudicio, procuratorem, seu procuratores constituere, locare ad modicum tempus, de pensionibus, redditibus, & proventibus bonorum suorum, & etiam de relictis, & legatis ipsi mulieri factis refutationem facere, societatem, seu societates contrahere, & omnes, & singulos contractus facere, & celebrare, qui non sint, nec redundant in filiorum præjudicium, nec nepotum ex filio natorum; & idem intelligatur in muliere carente liberis, habente fratrem, seu fratres carnales, seu filios fratris, seu fratrum carnalium, quæ in prædictis casibus liberè contrahere possit, dummodo dictis fratribus, seu nepotibus ex fratribus non præjudicet; Et quod mulier habens filios possit dorem suam repetere ab hæreditibus mariti, vel aliis obligatis ad restitutionem dictæ dotis satisfaciendæ, secundum formam Statuti, quod incipit soluto matrimonio, & super bonis sibi obligatis pro dote, & dotatione propter nuptias, & jura sibi competentia contra hæredes mariti, in bonis sibi obligatis pro dote, cedere, & talis cessio juris valeat, & teneat, & quod pro tempore restitutionis, si talis mulier habeat filios, vel filias, vel filium, vel filiam ex filio, talis dos deponi debeat penes idoneam personam tenendam per eam, donec aliqua possessio, seu possessionem emanet de ipsa dote conservanda pro filiis natis, & nascituris; Et quia Statutum ipsum factum est in favorem filiorum masculorum mulie-

ris, statuimus, quod non profit nisi filiis masculis tantum, in quorum favorem factum est dictum Statutum; & jura habentibus ab eis; & nihilominus mulier, quæ contraxerit non servata forma præfentis Statuti, non possit conveniri, nec possit compelli prætextu obligationis, sive promissionis, vel præfenti juramenti per eam, & opponens non audiatur, & incurrat pœnam decem librarum papalinarum Comuni Viterbii applicandarum; Et quod nulla mulier nupta, vel non nupta habens fratrem, seu fratres carnales, vel filios fratris carnalis, vel fratrum carnalium, possit testari, codicillari, vel causa mortis donare, vel aliquem contractum, vel distractum facere sine præsentia, & consensu eorumdem. Possit tamen contrahere causa necessaria, & utili interveniente, secumdem quod dictum est supra in muliere habente filios, & si secus fieret, vel fieri tentaretur, non teneat ipso jure, non alioquin Capitulo Statuti supra, vel infra posito, & ipsam mulierem inhabilitamus, & inhabilem reddimus, quoad illum contractum, vel distractum, codicillos, vel testamentum, quæ causa fuerit attentare contra præfentem dispositionem, & quod tali instrumento puniatur in ducentis libris denariorum papalium; Possit tamen dicta mulier de dote, & bonis suis relinquere pro anima sua decem libras tantum denariorum papalinarum pro centenario. Et prædictæ mulieri ab intestato succedant, & ad ejus successionem vocentur, sive fecerit testamentum contra formam prædictam, sive nullum fecerit, fratres carnales unus, vel plures, seu fratris filii unus, vel plures ex fratre præmortuo pro æquali, non autem feminæ, quibus fratribus, seu fratrum filii masculis non extantibus locum habeat successio secundum formam juris civilis.

URBINATENSIS CIVITATIS.

PARTICULA CLXXIX.

De exclusione seminarum stantibus masculis, p. 6. fol. 56.

Decernimus, & sancimus, quod femina; quorumcumque locorum totius nostri Status dotatæ ab avo, avia, patre, matre, vel à fratre, à quocumque, vel ab altero ipsorum, donec, & quovis quæ masculi super fuerint per lineam directam descendentes in infinitum ab intestato succedere non possint, nec agere ad jus aliquod legitimum, vel ejus supplementi, aut congruæ dotis, &c.

Vide plenius sub particula 32. vers. Nos Guidobaldus, ubi hujusmodi decreta sunt per extensum impressa, agendo de Statuto Callii.

URBIS ROMÆ.

PARTICULA CLXXX.

De successione ab intestato. Cap. 145. lib. 1.

Si quis decesserit intestatus, relictis filiis masculis, seu filio, vel nepote ex filio masculo sibi præmortuo, & superstitibus filiabus feminis, una, vel pluribus, maritatis, & dotatis, ipsa; filia; feminæ nupte in aliquo non succedant patri, sed sint contentæ dotibus pro eis datis; Si vero dictæ filia; feminæ pervenerint ad viduitatem, tunc revertantur cum dote, & fructibus dotis ad domum paternam, si voluerint, & habeant de bonis paternis in eadem domo congrua alimentis, secundum facultatem, & potentiam domus, fructus tamen dotis, dum alimentorum in domo paterna, debeant esse fratri, seu hæredum patris, & quod dictum est de filiabus, intelligatur de neptibus natis ex filiis, seu filiabus maritatis, & dotatis; Et idem juris esse volumus in filiabus, & neptibus non maritatis, nec dotatis, quibus non est constituta dos per patrem, vel avum in sua ultima voluntate, dummodo frater germanus, sive patruus sit paratus cum effectu dotare fororem, seu neptem ipsam de paraggio, secundum conditionem illorum de domo sua, & facultatem patrimonii, alioquin succedant dictæ mulieres cum masculis, prout jura disponunt. Quæ filia, vel nepes ab una ex prædictis personis sit parata eas dotare in casibus supra dictis, nec matri, nec avia; ab intestato succedant.

EJUDEM URBIS.

PARTICULA CLXXXI.

De successione fratrum. Cap. 146. lib. 1.

Defuncto fratri sine filiis ab intestato germani fratres, tam utrinque conjuncti, quam ex patre tantum, illorumque filii masculi in stirpes simul succedant, exclusâ matre, præterquam à legitima, & ii, sive omnes succedant, sive ipsorum aliquis, excludant etiam forores, & amitas, etiam utrinque conjunctas respectivè, dummodo

Card. de Luca de Statut. Success.

dictæ forores, & amita; congruè dotatæ existant, vel eas fratres, & nepotes similiter congruè dotare parati sint. In illius autem bonis maternis succedant, prout jus commune disponit.

URBISALIÆ.

Terræ sub Gubernio Maceratæ.

PARTICULA CLXXXII.

Quod mulier dotatæ non succedat in hæreditate. Rubr. 26. lib. 2.

Hoc edicto decernimus, & firmiter ordinamus, quod filia; nepes, & deinceps singulæ mulieres descendentes, dotatæ, seu nuptæ de bonis patris, matris, avi paterni, vel materni, & similibus deinceps ascendendum, vel alicujus eorum, vel ipsarum mulierum nuptarum, seu dotatarum, filii, vel filia; & ex ipsis mulieribus descendentes, nullo modo possint ad bona maritatis, seu dotantis parentis, seu ascendentis decedentis ab intestato, ultra sibi datam promissionem, vel relictam dorem, aliquem habere ab intestato regressum, seu recursum, ad successionem ab intestato venire in totum, vel in partem bonorum, seu hæreditatis parentis, seu ascendentis dotantis, seu nupti tradentis, siquidem ex ipso patre, matre, vel simili parente, & ascendente dotante, vel maritante extiterint, vel supervixerint, vel nepotes ex filio masculo, aut pronepotes, & deinceps, seu ex uno, vel etiam pluribus; Et intelligatur talis descendens mulier dotata, seu maritata de bonis hujusmodi ascendentis parentis, & ab ipso, si dos pro ea, vel pro matrimonio contracto, vel contrahendo cum ea extiterit data, promissa, conventa, vel in ultima voluntate relicta, seu legata, & quibuscumque modis, vel verbis pollicita, vel numerata, sive in quantitate, sive in specie talis dos constiterit, vel fuerit constituta, & in quacumque, vel in quantacumque quantitate, vel specie; Nec ad talem ab intestato successionem tales dotatæ mulieres, vel aliqua ipsarum aliquatenus audiantur, vel admittantur; sed potius repellantur, & esse, & stare contentæ tali dote eis, vel alteri earum promissa, data, vel relicta modis omnibus compellantur, & teneantur, præcisè vigore præfentis ordinamenti, non obstante, quod eis, vel alteri earum defecerit, & minus adesse in legitima portione jure naturæ debita; Quæ quidem portio in tali casu ex ipsa dote data, promissa, vel relicta, & ex præfenti lege ipso jure, & factio intelligatur, habeatur, & præsumatur perfecta, plena, & omni supplemento completa, nec ad aliud supplementum, vel augmentum agi possit supra dictam dorem, sed ipsa dote, ut dictum est, tales mulieres teneantur, & debeant esse contentæ, jure contrario non obstante. Et nulla talis mulier audeat, vel possit contra prædicta agere, impugnare, vel jus præterdere, & si secus fecerit, non audiatur, & ipso facto à jure suo cadat, & cecidisse intelligatur. Ubi verò tali parenti, vel ascendenti, dotanti, vel maritanti, seu dorem promittenti, vel, ut dictum est, relinquenti, ab intestato decedenti, non super fuerit masculus, vel ex filio masculo nepos, & deinceps, sed tantum aliqua filia, vel neptis maritata, vel non, tunc alia; maritata; filia; vel etiam dotatæ, possint, & debeant ab intestato successionem, unâ cum aliis filiabus, vel neptibus obtinere, & ei ab intestato succedere, unâ cum aliis conferendo, & contribuendo suam dorem, quam receperat unâ cum aliis cohæredibus; salvo semper legitimo testamento vel alia ultima voluntate patris, vel matris, & similibus parentis, seu ascendentis; siquidem aliis legitimis modis providerit, dote data, vel promissa non obstante, & prædicta omnia, & singula locum habeant, & observari debeant in præsentibus, & futuris.

Ejusdem Statuti. Quod Agnati masculi præferantur cognatis, & feminis in successione ab intestato morientium propriè, vel impropiè.

Quoniam plerumque homines morte præventi, vel alio casu suorum bonorum, & hæreditatis dispositionem, & ordinationem facere nequeunt; Idcirco communi hominum decedentium voluntati adherentes, hac perpetua lege, in favorem agnationis edita, decernimus, & ordinamus, quod extantibus, seu superviventibus agnatis masculis, uno, vel pluribus, usque in tertium gradum inclusive computandum de jure civili, alicui persone morienti ab intestato propriè, vel impropiè, sive sint dicti agnati superviventes unus, vel plures de linea ascendendum, sive descendendum

tium, sive transversalium, vel de qualibet ipsarum feminae, una, vel plures cujuscumque gradus, proximitatis, & conditionis, & omnes cognati masculi, vel feminae, unus, seu una, vel plures similiter cujuscumque gradus, proximitatis, & conditionis, sive sint dictae personae de linea ascendentium, sive descendendum, sive transversalium, & cujuslibet earum descendendum, & transversalium, descendentes masculi, vel feminae, unius, seu una, vel plures eadem sic decessit ab intestato proprie, vel improprie non succedant, nec succedere quoquo modo possint, aut ad ejus successionem venire; sed penitus auctoritate praesentis ordinamenti praedictae personae, una, vel plures, & quilibet earum intelligantur, & sint ipso jure perpetuo exclusae a jure succedendi dicto, sic morienti ab intestato, & ipsi soli superviventes agnati, unus, vel plures, secundum gradus praerogativam, admittantur ad hujusmodi morientis ab intestato successionem, & succedere possint, ac debeant, dummodo velint omnes, vel alter eorum, alias jus commune fervetur, aliquo jure praedictis, vel alicui eorum contrario non obstante; Excipimus tamen a praedictis, & quolibet praedictorum, quod ubicumque alias de jure communi, secundum casum occurrentem, alicui personae de praedictis supra exclusis ad minus deberetur legitima de bonis, & haereditate sic morientis ab intestato, nec possit dicta persona ea legitima ab ipso moriente aliquo questio colore privari, etiam per expressam voluntatem in solemnibus testamentis declarata, quod eo casu dicta talis persona usque ad legitimam tantum includitur, & non ad plus admittatur ad successionem personae sic decessentis ab intestato proprie, vel improprie, una cum dictis agnatis, vel ipsorum altero. Per praedicta tamen, vel aliquod praedictorum, non intendimus derogare casibus comprehensis in statuto supra posito sub rub. *Quod filiae, seu neptis dotatae*, &c. usque ad vericulum: *ubi vero tali parenti*; Quinimo volumus dictum statutum in dictis casibus, & quolibet eorum in viridi observantia permanere, & praesenti ordinamento anteferri; Et ne nostrae leges aliquid dissonum aequitati videatur continere, statuis, quod in successione fororis morientis ab intestato proprie, vel improprie, quantum ad fratrem, seu fratres, & cujuslibet eorum descendentes masculos, & in successione filiae fratris, sic morientis, ut supra, quantum ad patrum, seu patruos, & cujuslibet eorum descendentes masculos jura communia observentur, praemissis non obstantibus. Huic etiam legi praemissa limitantes, addendum fore censuimus, quod si contingeret aliquem mori ab intestato, superstitibus ex se, & ex suis descendentes masculis, vel ex altero tribus feminis legitimis, vel pluribus, & nullo agnato, seu agnatis masculis de linea ascendentium vel descendendum, sed tantum transversalium infra tertium gradum, ut supra, quod dictae feminae admittantur ad successionem sic morientis ab intestato, & ei succedere possint pro virilibus portionibus una cum superstitibus agnatis, vel agnatis, si ipsae velint, & hanc viam elegerint, praemissis huic casui non obstantibus, & nulla persona de supra dictis exclusis a jure succedendi, descendentes ab intestato, in totum, vel in partem audeat, vel possit contra praedicta, vel aliquid praedictorum agere, impugnare, vel jus praetendere, & si fecerit, non audiat, & ipso facto a jure suo cadat, & cecidisse intelligatur, auctoritate praesentis statuti, & nihilominus in libris 500. denar. puniatur.

URBIS VETERIS.

Alias Urbevetae Civitatis.

PARTICULA CLXXXIII.

Ex Rubr. 56.

Nulla mulier dotata, vel dotata succedat in bonis patris, nec matris, si superstitibus fratres carnales ex utroque parente; Item quod nulla mulier dotata, nec dotata succedat in bonis patris, stantibus fratribus ex parte patris; Et hoc locum habeat quando talis mulier est dotata, vel

MONITIO AD LECTOREM.

SI qui errores, & periodorum dissonantiae in hujusmodi particularum impressionem irrepsisse noscantur, id adscribendum est, vel rudi, & ineleganti eloquenti antiquorum temporum quibus talia statuta condita fuere: vel transcriptorum incuriae, qui praedictas particulas a suis originibus incorreptae, & mendose exemplarunt. Ceterum non ista solum sunt statuta, quae vigent in Statu Ecclesiastico super feminarum exclusionem, sed pleraque alia reperiuntur, quae hic non fuerunt apponita, quia mens, & finis Auctoris non fuit omnia statuta colligere, sed tantummodo aliqua ex eis adnotare, ad ostendendum universalem morem hujus Domini repellendi a successione ab intestato feminas propter masculos.

PAR-

dotanda de bonis patris: Si vero dotata esset ab extraneo, non contemplatione patris, succedat in legitima; sed si qua mulier decesserit intestata, relicta filiis, vel filiabus ex diversis matrimonii, dicti filii, & filiae succedant in capita pro aequali portione, sublata qualibet differentia sexus: Et quod dictum est de filiis, & filiabus, intelligatur de nepotibus, & descendentes; fratres autem teneantur dotare forores, vel fororem, cum etatem exceperint 13. ann. vel dent eis partem, quotiescumque maritentur; & si nolent dare, possint petere partem, & si dictae forores non fuerint maritatae a dictis fratribus, antequam etatem exceperint 15. ann. liceat proximioribus consanguineis, ex tunc eam, vel eas maritare de dicta parte ei, vel eis contingente de bonis patris sui, & quidquid dicti consanguinei fecerint super his, ratum sit, & firmum, & nullatenus retractetur, non obstante aliquo capitulo in contrarium disponente, & hoc locum habeat in praeteritis, & futuris, & omnia praedicta locum habeant si predecesserit intestatus, in filii legitimis, & naturalibus, si extant naturales legitimi in legitimis tantum, & etiam in Civibus, & comitatibus Urbevetae, & talis foror non possit cedere jura sua, quae habet in bonis patris, vel matris alicui, et si concederet, non valeat ipso jure; si vero pater quantitatem dotis declaraverit instrumento, haeres patris dictam dotem declaratam mulieri dare integrè teneatur, & si haeredes eam non maritaverint cum ipsa dote, proximiores consanguinei possint ipsam pro illa quantitate maritare; ut superius dictum.

VULSINII ALIAS BOLSENI.

Terrae in districtu Urbis.

PARTICULA CLXXXIV.

De successione ab intestato. Cap. 42.

NE in futurum dubitari contingat de haereditatibus ab intestato morientium circa praerogativam in succedendo; statuimus, & ordinamus, quod prima causa successionis ab intestato sit descendendum masculorum, ut filii, & successives alii descendentes masculi morienti ab intestato succedant exclusis filiabus, & aliis feminis descendentes, dotatis tamen, vel dotandis, ut supra capitulo praecedenti disposuimus.

Si autem nulli filii, aut descendentes masculi fuerint, succedant filiae, & aliae feminae descendentes.

Et deficientibus filiis, & filiabus, & aliis descendentes, & superstitibus sint tantum ascendentes, succedant ascendentes, secundum gradus praerogativam de jure communi; ubi autem concurrant fratres, aut filii fratrum morientis, succedant omnes secundum juris communis dispositionem.

Si autem defuerint omnes descendentes, & ascendentes, fratri morienti, fratres, & fratrum filii masculi, prout de jure communi disponitur, succedant, & frater ex utroque parente conjunctus praeratur fratri ex altero tantum parente conjuncto, secundum ordinationem juris communis, exclusis tantum similibus fororibus feminis dotatis, vel dotandis, ut supra: Quas forores excludendas esse hoc casu intelligimus ubi fratres succedens fratri morienti erit ex parte patris, & matris conjunctus, vel ex parte patris tantum, quia si frater erit ex parte matris tantum conjunctus, & foror sit ex utroque parente conjuncta, fororem praerari volumus.

Sed si frater moriatur, nullis extantibus fratribus, sed superstitibus fororibus, & fratrum filii masculi, dicti filii, fratrum masculi succedant masculis in totum dictis exclusis fororibus morientis.

Si autem nulli filii fratrum masculi superstitibus, sed filiae dictorum fratrum feminae superstitibus sint, nec non dictae forores morientis, aequaliter succedant in capita, & non in stirpes.

In caeteris juris communis dispositionem, & conditionem volumus in successione observari.

PARTICULA
STATUTORUM, ET LEGUM

Excludentium ab intestatis Successionibus Feminas propter Masculos, in Civitatibus, & Ditionibus Italiae, extra Statum Ecclesiasticum Ordinem Alphabetico dispositae.

Aretii.
Barii.
Florentiae.
Januae.
Lucae.
Mantuae.

Mediolani.
Neapolis.
Papiae.
Pisae.
Senis.
In utriusque Siciliae Regnis.

ARETINAE CIVITATIS.

PARTICULA I.

De successione ab intestato. Lib. 2. Rubr. 64.

FILIAE feminae, vel descendentes ab eis ad successionem Patris, avi, vel proavi ab intestato defuncti non veniant, existentibus filiis, vel filio, sive liberis masculis per masculinam lineam ex defuncto: Non existentibus vero filiis masculis, ut supra, filiae feminae una, vel plures, aut ab eis descendentes succedant patri, avo, proavo in duobus tertiis partibus tantum haereditatis, & non ultra: In alia vero succedat frater personae defunctae, de cujus haereditate agitur utrinque conjunctus, vel ex latere patris tantum, unus, vel plures si extant, sin autem filii masculi ipsorum. Hoc declarato, quod existentibus fratre, vel fratribus, qui ut supra succederent, & ex alio fratre, vel fratribus filio, seu filiis, succedat una cum patruo, vel patruis in stirpes, & non in capita. Defuncta vero matre, avia, vel proavia ab intestato non succedat feminae, vel descendentes ab eis, maxime feminae, masculo, vel masculis existentibus ex eadem; Et in quolibet casuum praedictorum, in quo feminae in totum excluderentur, debeant congrue dotari, secundum facultatem patrimonii, & personarum qualitatem, si dotatae non sint, & omnino alimentari etiam congrue pro excludente, donec nuperint, & matrimonium consummaverint, & si maritari, vel dotari nolent, sed aliam vitam honestam, vel in domo patris, vel fratris, vel plurium cum ipsis habitare, pater vel frater, si voluerit ipsa congruam eidem portionem assignare debeat, secundum facultatem patrimonii, & conditionem personarum, cui assignationi stare debeat tacita, & contenta, & si non subesse iusta, vel rationabilis causa, quae ipsam rationabiliter excuset, teneatur talis mulier cum patre, vel fratre habitare; & si non dotentur, vel alia congrua portio non assignaretur, possint ipsae feminae convenire debitores haereditatis, & petere, & consequi bona haereditaria, donec congruam dotem, vel congruam portionem fuerint consecutae, non obstant aliqua obligatione, seu alienatione de bonis haereditariis facta, sufficiat tamen in quolibet praedictorum, & infra scriptorum casuum, quod sit congrue dotata a quocumque, etiam a se ipsa, quamvis de bonis illius, a cujus haereditate excluditur non sit dotata, & ultra consequi non possit ullo modo. Quae dos, vel portio congrua declarari debeat per duos proximiores conjunctos, & quatuor ex Rectoribus Fraternitatis pro confidatis datos, vel quatuor ex dictis sex, infra decem dies a die electionis, quorum declarationi omnino stetur, appellatione, ac reclamatione remota. Mater insuper ad successionem filii, vel filiae, vel descendendum ex eis ab intestato decessentium non admittatur, existente fratre, vel forore defuncti, vel defunctae utrinque conjuncto, vel ex latere patris, tantum, vel filiis ipsorum, vel patruo: possit tamen mater exclusa de bonis talis defuncti habere, & percipere alimenta, si non haberet, unde se commode sustentaret. Non existentibus autem praedictis, & existentibus fratre patruo, vel patruo magno uno, vel pluribus personae defunctae, succedat tantum ipsa mater, si vidua reperiatur, in quarta parte bonorum, deducto tamen ere alieno, & plus petere non possit: declarantes, quod in

residuo succedant simul frater patruelis, & patruus magnus unus, vel plures: Frater vero, vel forore defuncto, vel defunctis intestato, forores, vel earum descendentes ad ipsius successionem non veniant, superflite fratre, vel fratribus utrinque conjunctis, vel saltem ex linea paterna, seu filii masculis ipsorum, sed ipsae forores, si congrue non sint dotatae, dotari debeant, ut superius dictum est: Et si praedicti non extarent, sed extaret patruus, vel patruus personae defunctae, succedant ipsae forores, vel earum descendentes in dimidia tantum haereditatis; & possint semper forores in casibus, in quibus in totum excluduntur sine filiis tamen ipsarum, & quod est dictum supra de filiis vel filiabus, & ab eis descendentes fratribus, patruis, fratribus patruelis, & aliis, intelligatur legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, & filii, seu nepotes, vel alii succedentes ab intestato, quando sunt feminae una, vel plures, quae dotari debeant de bonis defuncti, secundum formam praesentis capituli, teneantur, & debeant manu publici Notarii, & fideliter infra mensem a die mortis dicti defuncti, etiam si requisiti non fuerint, inventarium facere de omnibus bonis dicti defuncti, cui succedunt, & feminae excluduntur, ne feminae praedictae possint de praedictis in aliquo defraudari, vel decipi, ullo modo, alias non faciens teneatur ad congruam dotem in duplo ei, quam dotare teneretur, si dotari non deberet, ut supra dictum est, solvat eidem feminae pro poena ad infra congrue dotis, & nihilominus etiam si requisiti non fuerint ad petitionem dictarum feminarum ad dictum inventarium faciendum compellantur, & quilibet intelligatur intestatus, vel ab intestato decessere, vel decessisse, qui nullum fecit testamentum, etiam si talis sit, qui testamentum facere non potuerit, & sufficiat mortem probari per librum Fraternitatis nostrae Sanctae Mariae Misericordiae, in quo ferè omnes mortui describi consueverunt. Natis quoque ex quocumque illicito coitu succedant proximiores, ac si nati essent ex legitimo coitu, non tamen eos, qui generaverunt comprehendendi, aut vocari volumus. Salvo quod hoc capitulum non vindicet sibi locum, nec possit in aliquo derogare capitulo supra dicto de successione libellaria, ipsumque capitulum supra dictum in omnibus libellariis observetur.

BARENENSIS

Consuetudo, quae viget pene in tota illa Provincia, desumpta ex legibus Longobardorum.

PARTICULA II.

Rubr. si a Patre dos promittatur, ad quid teneatur haeres. Cum Pater.

Cum Pater dotem pro filia promiserit inter vivos, si obligationis tempore usque ad quartam, seu septimam pro numero sponderit liberorum, licet postea adeo labatur facultatibus, quod promissum excedat legitimum patre vivo, tam ab ipso, quam a fideiussoribus solidus extorquetur. Eo vero mortuo, nec haeredes nec fideiussor ultra legitimam conveniuntur, nisi post obligationem adeo facultatibus creverit, vel ad meliorem fortunam pervenerit, ut litis tempore quod promiserit non

non excedat. Nam tunc universæ dotis petitio incolumis perseverat, sed si ultra quam lege permittitur dotis causa obligatur, & solutum fuerit, nulla de eo ab hæredibus petitio reservatur.

Sed si in ultimis voluntatibus dotem pater, plusquam portio sit, five quantitas, ultra legitimam dereliquit, hæredes quod excedit legitimam non præstabunt. At cum mater alicujus marito dotanti filiam de Pirricchio suo dare officio concefferit pietatis, renuente etiam filio, donatio rata erit.

Vide etiam Vincenium Maxillam ad consuetudines Baren-
ses tit. de jure Dotum, §. Dos à patre.

FLORENTINÆ CIVITATIS.

PARTICULA III.

Rubr. 130. lib. 2.

Nulla mulier possit ab intestato succedere filiis, vel filiabus defunctis; existente ex defuncta persona aliquo filio, nepote, vel pronepote naturali, & legitimo, vel Patre avo paterno, vel patruo, vel fratre, vel sorore, aut nepote ex fratre carnali, possit tamen talis mulier esclusa de bonis talis defuncti habere, & percipere alimenta; si non haberet aliunde se congruè sustentare. Si tamen talis persona decesserit, non existente aliquo ex prædictis excludentibus mulierem, scilicet existentibus aliis agnatis masculis infra octavum gradum, possit talis mulier succedere ab intestato filio suo, vel filia in quarta parte bonorum, præterquam in domibus, & casamentis, dummodò ipsa quarta pars non excedat quantitatem librarum quingentarum Florentinarum quæ quarta intelligatur deducto ære alieno. Et plus petere non possit, & si in bonis talis defuncti non extarent nisi domus, & casamenta, tunc habeat extimationem, usque ad dictam quartam partem, & non plus, non excedentem dictas quingentas libras, ut supra. Et totum, quod dictum est de matre supra, locum habeat etiam in avia, & in omnibus, & singulari attenentibus, vel conjunctis civilibus tam mari, quam fœminæ descendentes per lineam maternam, seu ex latere matris suæ, salva gradus prerogativa, tam inter eos conjunctos ex latere matris, quam etiam inter agnatos, seu de stirpe ex linea masculina decedentem.

Et nulla mulier, vel ejus filii, vel filia succedere possint alicui fratri dictæ mulieris ab intestato, si dicto ejus fratri filius, vel filii, filia, vel filia, nepos, vel nepotes ex eis, frater, aut fratres, filius, aut filii, masculus, aut masculi ex dicto fratre, vel fratribus, vel Patruis, qui frater, vel filii, five nepotes, vel Patruis sint ex legitimo matrimonio nati, salvo quod si talis mulier esclusa à successione prædicta vidua remaneret, possit redire, & stare in domo fratris, vel alterius excludentis eam absque filiis ipsius mulieris. Et nulla mulier, nec etiam natus ex linea fœminina possit patri, avo, vel proavo suo, vel alteri ascendenti masculo paterno ab intestato succedere, existente aliquo filio masculo nato ex defuncta persona, de cujus hæreditate agitur, vel aliquibus nepotibus, vel pronepotibus ex filio, vel filiis, vel aliis descendentes masculis ex dicta linea, vel fratre carnali, vel patre, seu avo paterno. Possint tamen, & debeant tales mulieres esclusæ à successione, in quolibet casum prædictorum, si non fuerint dotatæ, convenienter, & competenter dotari de bonis patris, avi, seu cujuslibet alterius ascendentes, de cujus successione tractatur, secundum conditionem, & facultatem Patris, avi, vel proavi, & aliorum ascendentium. Et interim donec nupti tradantur, debeant habere alimenta de bonis patris, avi, vel proavi, vel cujuslibet alterius ascendentes, de cujus successione ageretur. Si verò tales mulieres inveniantur fuisse dotatæ competenter, & convenienter à patre, avo vel proavo, vel alio ascendente masculo, nihil de bonis illius, de cujus hæreditate ageretur, ab intestato, occasione dotium suarum, vel quacumque alia de causa, possint recipere, vel habere, salvo quod si postquam nupta fuit, & dotata, vidua remanserit, possit redire, & stare in domo patris, vel avi, vel, proavi, vel ascendentes, de cujus hæreditate, ac bonis, tunc ageretur, si filius, vel filii, vel alii descendentes masculi ex defuncta persona extarent, si verò filius, vel filii, vel descendentes masculi non extarent, & supersesset frater, vel fratres, vel filius, seu filii ex fratre, vel fratribus carnalibus, vel pater, vel avus paternus defunctæ personæ, eo casu ipsa mulier, donec vidua steterit, de-

beat habere alimenta competentia, & decencia in bonis sui Patris, avi, vel proavi, vel alterius ascendentes in ortu, de cujus hæreditate fit exclusio. Fratres vero uterini, vel alii nati ex linea fœminina non possint succedere alicui, vel aliquibus eorum fratribus uterinis defunctis, existentibus aliquo, vel aliquibus conjunctis ex latere patris masculis, saltem usque in quartum gradum inclusivè, & quod ipsi conjuncti masculi succedant, & potior, seu potiores sint in tali successione, quam mater, vel fratres uterini, vel alii nati ex dicta linea fœminina, salva tamen portione quartæ partis, & toto eo, quod dictum est de matre, & avia, & quolibet alio conjuncto per lineam maternam, in principio presentis statuti, quatenus huic capitulo contradicatur. Et quod quælibet mulier, & ejus ascendentes possint ab intestato succedere matri suæ præmortuæ, & cuilibet alteri mulieri ascendenti, si non existerent filius, vel filii masculi, vel masculi, vel alius, vel alii masculi descendentes ex eo, vel ex eis. Si verò testatus decesserit, de cujus hæreditate, vel bonis ageretur, relicto filio masculo legitimo, & naturali, aut filii vel ex eo, vel ex eis descendentes masculis, & aliquid reliquerit, quoquo relicti titulo, alicui mulieri, quæ Jure Romano possit eis succedere, sit, & esse debet contenta ipsa mulier, & ejus hæredes, & descendentes tali relicto. Et plus nullò modo aliquis, vel aliqua eorum petere possit; Et si nihilominus reliquerit quoquo relicti titulo dictis mulieribus, quæ de Jure Romano succederent, tunc dictæ mulieres habeant, & habere debeant in bonis talis hujusmodi defuncti illud, quod haberent, seu petere possent, si ab intestato totaliter decessissent, secundum formam presentis statuti tantum, & dicto jure sint contentæ, & nihil ulterius petere possint. Et propterea non rumpatur testamentum. Et quod dictum est supra de filiis, seu filiabus, nepotibus, vel pronepotibus, vel descendentes, intelligatur de legitimis, & naturalibus, ex legitimo matrimonio natis, & in quolibet parte presentis statuti intelligatur intestatus, vel ab intestato decessisse, qui nullum fecit testamentum, quamvis foret talis persona, quæ ipsum testamentum de jure facere non possit.

Vide Responsum R. P. D. Severoli in fine hujus Libri.

Sequuntur Reformationes ejusdem statuti, die 18.
Septembris 1620.

Varietas temporum, & rerum vicissitudo possulat, & experientia docet Principem oportere veteres leges aliquando corrigere, seu reformare, & novas condere, & subjectorum bono quotidie plenius consulere. Quod Serenissimus Cosinus II. Magnus Dux Hetruræ, Dominus noster clementissimus summa ejus providentia sciendum prospexit in Statuto Florentino. Qualiter mulier, ab intestato succedat Rubr. 130. lib. 2. prout etiam per majores alias mutatum, & correptum fuerat, & molliendo asperitatem aliquam dicti statuti, & tollendo ex eo dubia, & obscuritatem, unde prolixè lites oriebantur, & justis aliis causis, & animi sui motu, in eodem Statuto magis apertam, & competentem formam deferendam successionum inducere voluit, quare ejus Serenissimo Magno Duce electorum, delibaverunt, & decreverunt dictum Statutum, in capitulis infra recensendis, ita declarandum, & corrigendum fore.

Incipiendo à primo capite dicti Statuti, quod ab illius initio porrigitur usque ad verba, *Nulla mulier, vel ejus filii, &c.* in quo de successione matris, & attinentium per lineam maternam disponitur his præcisè verbis. *Nulla mulier, &c. prout supra.*

In hoc primo capite, in quo agitur principaliter de successione filii matri deferenda, cui turbato ordine mortalitatis non minus piè, quam propriis liberis hæreditates deferri debere clamant juris communis regulæ, decretum fuit, provisum, & sancitum, quod mater excludatur eo modo, & per eandem omnes personas, prout in dicto statuto disponitur à principio illius usque ad verba, *Si tamen talis persona decesserit non existente aliqua &c.* præterquam per forem ipsius defuncti, per quam matris exclusio non inducatur, sed inter eas ordo, atque dispositio juris communis in futurum fervetur, quia cessante in favore favore agnationis, non visum fuit æquitati con-

sonum

sonum in hoc, ad præjudicium matris, à jure communi recedere.

In alia parte ejusdem primi capitis statuti, incipientis *Si tamen talis persona decesserit &c.* statutum, & decretum fuit, quod non existentibus filiis, nepotibus, pronepotibus, patre, avo paterno, patruo, fratre, aut nepote ex fratre carnali, sed existentibus aliis agnatis masculis, usque in sextum gradum inclusivè, jure civili computandum, possit mater, avus, avia, & proavia materna, & alii ascendentes materni succedere ab intestato filio suo, vel filia suæ in quarta parte omnium bonorum, deducto ære alieno, cujuscumque quantitatis, & qualitatis, etiam comprehensis domibus, & casamentis, & sine mensura 500. librarum, ad quam prius statutum quartam partem limitabat. Et in hæreditate, & reliquis bonis succedant agnati usque in dictum sextum gradum, & à cæteris agnatis ulterioris gradus mater, & prænominati ascendentes materni amplius in nihilo excludantur. Et hæc, quæ dicta sunt de matre, & prænominati ascendentes materni non procedant, neque locum habeant in aliis personis conjunctis, & attinentibus personæ defunctæ per lineam maternam transverusalem, & qualitercumque conjunctos tantum ex latere materno, etiam in fratribus uterinis, qui ab hæreditate decedentes ab intestato omnino excludantur, existentibus agnatis masculis, usque in octavum gradum inclusivè, nulla sibi parte bonorum defuncti reservata.

In secundo principali capite prædicti statuti incipientis. *Et nulla mulier, vel ejus filii &c.* ubi agitur de hæreditate fratris deferenda, vel ne forori, decretum, & sancitum fuit, nedum existentibus personis in dicto capite statuti nominatis, sed etiam existentibus agnatis masculis, usque ad dictum sextum gradum inclusivè ab hæreditate ab intestato forem omnino exclusam fore, cum reservatione tamen in casu viduitatis eorum quæ sunt pro ea in statuto disposita.

Et quod dictum est de sorore procedat, & locum habeat in avia quoque, & proavia, & aliis descendentes paternis, reservata tamen in eis successione in quarta parte, prout supradictum est in matre, & aliis ascendentes, maternis.

Alias verò omnes mulieres transverales, & omnes, & quoscumque tali decedenti, quomodocumque conjunctos per eandem mulieres, decretum, & statutum fuit succedere non posse defunctæ personæ, existentibus agnatis masculis, usque in octavum gradum inclusivè, salva tamen successione nepotibus in concursu amicitæ, materteræ, seu alterius personæ, quibus jure representationis in hoc casu non sit præjudicatum.

Et quod dictum est de successione, & hæreditate fratris, procedat etiam in successione, & hæreditate fororis, & foror, & conjuncti per eam excludantur in omnibus, & per omnia, ut supra sancitum est.

Circa tertium præcipuum caput ejusdem statuti incipientis *Nulla mulier, nec etiam natus ex linea fœminina &c.* in quo agitur de successione filiarum in hæreditate matris in vers. *Et quod quælibet mulier* Decretum, & statutum est, stante firma dicta dispositione statuti circa successione, & dotationem fendam pro dotibus constituendis, & alimentis præstandis, bona defunctorum, de quorum bonis fienda erit dotatio, & alimentatio, sint, & intelligantur hypothecata, & obligata, à die mortis sic decedentis perinde ac si pro dicta dote constituenda, & alimentis præstandis fuissent expressè obligata, & hypothecata.

Et ad removendas antiquas controversias ob separationem, & distinctionem patrimoniorum personæ defunctæ, statuitur, & decernitur separationi dictorum patrimoniorum personæ defunctæ, de cætero locum nequaquam esse debere, sed mulieres, & omnes alias personas conjunctas per fœminas, & exclusas ut supra per agnatos, cum omnibus bonis undequaque quæsitis, & obtentis five à latere paterno, five materno exclusas fore, & hoc decretum, & reformatio applicatur, & aptatur omnibus casibus futuris, & de cætero contingentibus à die hujus publicationis, & ita in futurum fervari debeat in omnibus, & per omnia, ut supra dispositum, & sancitum fuit.

In cæteris autem capitibus non mutatis, neque correctis prædicti statuti vetus dispositio remaneat in suo robore, & observantia, non obstantem, &c.

Il Serenissimo Gran Duca di Toscana, e per Sua Altezza Sereniff. li molto Illustri, e Clarissimi Signori Luogotenente, e Consiglieri nella Repubblica Fiorentina fanno pubblicamente bandire, e notificare, come da Sua Altezza

Card. de Luca de Statut. Succesf.

za Sereniff. e per quella, di suo espresso commandamento, da Sue Sign. Clarissime insieme con l' amplissimo Senato de 48. è stato à favore dell' Agnati maschii, e delle madri corretto, ed in alcune parti reformato lo Statuto Fiorentino delle Successioni ab intestato, posto sotto la rubrica 130. nel libro secondo, ed in sustanza, come appresso, proveduto, e reformato.

Nel primo capo del detto statuto, dove la madre era esclusa dall' eredità, e successione del figliuolo per i figli del defonto, nepoti, pronepoti, padre, avo paterno, zio paterno, fratello, nipote di fratello, ed ancora della sorella, s' è provisto, e riformato.

Che la madre concorra con la sorella, secondo la disposizione di ragione commune, e che essendo prima la madre, e gli Ascendenti materni esclusi non solo da' predetti, ma ancora da gli altri Agnati maschii fino in ottavo grado inclusivè, computati i gradi secondo ragione civile, riservata però loro la quarta parte de' beni, fuorchè delle case, e casamenti, la quale quarta parte non eccedesse lire 500. hora è stato provisto, che la madre nell' eredità del figliuolo, e gli ascendenti materni siano esclusi dall' Agnati fino in sesto grado solamente inclusivè, e computati i gradi come sopra, riservando loro la quarta parte intiera di tutti li beni, dedotti i debiti, senza prefinzioni di quantità, e comprese le case, e casamenti, e nell' eredità, e resto de' beni sono chiamati i detti Agnati, fino al detto sesto grado, e dell' altri Agnati di più remoto grado la madre, & ascendenti materni non restono esclusi, ma l' altri congiunti per linea materna transverale, compresi ancora i fratelli uterini, restino esclusi dall' Agnati maschii, fino in ottavo grado, senza riserva della detta quarta, o alcun' altra parte.

Nel secondo Capo del detto Statuto, dove la sorella era esclusa dall' eredità del fratello per i figlioli, e figlie d' esso sorelle, nipoti, o fratelli, o figliuoli de' fratelli, o zio paterno del medemo, col riserva del ritorno di casa se la rimanasse vedova, di nuovo s' è provisto, ed ordinato, che la sorella, e l' avo, e proava paterna siano escluse non solo da predetti più prossimi Agnati, ma ancora da gli altri Agnati maschii, fino in sesto grado inclusivè, col riserva dell' avo, e proava della quarta parte, come sopra della madre si dice, che alla sorella del ritorno di casa, se la rimanesse vedova.

E tutte l'altre donne, che prima non erano escluse dall' Agnati maschii, fino in ottavo grado inclusivè, salva la successione à i nepoti in concorso con la zia, sorella del defonto a' quali non s' intende pregiudicare nella ragione della rappresentazione, e della successione della sorella sia esclusa l' altra sorella, e suoi congiunti, come dalla successione del fratello.

Nel terzo Capo principale dello Statuto, dove si tratta della successione delle figlie nell' eredità del padre, e della madre, e della loro Dotazione, s' è provisto, e dichiarato, che stante ferma la disposizione dello Statuto de' beni del morto sieno obligati, ed ipotoccati espressamente da' di della morte per l' alimenti, e dote à favore di quelle persone, alle quali dallo Statuto sono riservati.

E per tor via le liti, s' è dichiarato, che s' intenda, e sia levata la separazione, e distinzione de' patrimonj della persona defonta, e che da tutti i beni paterni, e materni di tal defonto, senz' altra ditionzione, le Donne, e loro Congiunti non ammesse come sopra, s' intendino, e siano escluse.

E similmente s' è dichiarato, che la presente provisione, e decreto abbia luogo, e s' osservi per l' avvenire in tutti li casi futuri, da questo presente giorno della pubblicazione, e che nell' altri capi del detto statuto non mutati, ne correcti esso statuto rimanga nella sua forza, e vigore, e tutto con la clausula derogatoria, e non ostante in amplissima forma.

Siccome di tutte le cose predette chiara, e distefamente appare, e si dispone nel publico decreto, e provisione latina fermata di mano propria di S. A. S. ed ottenuta in detto Amplissimo Senato de 48. sotto li 18. del presente mese insinuata, e riposta fra l' altre publiche provisioni, e leggi nell' Ufficio, ed Archivio delle reformazioni di Firenze, alla quale in tutto, e per tutto s' abbia relazione, e quello si deva attendere, ed osservare. E finalmente hanno dichiarato, e vogliono, che per la presente notificazione, e bando pubblicato nella Città di Firenze la detta nuova provisione, e riforma s' intenda essere, e sia, e s' abbia per legittimamente pubblicata, sicchè comprenda, e legghi tutte le persone, e luoghi, così della detta Città di Firenze, come del

Domino, che in qualunque modo osservavano, o erano tenuti osservare, ed osservando il detto vecchio statuto, e ne comandarono l'osservanza, non ostante &c.

Marcello Betti.

Bandito per me Zanobio di Guaspari Bertacchi Banditore adi 25. Settembre 1620.

JANUENSIS CIVITATIS.

PARTICULA IV.

De feminis dotandis, lib. 5. Cap. 11.

Mulier maritata, quæ de bonis ascendentium, vel alicujus eorum dotata fuerit à patre, seu matre, vel ab aliquo ascendentium ex linea paterna, vel materna seu voluntate alicujus eorum, quæ semper intelligatur intervenisse, nisi contrarium probetur, non possit, neque ejus hæredes possint quidquam petere ultra dictas dotes in bonis tam Genæv, quam in quavis mundi parte: sed sint bona masculinorum liberorum, & eorum hæredum, si fuerint, cum muliere utrinque conjuncti, sed si fuerint ex eodem patre tantum, & de bonis patris, vel ascendentium ex linea paterna fuerit mulier dotata, non possit petere aliquid, in bonis ipsorum: in bonis tamen maternis & ascendentium ex linea materna possit petere, quod ei conceditur ex forma statuti, *De successione ab intestato*. Si verò fuerit de eadem matre tantum, & de bonis maternis, vel ascendentium ex linea materna dotata fuerit, de bonis ipsorum aliquid petere non possit, quo casu de bonis paternis petere possit, quod ei conceditur, ut supra; sed adversus fratres utrinque conjunctos, vel eorum liberos masculos non possit aliquid ultra dictas dotes habere, nec petere de bonis hæreditatis paternæ, nec maternæ, nec fratris, nec sororis defunctorum, neque ascendentium, salva semper dispositione testatorum, & ultimarum voluntatum prædictorum, & cujuslibet eorum.

Non maritata, sed dotata, five inter vivos, & five in ultima voluntate à patre vel matre, vel avo, vel avia paternis, vel maternis non possit aliquid petere, vel habere, nisi quantum prædictis eidem dederint inter vivos, vel legaverint in ultima voluntate.

Decedentibus autem aliquibus ex ascendentibus paternis, vel maternis, qui quoad infra scripta intelligantur decessisse intestati, si de dotibus nihil dixerint, vel disposuerint; Si aderunt filie maritatae, sed quæ non fuissent dotatae, vel filie non maritatae, vel nepotes ex filiis præmortuis, ad quas ex forma statutorum non spectet hæreditas, quæ pariter non fuissent dotatae, habeant, & habere debeant de bonis, ut supra decedentium ab intestato, duntaxat tantum, quantum tres ex proximioribus propinquis ex patre, vel ex linea ejus, de cuius bonis, & hæreditate tractatur, arbitrari fuerint voluissent intestati fuisse tempore suæ mortis, illas filias, vel nepotes habere de bonis suis, & si propinqui non invenirentur, solum tantum, quantum Magistratus arbitratus fuerit fuisse voluntatem defuncti, ita tamen, ut masculi non possint habere minus, quam contineatur in Statuto. *De falcidiis*.

Filiabus non maritatis, neque dotatis decedentibus, quæ fratres utrinque conjunctos, vel saltem ex patre, vel ipsorum liberos masculos habuerint, non possint hæredes defuncti (in bonis, cuius dotari habeant) neque pro dote, neque pro dotatione, neque pro successione aliquo modo molestari, postquam verò dotatae fuerint, vel eis aliquid legatum fuerit, ad suum maritare, vel monacare, possint de eo disponere tam inter vivos, quam in ultima voluntate, si fratres utrinque, vel ex patre conjunctos masculos, seu liberos masculos ex eis non habuerint.

Si defunctus bona immobilia non haberet sufficientia ad solvendum quantitatem dotium, quæ fuissent declaratae, hæres, secuta declaratione, teneatur collocare in locis Comperarum Reipublicæ pecuniam pro securitate dotium taxatarum, seu legatarum à defuncto, vel aliter beneficio præsentis statuti, & proventus spectent ad hæredes, qui teneantur & converso dotatam alimentare usque ad maritacionem.

Fœminæ de prædictis sint contentæ, nec aliquo jure, vel causa possint plus petere, vel habere, nec rumpere, nec aliter quomodolibet irritare testamentum, seu ultimam voluntatem, nec dicere nullam quia præterita, vel alia de causa, sed pro datione habeant bona defuncti obligata, & hypothecata, adeo quod in bonis præferantur quibuscumque creditoribus hæredum illius in cuius bonis fuerint dotatae, vel erunt dotandæ.

Puella innupta, ætatis annorum infra vigintiquinque, habens patrem vivum, quæ sine consensu patris maritum acceperit, perdat ipso facto bona, & jura dotandi; Si verò fuerit ætatis annorum vigintiquinque, & maritum ut supra acceperit, non possit vivente patre, exigere dotem, sed tantummodo fructus, seu redditus ipsius dotis.

Ejusdem Statuti, *De successione ab intestato*,
Lib. 5. Cap. 23.

In testato decedenti five masculo, five fœminæ succedant soli masculi liberi, per masculinum sexum descendentes, etiam si adessent filie fœminæ, vel eorum descendentes ex dicto defuncto, aut descendentes masculi, fœminæ ex filiabus prædefunctis, vel fœminæ ex descendente masculo prædefuncto, qui, vel quæ de jure communi deberent admitti ad successione cum dictis liberis masculis, sed dictæ fœminæ, & descendentes ex eis intelligantur, & sint, ac remaneant exclusæ, & exclusi, & tota hæreditas dicti intestati deferatur ad dictos liberos masculos superflites, qui in ea succedant in stirpem, & non in capita.

Habeant tamen dictæ filie, vel nepotes, seu proneptes, fœminæ, vel masculi ex fœminis, & descendentes ex eis tantum, quantum disponitur per capitulum sub rubrica, *De feminis dotandis*.

Si ex defuncto non aderunt descendentes masculi ex masculino sexu, succedant filie fœminæ, & liberi ex fœmineo sexu descendentes, & fœminæ ex masculis præmortuis descendentes; seu qui aderunt ex prædictis, facti invicem collatione dotium, si quas ex bonis intestati defuncti habuissent, sublata differentia sexus, & patriæ potestatis, prout de jure communi succedere debent, & in stirpem, & non in capita.

Sed si non extant filie, & unâ cum descendentes fœminis ex masculis præmortuis, & cum nepotibus, vel nepotibus ex aliabus, vel descendentes masculis, vel fœminis ex eis supersessent fratres intestati ex utroque parente, vel saltem ex patre conjuncti, & filii, & descendentes masculi per masculinum sexum; ex hujusmodi fratribus præmortuis, seu aliquis prædictorum; Succedant unâ cum dictis nepotibus, vel nepotibus ex filiabus, & cum dictis descendentes masculis, & fœminis ex eis, vel cum illis ex prædictis, qui adfuerint, in stirpem, & non in capita.

Quod si non adessent descendentes ex filiabus, & sic solum concurrerent nepotes ex filiis, seu eorum descendentes cum fratribus, & liberis masculis per masculinum sexum fratrum intestati, nepotes ex filiis præmortuis habere debeant ante partem de bonis defuncti, de cuius successione tractabitur, ut infra, hoc est si unâ tantum nepos adfuerit, scuta duo mil. auri in auro, vel totam hæreditatem, si ejus valor fuerit ab inde infra; Et si adfuerint plures nepotes, seu descendentes ex pluribus nepotibus, habeant ante partem pro qualibet ipsarum, scuta mille quingenta auri in auro; vel totam hæreditatem, si fuerit minoris æstimationis. Et si fuerit capax plurius quantitatum superius declaratarum, residuum, quod erit, deductis ante partem quantitatibus, de quibus supra in casibus respectivè prædictis, dividatur inter ipsas nepotes, & ex eis descendentes ex filiis, & inter fratres, ac liberos masculos per lineam masculinam fratrum defuncti in stirpem, & non in capita.

Si verò non extiterint prædicti descendentes, de quibus supra, succedant fratres masculi defuncti, five utrinque conjuncti, five ex patre tantum.

Si cum dictis fratribus utrinque, five ex patre tantum aderunt liberi masculi per masculinum sexum ex fratribus præmortuis, five utrinque, five ex patre tantum conjunctis, succedant etiam dicti liberi cum dictis fratribus, in stirpem, & non in capita.

Et non existentibus fratribus, succedant dicti liberi soli in stirpem, & non in capita, ut supra.

Matri decedenti ab intestato, relicti filii ex pluribus matrimonii, succedant tam fœminæ, quam masculi, prout de jure communi succedere debent.

In omnibus autem casibus prædictis, si pater, avus, vel proavus paternus defuncti supersessent, superius nominati succedant respectivè in proprietate; & dicti ascendentes in usufructu tantum, ita tamen, quod pater excludat avum, & avus proavum.

Quatenus verò nulli ex supra scriptis nominatis quoad proprietatem adessent, succedant dicti ascendentes, etiam quoad proprietatem, secundum gradus prærogativam, ut supra.

Non

Non extantibus autem aliquibus ex supra scriptis, succedant fratres, vel utrinque, vel ex parte conjunctæ, & filie, seu descendentes ex filiabus fratris præmortui, & filii, five filie ex sorore præmortua, vel illi ex supra scriptis, qui aderunt, in stirpem, & non in capita.

Et in defectu prædictorum succedant descendentes ex fratribus, & à sororibus ultra superius vocatos, & patru defuncti cum ejus patre utrinque, vel ex patre conjuncti, & liberi masculi descendentes per lineam masculinam ex hujusmodi, vel illi, qui fuerint ex prædictis, in stirpem, & non in capita.

Masculus, & fœmina dedicatus, vel dedicata in aliquo Monasterio, five ante, five post mortem patris, matris, fratris, fororis, vel alicujus ipsorum, qui vel facto testamento, vel ab intestato decesserint, non possit petere, nec habere in bonis paternis, maternis, & ascendentium, nisi illud, quod fuisset ei legatum, seu inter vivos datum vel assignatum fuisset, non possit petere, nisi pro sustentatione vitæ ipsorum, cognoscenda arbitrio Magistratus, de consilio trium ex proximioribus propinquis. Et eis deficientibus, proborum virorum, quos eligit Magistratus. Sed omnia bona prædicta pervenire debeant ad alios fratres, & forores, & eorum liberos, secundum formam præsentis statuti possit tamen petere omne id, quod ipsi fuisset legatum, seu inter vivos assignatum.

Quod habeat locum respectu bonorum dictorum ascendentium, etiam quod ageretur de hæreditate fratrum, vel sororum, qui hæreditatem ascendentium prædictorum adivissent.

Omnibus casibus supra scriptis, in quibus hæreditas deferretur ad fratres, forores, & ab eis descendentes respectu successione in bonis maternis, etiam quod hæreditas materna fuisset adita præferantur primò fratres utrinque conjuncti, & eis non extantibus, admittantur fratres ex matre tantum, & eis deficientibus, forores ex matre tantum, omnibus aliis prædictis respectivè exclusis.

In omnibus verò casibus supra scriptis, in quibus adessent ascendentes, vel descendentes ex linea materna, à successione etiam debita jure naturali excludantur, imò prædicti omnes, & singuli admissi, seu vocati respectivè ex forma præsentis capituli succedant, omnibus aliis penitus exclusis.

Quibus omnibus deficientibus, succedat agnatus masculus proximior defuncto intestato, usque in quantum gradum inclusivè.

Et ipsi omnibus deficientibus succedat ille, vel illa, ad quem hæreditas, seu successio de jure communi deferretur. Omnes, & singulæ dispositiones præsentis statuti, & cujuslibet partis ejus, intelligantur de natis de legitimo, & vero matrimonio, & non aliter, quod intelligatur repetitum in qualibet parte ejusdem statuti.

Intestati intelligantur non solum, qui testamentum non fecerint, sed qui non habent factionem testamenti, vel qui fecissent testamentum non validum, vel quorum hæreditas ex testamento etiam valido adita non fuerit.

LUCENSIS CIVITATIS. PARTICULA V.

De successione ab intestato. Lib. 2. Cap. 9.

De successione, quæ ab intestato deferuntur hoc loco tractantes, statuimus, quòd si qua persona ab intestato decesserit, si quidem ex ea supersint masculi deficientes per lineam masculinam legitimi, & naturales, illi in successione omnibus præferantur, secundum gradus prioritatem, & fœminæ extantibus dictis masculis excludantur, dum tamen fœminæ descendentes per lineam masculinam dotentur, secundum formam statuti infra positi, sub Rubrica. *De dote constituenda mulieribus exclusi à successione per masculos*. Declarantes quòd si ex filio præmortuo supersessent nepotes masculi, vel deinceps per masculinam lineam de legitimo matrimonio descendentes, admittantur cum filiis defunctæ personæ, de cuius hæreditate tractatur, in stirpem, & non in capita. Si verò nulli supersint masculi deficientes per lineam masculinam legitimi, & naturales, vocentur, & admittantur ad successione defunctæ personæ filie fœminæ, & nepotes ex filiis præmortuis in capita, & non in stirpem. Prædictis autem filiabus, & nepotibus non extantibus vocentur, & admittantur nepotes, & nepotes, ex filiabus præmortuis in stirpem, & non in capita, ita tamen quòd extantibus nepotibus ex filia præmortua, nepotes ex eadem filia à dictis nepo-

potibus masculis excludantur, Cum quibus nepotibus in suo casu, & seu cum dictis nepotibus in suo casu, concurrat ad dictam successione pater defunctæ personæ, de cuius successione tractatur, si extat, pro una virili portione, connumerato quolibet stipite cujuslibet filie, ex qua nepotes, aut nepotes præcesserunt pro uno, non aut connumeratis singulis nepotibus, aut nepotibus ex filiabus præmortuis, & patre non extante, admittantur in dicta virili avus paternus, si extat, vel alius ulterior ascendens masculus personæ defunctæ per masculinam lineam, si extat, salva gradus prærogativa. Sed si pater, vel avus maternus, vel alius ulterior ascendens masculus per lineam masculinam non extaret, concurrant, & admittantur in dicta virili portione cum prædictis nepotibus, seu nepotibus, in casu suo, fratres defunctæ personæ, five unus, five plures, quocumque fuerint, ex utroque parente, vel ex patre tantum conjuncti, & similibus fratrum filii in stirpem. Qui omnes fratres, & fratrum filii in dicta successione pro uno habeantur, ita quod de dicta successione, ad quam concurrant nepotibus, seu nepotibus supra dictis admittantur, non plus habeant, quam habuissent pater vel avus, vel alius ulterior ascendens defunctæ personæ, si extaret: Et si fratres, unus, vel plures, vel dictorum fratrum filii non extarent, tunc dicti nepotes, aut nepotes in casu suo ex filiabus præmortuis succedant in totum, si ex defunctæ personæ non extaret filia fœminæ, seu nepotes ex filio præmortuo, aut pater; vel avus, aut alius ulterior ascendens per lineam masculinam, ut dictum, & ordinatum est. Declarantes etiam quòd si filii masculi ex eodem patre, sed ex diversis matribus supersint, æqualiter succedant per capita in hæreditate paterna. In maternis autem bonis, uniusquisque veniat ad suæ matris successione. Prædictis autem masculis, vel fœminis non extantibus, vel hæreditatem repudiantibus, tunc succedant ascendentes masculi, per lineam paternam venientes. Et primò pater defunctæ personæ si extat, ipso autem non extante, succedant alii ulteriores masculi, per lineam paternam ascendentes, salva gradus prærogativa, qui admittantur ad hæreditatem defunctæ personæ, tam in bonis profectiis, quam in aliis quibuscumque, undecumque quæsitis, præterquam defunctæ personæ, de cuius hæreditate tractatur, in quibus dote, & bonis ex linea materna obventis, succedant fratres defunctæ personæ, utrinque conjuncti, & similibus fratrum filii masculi in stirpem, & non in capita. Et si dicti fratris, vel dictorum fratrum filii non extarent, five hæreditatem repudiarent, succedant in dictis dote, & bonis, ex linea materna obventis, forores utrinque conjunctæ, unâ cum filiabus ex fratribus præmortuis utrinque conjunctis in stirpem, & non in capita. Salvo tamen patri, & cæteris ascendentes jure usufructus in dictis dote, & bonis à dicta matre obventis, prout de nostro jure municipali, vel communi deberetur. Et si dicti fratres, vel forores, aut dictorum fratrum filii masculi, vel fœminæ non extarent, tunc pater, si extat, vel alii ascendentes masculi per lineam paternam, patre non extante, succedant in totum, salva gradus prærogativa. Prædictis autem descendentes, five ascendentes masculis per lineam paternam venientibus, non extantibus, vel hæreditatem repudiantibus, succedant fratres defunctæ personæ, ex utroque parente conjuncti, five ex patre tantum, & similibus fratrum filii masculi in stirpem, & non in capita, in omnibus bonis defunctæ personæ, undecumque quæsitis, præter quam in dote matris, & aliis bonis, quæ à matre, vel ex linea materna ipsi defunctæ personæ obvenissent. Sed prædictis fratribus ex utroque parente conjunctis, five ex patre tantum, & similibus fratrum filii non extantibus, succedant forores ex utroque parente conjunctæ, five ex patre tantum, unâ cum filiabus ex præmortuis fratribus utrinque, vel ex patre tantum conjunctis, in stirpem. In dote verò materna, & aliis bonis, quæ à matre, vel ex linea materna ipsi defunctæ personæ obvenissent, succedant fratres utrinque conjuncti, & similibus fratrum filii masculi in stirpem, & non in capita. Fratribus autem utrinque conjunctis, & similibus fratrum filii masculis non extantibus, in dictis dote materna, & aliis bonis ipsi defunctæ personæ à matre, vel ex linea materna obventis, admittantur forores ex utroque parente conjunctæ unâ cum filiabus ex præmortuis fratribus utrinque conjunctis in stirpem, & non in capita sed prædictis fratribus, & sororibus utrinque conjunctis, & dictorum fratrum filii masculis, vel fœminis non extantibus, succedant in dicta dote, & bonis ex linea materna pro-

provenientibus fratres ex parte tantum conjuncti, & similia fratrum filii masculi in stirpem, & non in capita. Et dictis fratribus ex parte tantum conjunctis, & similibus fratrum filiis masculis non extantibus, succedant in dictis bonis maternis forores ex parte tantum conjunctæ, unâ cum filiabus ex fratribus præmortuis, ex parte tantum conjunctis in stirpem, & non in capita. Sed prædictis personis, vel aliqua ex eis non extantibus, vel hæreditatem repugnantibus, succedant in omnibus bonis undecumque quæsitis, patris ipsius defunctæ personæ, & filii masculi præmortui præmortuorum in stirpem, & non in capita. Quibus non extantibus succedant alii agnati masculi conjuncti ex linea transversali, usque ad tertium gradum inclusivè, salva gradus prioritate, & veniant in capita, & non in stirpes. Prædictis autem, vel aliquo eorum non extantibus, succedat mater defunctæ personæ si ad secundam vota non transiverit, & vidualem vitam servaverit. Matre autem prædicta non extante, vel ad successionem, ut supra non veniente, succedat avia paterna, & ea non extante, succedant aliæ femine ascendentes, ex linea paterna venientes, salva gradus prærogativa. Et prædictis non extantibus, succedant amittæ, & filia femine præmortuorum præmortuorum, & filii masculi, & femine ex fororibus præmortuis utrinque, vel ex parte tantum conjunctis defunctæ personæ in stirpem, & non in capita. Ita tamen quod extantibus masculis, & feminis, ex eadem forore natis, ipsi masculi feminis præferantur. Supradictis verò personis non extantibus, succedat mater defunctæ personæ, quæ ad secunda vota transiisset. Si verò nulla ex dictis personis superesset, vocentur ad successionem priores in gradu, sive sint agnati, sive sint cognati, sive masculi, sive femine, sublata in eis differentia sexus, agnationis, & cognationis, & tunc per capita succedatur. Et in prædictis omnibus, & singulis, ubi de gradibus fecimus mentionem, fieri debeat computatio graduum, secundum computum Decretorum. Et omnia prædicta in materia successionum ab intestato, habeant locum in quibuscumque decedentibus ab intestato, sive decedentes fuerint tales, qui testari potuissent, sive quomodocumque testari non potuissent, & in quibuscumque testantibus; quorum tamen testamenta non tenuerunt.

De dote constituenda mulieribus exclusis à successione per masculos. Cap. 16.

Quia filii masculi primum locum tenent in succedendo, & femine ab ipsis masculis excluduntur, ne propter hoc ipsis mulieribus taliter exclusis desit debita provisio, statuimus, quod si pater, seu mater, seu avus, vel avia, filiabus, vel neptibus, seu proneptibus dotes constituerint, seu taxaverint, sint, & esse debent dictæ filia, seu neptes, seu proneptes contentæ, & tacite dotibus constitutis, nec ultra aliud petere possint de bonis ejus personæ, quæ dotem constituerint, & taxaverint. Sed ubi per ascendentes non fuerit taxata, vel ordinata quantitas dotis, tunc fratres, & alii, qui eas à jure succedendi exclusissent, teneantur ipsas mulieres exclusas dotare, & pro eis dotem solvere, tempore infra ordinato, usque ad quantitatem congruam, consideratis facultatibus hæreditatis, & secundum qualitatem, & dignitatem personarum, arbitrio Judicis, & sint, & intelligantur omnia bona patris, & ascendentium, & eorum, qui ipsas à successione exclusissent, obligata, & hypothecata ipsis feminis exclusis ex tempore mortis patris, vel ejus ascendentis, à cuius hæreditate fuissent exclusæ, ita quod creditoribus, & emptoribus, & aliis quibuscumque posterioribus, ad quos dicta bona quocumque titulo pervenerint, præferantur. Et ubi per ipsos ascendentes non fuerit quantitas dotis taxata, teneatur Judex infra mensem, postquam inde pro parte mulieris fuerit requisitus, quantitatem taxare, in prædictis dignitate, & qualitate personarum, & facultate hæreditatis. Et facta taxatione à Testatore, vel à Judice, non teneantur fratres, & alii, qui ipsam mulierem à successione exclusissent, quantitatem taxatam; & ordinatam solvere, nisi cum dicta mulier fuerit nubilis ætatis, & legitime desponsata; tunc enim, ad requisitionem ipsius mulieris, vel sui curatoris, teneantur dotem taxatam, & ordinatam solvere, cum effectu: Et in omnibus, & singulis prædictis procedatur summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & sine ordine juris, & statutorum, & absque libello, & absque alia solemnitate quacumque, ita quod de facto taxatio fiat, & compulsio ad solvendum qua-

ritatem taxatam, ut dictum est. Et in dicta taxatione Judex possit se extra iudicium informare à propinquis, & vicinis, & amicis, & prout suæ discretioni videbitur. Et à præceptis, & processibus, quæ, seu qui propterea fierent, non possit appellari, supplicari, vel querela moveri, seu ad aliquem Judicem contra dicta præcepta, vel processus, recursum haberi: Et si femina dotanda, maritata, vel desponsata non esset, tamen prædicta taxatio non differatur, quia licet non possit esse dos sine matrimonio, tamen facilius, & habilius poterit maritari, si dos fuerit taxata: Et prædicta omnia etiam vendicent sibi locum, non obstante quod mulier esset minor 12. annis, nam etiam talis mulier poterit commodius desponsari, si dotis quantitas fuerit taxata: & ultra prædicta tales mulieres, quæ essent à jure successionis exclusæ, debeant alimentari, & eis alimenta præsententur per eos, qui illas à successione exclusissent, donec fuerit dos ad integrum soluta: Et dicta alimenta sint honorabilia, & congrua, secundum facultates hæreditatis, & conditiones personarum, & pro dictis alimentis, intelligantur omnia bona hæreditatis prædictæ obligata. Et ad dicta alimenta præstanda compellantur illi, qui dictas mulieres exclusissent, de facto, & sine processu, prout Judici videbitur. Et quæ dicta sunt de dotibus constituendis, vendicent sibi locum, etiam in correidis, quæ taxari, & talibus mulieribus dari, & tradi debeant cum effectu, prout supra de dotibus dictum est.

MANTUANÆ CIVITATIS.

PARTICULA VI.

De successione ab intestato.

UT familiarum dignitas, nomen, & ordo serventur, & bona morientium in eorum agnatos, & potestatos transmittantur, per quos nomen generis conservetur. Statuimus, & ordinamus, quod existentibus, ascendentibus masculis, seu etiam collateralibus, & agnatis ascendentibus masculis, vel descendentibus per lineam transversalem, & lineam masculinam conjunctis usque ad quartum gradum (gradu inclusivè secundum juris canonici ordinem computato) qui ad successionem personæ defunctæ admitti velint, & possint, matres, & ascendentes per lineam maternam, & femine ascendentes etiam per lineam paternam suis descendentibus non succedant, sed habeant, & habere debeant dumtaxat in bonis prædictorum suorum descendendum debitum bonorum subsidium, videlicet tertiam partem portionis, quæ eidem ab intestato obveniret; Illis verò non extantibus, seu succedere nolentibus, vel non valentibus, succedant, & succedere possint matres, & alii, & aliæ per maternam, & paternam lineam ascendentes, vel paternam secundum gradum proximitatis eorum, & secundum jura communia. In ascendentiis autem bonis, masculis ex linea masculina descendentibus extantibus, qui de jure admitti possint, & velint ad successionem ascendentiis mortuæ personæ, femine descendentes ex masculis, & masculi ex feminis descendentibus, non succedant; sed eo casu debeant de bonis prædictis competenter dotari, & honorificè secundum patrimonium, à quo excluduntur, facultates tempore mortis defunctæ personæ extantes, & ipsarum mulierum dignitatem, & conditionem personæ viri. Ita que honorificè secundum suarum, & suorum ascendentiis personarum conditionem nubere possint; Quam quidem dotem habere debeant tempore, quo nubent, & nuptui tradentur, Interim autem alii, & alimentari debeant competenter per dictos masculos descendentes, eidem ascendentiis succedentes, à quibus & per quos femine ipsæ præsentis statusi dispositione excluduntur, & in domo prædicti sui ascendentiis, de cuius successione ageretur, cum dictis hæreditibus, seu cum altero ex eis si ipsæ femine apud aliquem eorum elegerint habitare, morari possint, & debeant, apud quem alii, & alimentari debeant condenter, omnibus succedentium expensis; Et si apud eos, vel eorum alterum morari non potuerint propter eorum, vel alicujus eorum, & familiaris suæ culpam, tunc seorsum ab eis possint, & valeant habitare, & per eos omnibus necessariis alii, & alimentari debeant, expensis dictorum succedentium; Si verò ad Religionem intrare voluerint, tunc similiter dotentur honorificè, prout eis expediens fuerit, secundum patrimonii facultatem, & ipsius personæ, & generis sui, & Monasterii, in quo ingredi volunt, si verò dictæ femine per ascendentem, de cuius successione tractatur, dotatæ fuerint, sint ipsæ, & ex eis descen-

dentes dote prædicta contentæ; Et ulterius in bonis suis, extantibus masculis supradictis eidem defuncto succedentibus, nullum jus habeant, vel regressum in bonis ipsius ascendentiis, à quo dotatæ fuerint inter vivos, seu in ultima voluntate; Descendentes autem masculi ex feminis, qui hujus statusi dispositione ab agnatis masculis excluduntur, in bonis ipsis dumtaxat habeant eorum legitimum portionem, quæ eis deberetur, seu deberi posset de jure communi; In bonis autem ejus ascendentiis, à quo dotatæ non fuerint habeant, & habere debeant ipsæ mulieres semel ab ipsis de dote, & ex eis masculi descendentes tantum, quantum eis dari deberet jure naturæ, occasione legitime in bonis illius, de cuius hæreditate agitur; Et jus sibi competit ad illud in bonis prædictis, & non ultra plus petere valeat, seu possit; In successione autem transverfali, & aliorum consanguineorum, & conjunctorum, supradicti agnati masculi usque ad quartum gradum, gradu secundum juris canonici dispositionem computato, excludant feminas, & agnatas, & cognatas, masculos, & ex agnatis feminis descendentes excludant, si ipsi agnati masculi ad dictas successiones admitti de jure potuerint, & voluerint; Addimus insuper, quia sæpe contingit mulieres adesse puperes, quod non habent, undè se dotare possint, nec etiam eorum parentes, quod fratres utrinque conjuncti, seu consanguinei tantum teneantur, & debeant eorum sorores conjunctas ut supra, quæ non habent bona propria, vel paterna, ex quibus se dotare possint, congruenter dotare, juxta eorum facultatem, & patrimonii qualitatem, & personarum conditionem; Ita tamen, quod dictæ eorum sorores aliàs à parentibus dotatæ non fuerint, & ut circa ipsius dotis constituendæ, & alimentorum, non possint inter ipsas personas dotandas, & alimentandas quæsitio aliqua generari; volumus quod ubi dictæ femine sic exclusæ, cum prædictis à quibus dotari, & alii deberent videlicet, de modo, & quantitate dotis, & alimentorum constituendorum forent in concordia, sed discordes essent; Quod tunc dotes ipsæ, & alimenta constituantur per Dominum Potestatem Mantuæ, cum consilio, & assensu duorum utriusque partis proximiorum consanguineorum agnatorum, seu cognatorum, si agnati non extant, secundum personarum conditionem prædictarum, & facultatem hæreditatis, & patrimonii supradicti; Et ubi de facultate dictæ hæreditatis, & patrimonii probatio vera, seu clara haberi non possit, dotentur eo casu, & de illis dos constituatur prout opus fuerit, & necesse, secundum qualitatem, & conditionem personarum suarum, & generis earum, & viri conditionem, & similiter eo casu alimenta constituantur; quorum determinationi stari debeat, nec alio modo, via, jure, vel causa possit, seu valeat reclamari, seu contradicere, sed plenum sortiarum effectum, & per omnia effectualiter debeat executioni mandari, omni querela, contradictione, reclamazione, appellatione quacumque & defensione remotis; Addimus etiam quod fratres, sorores suas indotatas, quæ aliàs dotatæ non fuerint, quæ nihil haberent, & de bonis patris dotari non possint, de bonis eorum propriis dotentur, & dotari teneantur, ut honestè, & honorificè secundum earum, & ipsorum conditionem nubere possint, & valent, & pudicam, & honestam vitam ducere; Et super prædictis omnibus Dominus Potestas, & ejus Judices procedere teneantur, & debeant summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, sine libello, & aliqua solemnitate juridica, compellendo prædictos ad observantiam præmissorum, captis pignoribus, multa indicta, & etiam per capturam personarum, & omnibus juris remediis, prout opus fuerit, & necesse; Ex testamento autem succedant, & succedere possint, masculi, & femine passim, & absque personarum defectu, sicut fuerint instituti, & institutæ, non obstantibus supradictis, sexus ratione non habita; Contra testamentum autem, vel ultimam voluntatem prædictorum suorum ascendentium, & personarum, de quibus est expressum, seu etiam præter, non possint dictæ femine, nec ex eis feminis descendentes etiam masculi succedere, quomodo testamentum, seu ultimam voluntatem querelando, seu infringendo, seu etiam ad supplementum agendo, & jus sibi competere ad illud in bonis prædictis, & non ultra plus petere valeant, seu possint; In successione autem transverfali, & aliorum consanguineorum conjunctorum supradicti agnati masculi, usque ad quartum gradum, & ulterius possint habere, nisi prout, & sicut in testamento, & seu ultima voluntate facta, & ea cessante, ab intestato, secundum for-

mam præsentis statusi succedere esse permiffum, & ad eorum bona vocantur, & solum usque ad quantitatem, seu portionem eidem præsentis statusi permiffum est, & non ultra, nec aliter quomodocumque de bonis prædictorum percipere, & habere possunt; Et si in casibus supradictis, quibus femine excluduntur à successione suorum ascendentium, ipsi masculi, ad quos ex forma præsentis statusi successio defertur cum onere dotandi, sive dotationis, seu doris constituendæ, feminis exclusis, ipsas feminas magis vellent ad successiones ipsas unâ cum eis admitti, quam subire onus dotandi, seu dotationis, quo casu masculi ad dotandum eas minime teneantur, sed cum eidem dictæ mulieres succedere possint, & prout ipsi masculi duxerint eligendum; Et quæ superius dicta sunt de successione ab intestato vendicent sibi locum in successione quomodocumque ab intestato, & sine testamento decedentium, & etiam si de jure, vel de facto testari non possent, seu potuissent.

MEDIOLANEN. CIVITATIS.

PARTICULA VII.

Qualiter masculi descendentes præferantur feminis in successione ab intestato utriusque sexus.
Cap. 278.

IN successione ab intestato ex linea masculina, decedentium ab intestato, masculi descendentes præferantur feminis natis in eodem matrimonio, & etiam feminis ex alio matrimonio natis, & ab eis feminis, tam ex primo, quam ex alio quolibet matrimonio natis descendentibus, ut supra, & etiam ex eis feminis natis ex descendente masculo præmortuo, ante mortem ejus ascendentiis, ex linea masculina, de cuius hæreditate tractari contingeret. Teneantur tamen, eo casu, ipsi masculi dotare temporaliter, vel spiritualiter decenter, secundum qualitatem personarum, & vires patrimonii ipsius decedentis, eas feminas ex linea masculina descendentes exclusas, ut supra, infra decimum octavum annum suæ ætatis completum ad minus, si dotatæ non fuerint. Et interim teneantur eas concedenter alimentare. Et si prædictæ mulieres non fuerint dotatæ infra tempus prædictum, ut supra admittantur ad petendum usque ad tertiam partem ejus, quod habituræ essent de jure communi, si decedisset ascendens ab intestato, ac si fuissent hæredes à principio pro ipsa tertia parte, quam tertiam partem possint consequi, in & super bonis per dictum defunctum relictis. Et eo in casu intelligantur fuisse, stetit, & perseverasse in possessione, & tenuta dictæ tertiæ partis, ac si à principio fuissent hæredes, non obstante aliqua alienatione, facta per dictos masculos excludentes. Et cridæ factæ de ipsis bonis non præjudicent dictis mulieribus, pro ipsa tertia parte. Salvo tamen quod si prædictæ mulieres infra dictum tempus non dotatæ, & ut supra, elegerint potius dotari concedenter, quam dictam tertiam partem, ut supra, consequi id peragere possint, & ad id admittantur. Et si fuerint alias dotatæ, & desiderint esse dotatæ propter mortem viri, quod debeant eas alimentare, & iterum dotare, si nubere voluerint, vel religionem intrare, computato tamen eo, quod super fuerit, vel ipsæ mulieres consequutæ fuerint ex prima dote, & quam dotem, facta computatione, ut supra teneantur prædicti masculi dare, vel alias satisfacere ipsis mulieribus infra sex menses, à die requisitionis factæ per ipsas mulieres nubere volentes, vel religionem intrare. Et si infra dictos sex menses non dotaverint, vel non satisfecerint pro dote, ut supra, mittantur dictæ mulieres in possessionem tot bonorum dotare debentis, vel debentium, pro summa dupli primæ dotis, facta computatione, ut supra, in qua possessione manentur, donec fuerit sibi integrè satisfactum, ut supra, nec eo casu, fructus computentur in sortem. Et si earum mariti deducti fuerint ad inopiam, masculi eas excludentes, ut supra, & eorum hæredes teneantur eas alimentare, si aliunde non habeant, undè se alimentent.

De eodem, Cap. 279.

IN successione verò ascendentiis, ex linea feminina, ab intestato decedentis, masculi descendentes ejusdem matrimonii, præferantur feminis, ex eodem matrimonio descendentiis, & ab eis feminis descendentiis, ac etiam feminis, natis ex descendente masculo, ex eodem matrimonio nato, præmortuo ante mortem ejus ascen-

dentis ex linea foemina, de cujus haereditate tractari continget. Si vero descendens ex linea foemina, & ut supra contigerit habere descendentem, vel descendentes ex alio, vel aliis matrimonii, quod tunc, & eo casu, masculi alterius matrimonii, seu aliorum matrimoniorum, excludant foeminas, natas ex eodem matrimonio, & ab eis foeminis descendentes, ex filio praemortuo ante ascendentem, ex dicta linea foemina, de cujus haereditate tractari continget: hoc intellecto, quod in praedicta successione ascendens, vel ascendendum, ex linea foemina, foeminae exclusae per masculos, faciant partem, per respectum ad alium, vel alios descendentes, masculum, vel masculos, & foeminas alterius matrimonii, seu aliorum matrimoniorum, ad commodum masculi, vel masculorum excludendum. Si vero contingat, ex uno matrimonio, vel pluribus, superesse tantummodo foeminam, vel foeminas, ex descendente ex linea foemina, descendente, vel descendentes, & ex alio matrimonio, vel ex aliis adesse masculum, vel masculos, descendentes ex linea foemina, de cujus haereditate tractari continget, quod ipsa foemina, vel foeminae, siquae descendentes, ex eorum ascendente persona admittantur ad successionem talis ascendens, decedentis ex linea foemina, cum aliis descendentes masculis, alterius matrimonii, seu aliorum matrimoniorum, quemadmodum si fuisset masculus, vel fuissent masculi.

De eodem, Cap. 280.

Idem in omnibus, & per omnia referendo singulis singulis, & congrua congruis servetur, si talis ascendens decesserit testatus, quod masculi descendentes ex linea masculina semper, & in omni casu praerantur foeminis natis ut supra, & ab eis foeminis descendentes masculis, & foeminis, etiam gradu proximioribus. Nec possint ipsae foeminae, vel etiam masculi, ex eis foeminis descendentes, existentibus descendentes masculis, ex linea masculina, aliquid aliud petere in bonis talis ascendens, vel ascendendum sic decedens, vel decedendum, ex testamento, nisi quatenus ipse ascendens in suo testamento, vel ultima voluntate eis relinquere voluerit, cum eis foeminis satis sit eas deceter alimentari, & dotari, ut supra, & intelligantur esse legitime, & deceter dotatae, quando in ultima voluntate, ab ascendente fuerit certa quantitas eis relicta, vel aliud relictum, & per eas postea habita, vel habitum, vel quod per debentes dare non steterit quo minus non habuerint.

Qualiter foemina, vivente ascendente suo dotata, etiam intelligatur esse dotata, Cap. 281.

Si foemina, vivente ascendente suo masculino, ex linea masculina, est, vel fuerit tradita matrimonio temporali, & fuerit dotata aliter, quam de bonis propriis ipsius foeminae, vel quam per extraneam personam contemplatione ipsius foeminae & hoc confiteri, intelligatur fuisse idonee dotata, etiam respectu facultatum bonorum maternorum, seu etiam aviae, sive ipsa ascendens tunc vivebat, sive non. Idem, & si foemina secundum dispositionem ipsius sui ascendens in vita, vel post vitam ejus ascendens, habuerit, eaque ab ipso suo ascendente eidem fuerint disposita nomine dotis, seu relicta nomine dotis, vel praedicti excludentes parati fuerint cum effectu dare.

Qualiter frater in successione praeratur sorori, Cap. 282.

Si foror dotata fuerit per fratrem temporaliter, vel spiritualiter, idonee, ut continetur supra, in statu incipiente in successione, tunc frater praeratur forori in successione cuiuscumque ascendens ab intestato, vel ex testamento decedens, secundum formam dicti statuti incipientis, in successione.

NEAPOLITANÆ CONSUECUDINES.

PARTICULÆ VIII.

De successione ab intestato tit. i. Consuetudo, 1.

Si moriatur aliquis, vel aliqua intestatus, vel intestata, relicti filii, vel filii, nepotibus, vel nepotibus, & deinceps, seu nepotibus solum ex praemortuis filiis, filii una cum nepotibus, & nepotibus, & deinceps succedant

parentibus in stirpem, & tenentur ipsi successores maritare foreores, & amitas secundum paragium, & facultates.

Eas autem ipsi successores differentibus maritare, utque ad annos sexdecim completos, secundum paragium, & facultates, ut dictum est, succedunt, & possunt petere de bonis paternis, virilem, ut fratres, & alii successores praedicti, qui tenentur eis dare paragium.

Idem juris est in nepotibus, & nepotibus, & aliis liberis descendentes, avis, vel proavis ab intestato descendentes, non extantibus parentibus eorum nepotum, vel nepotum, seu pronepotum, & pronepotum.

Et omnia, quae dicta sunt de nepotibus, pronepotibus, nepotibus, & pronepotibus, & deinceps, intelligantur in descendentes ex masculis.

Si quis, vel si qua ab intestato decesserit filiis, seu liberis legitimis non extantibus, tunc proximiores ex parte patris succedant in bonis omnibus defuncti, praeterquam in bonis, quae obvennerunt eidem defuncto à matre, vel aliquo ex linea materna, in quibus proximiores ex parte matris succedant.

Sed si morienti ab intestato absque liberis superint frater, seu fratres, nepotes, & pronepotes, & in infinitum descendentes ex fratre, vel fratribus praemortuis, tunc licet frater sit in gradu proximior decedenti, nihilominus filii, vel filiae, nepotes, & nepotes, pronepotes, & pronepotes, & alii descendentes ex fratre, vel fratribus praemortuis aequaliter succedunt cum fratribus defunctae personae, in stirpem scilicet, ita quod si inter ipsos nepotes, & pronepotes, & deinceps fratrum praemortuorum sint foeminae, quae habeant fratres consanguineos, ipsae mulieres à praemissa successione excludantur, cum fratres ipsas habeant maritare, ut superius dictum est.

Quod autem dictum est in fratribus, nepotibus, & pronepotibus, & pronepotibus fratrum demortuorum, & deinceps, eis non extantibus, intelligendum est de aliis in ulterioribus gradibus existentibus agnatis, vel cognatis. Et in praemissis appellatione fratris foror non continetur, praeterquam si foror partem, ut unus ex fratribus habuisset de bonis parentum, tunc enim ipsa foror ejusdem conditionis est, quoad praedicta, ac si esset masculus, & ejus filii descendentes habentur quoad id, sicut filii, & alii descendentes ex masculis.

PAPIEN. CIVITATIS.

PARTICULÆ IX.

Quod mulieres maritatae non veniant ad successionem cum fratribus, nisi ut infra, Rub. 95.

Item statuimus, quod, sine testamento, mulieres maritatae, & dotatae, vel dotatae, & non maritatae, & intelligantur dotatae, si fuerint maritatae de bonis avitis, paternis, maternis, fraternis, vel filiorum fratris, vel in ordine professae, & filii, & descendentes ex ipsis mulieribus, non faciant partem cum fratribus in ordine non professis expressè, vel tacite in haereditate avita, paterna, materna, vel fraterna, neque in dote materna cum masculis filiis fratrum non professis. In capillis vero mulieres extantes, vel non dotatae, cuiuscumque aetatis sint, faciant partem, nisi fratres, vel filii fratrum masculi non professi eas dotaverint, vel parati fuerint eas, cum effectu dotare, secundum qualitatem patrimonii, & personarum. Declarantes quod si dicta mulier dotata fuerit, vel fuit, vivo avo, sed mortuo patre, praesumat dotata de bonis avi, si vero fuerit dotata vivo patre, praesumat dotata de bonis ipsius patris. Si vero mortuo patre, sed vivo fratre mulieris, praesumat dotata de bonis ipsius fratris. Et si patre, & matre mortuis, sed vivo filio fratris dotata fuerit, praesumat dotata de bonis ipsius filii fratris donec per ipsam mulierem contrarium probetur, quicumque casus fuerit ex superscriptis casibus. Et intelligatur in fratribus, & fororibus utroque parente, vel ex patre tantum conjunctis. Praedictae vero mulieres in capillis extantes non maritatae, cuiuscumque aetatis sint, volentes se matrimonio copulare, vel alicui Monasterio se dedicare, succedant simul cum fratribus, & filiis fratrum, pro rata sibi contingente de bonis defuncti, in usufructu tantum, quousque dicta talis mulier velit dotari, & se matrimonio copulari, quia tunc dotetur, ut superius dictum est: Et hoc statutum habeat locum in praeteritis, pendentibus, & futuris.

PISANÆ CIVITATIS.

PARTICULÆ X.

De successione ab intestato. Lib. i. Cap. 37.

Cum successione ab intestato tres sint ordines descendendum, ascendendum, & collateralium, in successione semper prima causa sit liberorum, & si ulteriori gradu quis sit constitutus, dummodo masculo extante, id est personae defunctae filio, vel ejus sobole masculini sexus, & per masculinum sexum descendente, foror id est defunctae personae filia, vel ejus soboles non succedat. Et liberi cuiuscumque sexus loco suorum parentum antea defunctorum, vel defunctorum, hoc est in eam haereditatis partem, in quam successurus fuisset parens defunctus, vel defuncta, ad successionem avi, vel proavi, aviae, vel proaviae, vel caeterorum, secundum jam dictum modum, succedant, videlicet, quod extantibus masculis, & per masculinum sexum descendendum, foemina, vel per foeminum sexum descendentes ab haereditate jam dicta excludantur. Quae successiones omnes fiant in stirpem, & non in capita. Hoc intellecto quod extantibus nepte, vel pronepte, una, vel pluribus etiam ex filio masculo praemortuo, una cum filia, vel filiabus, vel earum sobole in stirpem succedant.

SENEENSIS CIVITATIS.

PARTICULÆ XI.

De successione ab intestato in haereditatibus matris, avi, & aviae matris. Cap. 154.

Nulla mulier matri suae, nec aviae maternae, vel proaviae, avo, vel proavo materno succedat, & nedum ipsa, nec descendentes ex ea succedere possint, quandiu superfuerint filii, vel descendentes masculi, unus, vel plures ex dicta matre, vel ex avo materno, vel avia materna, proavo, vel proavia, ex ipsis filiis masculis ex legitimo matrimonio procreati; declarando ad tollendas lites, quae oriri possent ob contrarias Doctorum opiniones super hoc statuto, & ad evitandos sumptus litium, quod deficientibus masculis praedictis descendentes ex foeminis, de quibus supra, etiam non concepti de tempore mortis ejus, de cujus haereditate agi contigerit, admittantur, & ad successionem hujusmodi reintegrentur.

De successione ab intestato, Cap. 155.

Statutum est, quod si qua persona ab intestato decesserit, si quidem ex ea superfuerint masculi descendentes per lineam masculinam, legitimi, & naturales, illi in successione omnibus praerantur, secundum gradus prioritatem, & foeminae extantibus dictis masculis excludantur, dum tamen foeminae descendentes per lineam masculinam doctentur, secundum formam statuti sub rubrica de Dote constituenda mulieribus exclusis à successione per masculos.

De successione ascendendum ex latere matris, Cap. 156.

Si qua persona decesserit ab intestato sine filiis legitimis, & naturalibus, & sine ascendentes ex linea paterna, & non superfuerint frater, vel forore, sive filio, vel filia fratris, vel fororis ipsius defunctae personae ex eodem fratre, vel patruo non superfuerint tempore suae mortis, non permittatur mater, avus, vel avia talis personae defunctae ex parte matris ad plus venire, quam ad quartam partem legitimae successione ab intestato omnium bonorum, & rerum, praeter domos, & Castella olim talis defunctae personae; Reliqua vero bona habeant parentes masculi ex parte fratris, avi fratris usque ad quartum gradum secundum computum Decretorum proximioris ordinis; Et si superfuerint tali defunctae personae frater, vel foror, sive filius, vel filia fratris, vel fororis, vel patruus, vel pa-

truelis; tunc mater, vel avus, vel avia, ex parte matris in nullo succedat; & hoc locum habeat in mulieribus Civitatis Senensis suppositis, non obstantibus si non remaneant in domo filiorum, vel filiarum de tempore mortis eorum. Aliae vero mulieres extra Civitatem Senensem, vel jurisdictionem commorantes nullo modo admittantur, vel veniant ad successionem filiorum, filiarum, nepotum, neptum de Civitate supra dicta, & vel jurisdictione.

De successione Collateralium, seu Transversalium, Cap. 157.

Statutum, & ordinatum sit, quod si qui, vel quae decedat ab intestato sine ascendentes ex linea paterna, & descendentes, succedant ejus fratres carnales masculi ex utroque parente, & eis ex utroque parente non extantibus, succedant fratres consanguinei ipsius, vel ex parte tantum fratres, & consimilium fratrum filii in stirpes, exclusis prorsus fororibus carnalibus talis defuncti ex utroque parente, & exclusis filiabus fratris carnalis, quae fuissent nuptae, vel dotatae; Et si dictae mulieres non essent dotatae, & non haberent unde possent convenienter dotari, habita consideratione facultatum, & qualitatum familiarum, & si tractaretur de successione fratris, vel patris, debeant convenienter dotari de bonis ejus, de cujus haereditate agitur; alia admittantur ad successionem praedictae defunctae personae, servata gradus praerogativa, & hoc fiet, vel sit in electione eorum, qui ipsas mulieres excludunt virtute praesentis statuti, exclusis fororibus, & filiabus fororum Monasterium ingredientibus, vel Monasterio dedicatis tempore obitus ejus, de cujus haereditate ageretur, & filii, & filiae dictarum fororum si viverent dicti fratres carnales, & filii fratrum, vel aliquis eorum.

CONSTITUTIONES.

Utiusque Regni Siciliae.

PARTICULÆ XII.

Lib. 3. tit. 26. de successione filiorum Comitum, & Baronum. Imper. Feder.

In aliquibus Regni nostri partibus Consuetudinem praeviam audivimus haecenus obtinuisse, quod in bonis Comitum, Baronum, vel Militum, qui decesserint filiis masculis, non relicti, filiae non succedunt, sed consanguinei quantumcumque remoti, masculini sexus, tam bajulum pueliarum ipsarum, post mortem patris, accipiunt, quam successione usurpant, & ipsas pro ipsorum dispositione maritant. Quod quidem, & naturae dignoscitur esse contrarium, quae parentum votis absque discretionem sexus, tam masculos, quam foeminas commenda vit, & juri, tam communi, quam nostro specialiter derogatur. Hac igitur lege nostra, per universas partes, & singulas Regni nostri vilitura, sancimus, patre mortuo, tam filios, quam filias puberes, aut majores, minorese ad parentum successionem, absque sexus discretionem vocari. Si autem filii masculi una cum filiabus foeminis, aut etiam fororibus patri decedenti superfuerint, cuiuscumque conditionis pater fuerit, Francus videlicet, aut etiam Longobardus. Miles, vel Burgensis, in successione bonorum praerferri volumus masculos foeminis. Dum tamen sorores, aut amitas, fratres, aut nepotes pro modo facultatum suarum, & filiorum superfuerint numero, secundum paragium, debeant maritare. Caeterum si tantum foeminae superfuerint fuerint, ipsas, si majores sint, exclusis aliis consanguineis, volumus ad successionem admitti. Si vero minores filiae, Comitum, Baronum, aut Militum superfuerint fuerint, ipsarum bajulum nostra excellentia recipiat ipsum, vel sibi tenendum, vel alii, qui ex fide illud gerere debeat, juxta approbatam regni consuetudinem, concedendum: ac deinde ipsas, cum ad nubilem aetatem pervenerint, & bajulum nostrum vel alterius supervenientem quantumdecimum annum exceperit, de provisione mansuetudinibus nostrae, Deum habentes praep oculis, cum bonis omnibus; quae pariter fuerint, secundum paragium, curabimus maritare.

RESPONSUM

MARCELLI SEVEROLI

Illustriff. & Reverendiff. D.

MARCELLI SEVEROLI

Signatura Justitiæ Votantis &c.

In Causa Florentina Legitimæ.

INTER ILLUSTRISSIMOS DD. FRATRES MARCHIONES DE FERONIS.

FLORENTINA LEGITIMÆ.

Inter Illustriff. DD. Fratres

MARCHIONES DE FERONIS.

Stante Statuto Florentino, Fœminas à successioneibus ab intestato excludente *lib. 2. Rub. 130.* quod integrum refert Angel. *conf. 344. in princ.* & habetur etiam impressum, unâ cum novis Reformationibus, per Card. de Luc. *de Statut. Successionib. inter Partic. Statut. extra Stat. Eccles. Partic. 3. fol. 361. & seqq.* Vigore cujus, nec etiam dotem succedere loco legitimæ est constans, indubiaque Juris-Consultorum, & Tribunalium ejusdem Civitatis sententia. In istius facti specie in qua Marchio Franciscus Testator obiit relictiis quinque filiis, nempe duobus masculis, & tribus fœminis jam dotatis & nuptis, non tam facile esset respondere, quata sit dicenda portio legitimæ, quæ posset competere Marchioni Francisco Silvio, quatenus à Paterno judicio recedendo, ejusque dispositionem repudiando beneficio legis utendo, eandem tanquam sibi de jure debitam, petere vellet, Si celeberrima, seu ut ait Roman. *in l. 1. num. 62. C. quando non peten. par. ardua,* & subtilis illa juris quæstio, quæ ad id occurrit discutienda: An nempe fœminæ vigore statuti exclusæ faciant numerum, & partem, licet non admittantur ad partem, ad augendam legitimam favore masculorum, ita ut de Triente perducatur ad Semifsem, effectum cum iis determinanda, quæ olim interpretes, tam in Scholiis, quam in Foro confusè distulerunt, cum in tam varias, & diversas iverint sententias, ut quoties de ea loquuti sunt, quasi in Labyrinthum ingressi, regressus viam reperire non poterint, & rem semper magis perplexam, & involutam reddiderint, ut adnotat Thefaur. *decis. 159. sub num. 1.* adeo ut peritissimi etiam juris periti interdum ignoraverint, quid tenendum, ut de ipso testatur Fulgol. *in Auth. Novissima, C. de inoffic. Testam.* & referunt Burlat. *conf. 92. num. 39. lib. 1.* & Hartman. Pastor. *quæst. Jur. lib. 1. quæst. 8. sub num. 1.* Et quoties decidenda ipsi fuerat proposita, nunquam sibi dubium existerent, atque accipitæ eura semper fuerint torti, quam veriorum, & Juris magis consonam sententiam essent dejudicaturi, ut propterea communiter existimaverint, nedum utrumque defendi posse, sed imò valere Judices, ob magnam rei perplexitatem, in quam maluerint partem inclinare, & sine reprehensionis nota unam, vel alteram opinionem amplecti, ut præ cæteris adnotat Petr. Gilken. *in Auth. Novissima, Cod. de inoffic. Testam. Decis. conf. 607. num. 15. vers. & post longam discussionem,* Gaspar. Man. *de Legitim. quæst. 4. num. 40. in fin.* Torr. *de Pact. futur. success. lib. 2. cap. 47. num. 1. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap. 676. num. 10.* & ibi Carol. Anton. *de Luca in Animad. vers. num. 7. in fin.* Ciriac. *controv. 71. num. 1.* Donat. Anton. *de Marin. variat. resol. lib. 2. cap. 93. num. 5.* idem Carol. Anton. *de Luca in Melioration. ad eundem de Marin. variat. resol. lib. 1. cap. 252. num. 5. vers. quæstio est.*

Verum cum postea facta specierum divisione, comperit sit, tantum non esse perplexitatem, quin illa adhibita, Quæstio prætaxa resolvitur valeat, & ex subdistinctione Casuum tuto decerni, quod in jure statuendum sit, qualiterque res in judicio terminanda, ut animadvertunt Fel-

lon. *de Jur. accrescen. cap. 6. quæst. 15. num. 2. vers. sed male,* Carol. Anton. *de Luc. Animad. vers. ad Gratian. discept. forens. cap. 676. n. 7. vers. Tanta autem perplexitas non est,* & innunt etiam Cyriac. *d. controvers. 71. sub n. 1. vers. Nichilominus visa est,* Torr. *de pact. futur. success. d. lib. 2. cap. 47. sub n. 19. vers. Ego tamen puto,* & Rota *in recent. decis. 499. n. 10. & seq. par. 18. tom. 2.* Ideo cum attenda dicta distinctione Casuum in re hæc communiter recepta, & approbata, liquido constare valet in præsentia, tres filias fœminas relictiis à Marchione Francisco dicendas esse facere numerum, & partem ad augendam legitimam favore duorum fratrum masculorum; Fidenter respondendum censemus, eandem legitimam, cujus portionem petere poterit Marchio Franciscus Silvius, itante numero patris filiorum, esse Semifsem, hoc est dimidiam hæreditatis partem, juxta Tex. *in Novell. 18. cap. 1. sive Auth. de Triente,* & Semiff. *§. 1. collat. 3. tit. 3. & in Auth. novissima, C. de inoffic. Testam.* Atque securus, cum respondendo juxta opinionem distinguentem, semper quis dicatur sequi opinionem magis communem, & melioribus ac verioribus rationibus fultam, quemadmodum pariter respondendo in istis terminis alias ponderaverat Curt. Jun. *conf. 268. n. 16. r. 3.*

Quod verò prædictæ tres filie fœminæ sint in præsentia dicendæ facere numerum & partem ad augendam legitimam favore fratrum masculorum, non videtur ambigendum; Animadvertendo, quod pro solutione prætaxatæ quæstionis, præsertim ad effectum de quo agitur, duo sunt considerandi casus principales, eodem modo, quo servavit Craff. *sententiar. §. legitima quæst. 7.* ob id laudatus à Flav. Torr. *ad Stat. Papie in Annot. ad rubr. 9. §. in Civilib. sub n. 19. r. 1.* nam licet nonnulli plures alios addiderint, & præcipuè Thefaur. *decis. 159.* octo casus diversos formaverit, attamen tali diversitate nihil aliud egerunt, quam rem magis involutam, & obscuram reddere, potius quam facilem & claram efficere, dum omnes vel sub eisdem duobus casibus sunt comprehensivi, vel quodammodo inter se contrarii videtur existere, ut ipso Thefauro ob id reprehendo, animadvertit Calvin. *de acquir. lib. 1. cap. 87. num. 3.*

Primus igitur casus est, & qui sine ulla controversia procedit, quod si statutum fœminas excludit, nec illis reservat legitimam, reservat tamen Dotem, ita ut ex verbis ejusdem Statuti colligatur mentem ipsius fuisse, ut Dos cedat loco legitimæ, quamvis non vocentur ad legitimam, tunc eadem, & si non admittantur ad partem, faciunt tamen numerum & partem ad augendam legitimam, quoad omnes juris effectus: sive id masculis expeditur, sive non, ex quo, eo ipso quod vocantur ad Dotem, quæ legitimæ loco succedit, perinde sunt habendæ ac si ad legitimam ipsam vocarentur, stante regula subrogatorum, qua subrogatum censetur eodem jure, quod id in cujus locum subrogatur: Ut sic quemadmodum est certum, quod filie fœminæ, quod vocantur ad legitimam, & partem faciunt, & numerum, nam statim ac ad partem admittuntur, consequens est, ut faciunt partem, ita etiam debent facere, dum vocantur ad Dotem, quæ legitimæ loco succedit, & pro legitimâ reputatur, ut unanimiter firmiter scribentes, & præcipuè Aretin. *in l. planè, §. si duob. col. 5. vers. ff. de legat. primo,* Paris. *conf. 53. num. 76. lib. 2.* Rub. Alexandrin. *conf. 122. num. 3.* Morot. *respons. 23. per tot.* & signanter n. 23. & seq. Brun. *de Statut. exclus. fœmin. art. 13. quæst. 3.* Torr. *ad Statut. Papie, in annot. ad rubr. 9. §. in Civilib. sub num. 202.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 3. à num. 10.*

num. 10. Bellon. *de Jur. accresc. dict. cap. 6. quæst. 15. n. 8. & seqq.* Boff. *de dot. cap. 7. num. 45. circa fin. vers. Quartum quod relictiis,* Trentacinq. *variatur. resol. lib. 1. resol. 3. sub num. 11. vers. in tertio hoc casu,* & sub num. 12. *vers. in primo casu,* Gratian. *discept. forens. cap. 448. num. 37. cap. 594. n. 21. & 22. & cap. 576. per tot. & cap. 942. n. 4. & per tot. Ciriac. controvers. 71. n. 2.* Facchin. *controv. Jur. lib. 4. controvers. 31. circa fin. Sabell. variat. resol. cap. 60. n. 10. Rocca disput. Jur. select. cap. 117. n. 19. 10. 2.* Boer. *decis. 104. n. 11.* Mart. *decis. Pisan. vot. 69. n. 1.* Mart. Medic. *in addit. ad decis. Senens. 7. n. 3.* Torr. *de pactis futur. success. lib. 2. cap. 47. n. 41.* Rota coram Coccin. *decis. 1285. n. 9. repetit. post Gilian. ad Stat. Perusin. decis. 109.* & post Merlin. *de legit. decis. 106.* coram Priol. *decis. 124. num. 18.* & in recent. *decis. 499. n. 11. part. 18.*

Alter verò est casus quando Dos non succedit loco legitimæ, ut quia statutum fœminas dotatas, simpliciter, & absolute excludat propter masculos, prout facit statutum Florentinum, & tunc: Aut agitur ad effectum videndi, an ipsæ non solum faciunt numerum, & partem, sed etiam ut admittantur ad partem, ad effectum ut sibi ipsæ augeatur portio illa legitimæ, quæ ex numero filiorum sequetur, & in hoc, licet hæsitaverint Joannes Baptistia de Caciapulis, & Bartholomæus Soccinus, scribentes super hoc eodem nostro statuto, ut videre est apud eundem Soccin. Senior. *conf. 150. tom. 1.* Pariter communiter est receptum illas nec partem facere ad sui favorem, nec numerum, & Masculorum legitimam esse computandam, nulla earum habita ratione, perinde ac si non essent in rerum natura, quia cum non admittantur ad partem, nec adit Dos, aut aliquid, quod succedat loco partis, consequens est ut non faciant partem, ut patet ex firmatis per Castrenf. *in l. planè 34. §. si duobus n. 8.* & ibidem Jason. *n. 23. ff. de legat. 1. Crot. in l. re conjuncti num. 129. vers. Tertia, ff. de legat. 3.* Decian. *conf. 383. n. 5.* Soccin. Senior. *conf. 75. n. 11. vers. Et tunc quia tom. 3.* Soccin. Junior. *conf. 67. num. 65. tom. 2.* & alios plures apud Bellon. *de Jur. accrescen. dict. cap. 6. quæst. 15. n. 76.* quibus addendus Æmilian. *conf. 1. num. 5.* & 6. ubi quod, cum quantitas legitimæ sit distincta, & reducta ad partem, & quorum totius, quod ille, qui quotam postulat erat habiturus ab intestato, propterea si fœminæ ab intestato non sunt successibiles, non possunt se referre ad illam quotam, quia impossibile est dare tertiam, dimidiam, aut quotam totius, ubi nihil invenitur totum, quo cessante aut non existente, nullæ possunt inservire partes ejus, & voluit Rota Romana coram Ubald. *decis. 421. repetit. post Merlin. de Legit. decis. 74.* & in Æsina fideicommissi 12. Februarii 1629. coram Pirovano, ut in particula, quæ datur in calce num. 2.

Aut verò agitur, ad effectum videndi an faciant numerum, & partem favore masculorum, ita ut pars accrescens non ipsis fide masculis augeatur, & in hoc licet haberi per extraneis, sive non extantibus, & quasi mortuis, ita ut ex eorum persona non augeti quotam legitimæ masculorum, nonnulli crediderint, quorum plures adducunt Balthazar. *Tomaf. tract. var. deced. 1. tract. 4. tit. 6. n. 2.* & 7. Gabriel. *conf. 15. u. 20. & seq. lib. 1.* Farinacc. *conf. Criminal. 206. n. 10. lib. 3.* Buccaciar. *conf. 22. n. 3. & conf. 66. n. 2.* & 3. Ciriac. *controv. 71. num. 2.* & 3. & per tot. lib. 1. Mans. *conf. 14. n. 21. lib. 1.* Postius *resol. civil. 68. n. 136.* & *decis. Bononien. 50. num. 85. & seqq.* & alii, Id comprobantes, ex eo quod habetur de filio exheredato, vel de portato, aut Religionem incapacem ingresso, qui nec facit partem, nec auget quotam legitimæ favore fratrum, cum habeatur pro mortuo, juxta tradita per Alciat. *conf. 201. num. 9.* & 10. lib. 9. Curt. Sen. *conf. 5. n. 2.* & alios cumulat per eundem Balthazar. *Tomaf. ubi mox num. 23.* & Masfull. *in addit. ad Capic. decis. 158. num. 1. in fin.*

Attamen contrariam opinionem favorebilem Masculis magis communiter approbatur Doctores, & juxta eam uti veriorum, & juri magis consonam ferè perpetuè judicatur Suprema Tribunalia, quod nempe fœminæ dotatæ, licet simpliciter, & absolute, à successione, & à legitimâ, vel alterius illius loco succedentis, per Statutum favore masculorum exclusæ remaneant, faciunt tamen numerum, & partem, quoties expedit masculis, & de eorum favore agitur, ab eo, quod ipsæ est utilis, & magis favorebile semper id dimittentes, ut præ cæteris firmarunt Bald. & Castrenf. *in l. si defunctus, ambo sub num. 1. C. de Suis, & legit. heredit. Fabian. de Giochis in repetit. Auth. Novissima num. 216. & 217. C. de inoffic. testament. Alciat. respons. 31. n. 12. lib. 1.* ubi quod ista opinio est verior, &

communior, Soccin. Jun. *conf. 25. sub num. 14. vers. primo quia ut dixi,* & num. 15. *tom. 1.* ubi quod ista opinio est verior, & communis, & ideo tenenda, idem Castrenf. *conf. 286. sub num. 3. vers. prædicta, & vers. ex hoc dico volum. 1.* Cephal. *conf. 245. à n. 20.* & signanter n. 37. & per tot. lib. 2. ubi quod hæc opinio est probabilior, & magis communis, & secundum eam fuit sæpius observatum, Castan. *conf. 53. col. penult. in fin. & col. seq. ubi pariter testatur de commun. Paris. conf. 36. n. 28. cum duobus seqq. lib. 2.* ubi pariter de magis communis, & veriori opinione, referendo n. 30. Soccinum, qui dicit bis pro ea vidisse pronunciatum, & ter ipsum judicasse Burlatt. *conf. 92. n. 30.* & 40. lib. 1. ubi quod fœmina hoc casu faciat partem ad favorem masculi omnes admittunt, & quod residuum, quod est supra dotem masculi accrescat, similiter ex magis communis comprobant omnes Doctores, Corneus *conf. 197. num. 1. ubi circa med. dicit,* quod ita consuluerunt plures Advocati Florentini, & paulo post subdit cum Joanne de Montesperello, quod Doctores id communiter tenent Decian. *conf. 46. n. 21. & seqq. lib. 3.* Laderch. *conf. 12. n. 1. & conf. 126. n. 16. vers. Ceterum,* ubi dicit sententiam hæc esse crebriorem, & veriorum, imò receptissimam, Curt. Jun. *conf. 268. n. 16. & seqq. lib. 3.* ubi quod in judicando ab hac opinione non est discedendum, Adden. ad Alexandr. *conf. 36. n. 7. litt. f. lib. 7.* Honded. *conf. 1. à n. 105. & per tot. lib. 2.* ubi respondendo contrariæ sententiæ in objectis deducit à num. 70. testatur de veriori, & magis communiter recepta opinione, cui se subscriperunt quamplures Celebres Jurisconsulti, & Auditores Rotæ Perusinae, Camill. Medic. *conf. 167. n. 1.* & ibi Capic. Galeott. *in addit. num. 7.* ubi quod hæc opinio est magis communis, Eugen. *conf. 33. num. 70. & seqq.* cui multi insignes Jurisconsulti se subscriperunt, in quo addit, quod nefas esset ab ista opinione in judicando discedere, & *conf. 35. n. 4. & seqq. lib. 5.* & *conf. 100. n. 35. lib. 2.* Menoch. *conf. 207. n. 67. lib. 3.* Rovit. *conf. 70. n. 1. & seqq.* & ibi Altmar. *in addit. lib. 1.* Vultejus *inter conf. Accadem. Marpurgens. conf. 29. sub n. 128. vers. Et quamvis hæc quæstio, volum. 1.* Nicol. Catan. *conf. 19. num. 2.* & 4. ubi quod ista opinio est verior, & Sadarin. *resol. 43. n. 2. vers. quod fideo,* & num. 3. 5. & 6. ubi dicit hanc opinionem esse meliorem, Brun. *de Statut. fœminar. exclus. artic. 13. quæst. 3. num. 44.* & 45. ubi dicit quod alias ita consuluerunt Bartholomæus Soccinus, & Ambrosius Opizonus, & de consilio Campegii fuit judicatum, & sub n. 46. ad fin. asserit, quod hæc opinio est verior, & communis, & quod ipse in facto secundum eam obtinuit, Boff. *tit. de honor. public. sub num. 2.* ubi testatur ita fuisse judicatum per Gubernantes reddituum extraordinariorum Civitatis Mediolani, Torr. *ad Statut. Papie in annot. ad rubr. 9. §. in Civilib. num. 201.* ubi veram, & communem asserit, Craff. *recept. sentent. §. legitima quæst. 4. sub n. 4. vers. aut verò Statutum Petra de fideicommissi. quæst. 15. num. 144.* ubi dicit esse communem, & in judicando sæpius observatam, Kellenbenk. *de renunciat. success. quæst. 37. num. 11. & seqq.* Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 6. num. 34. & quæst. 8. num. 29.* & 30. ubi declarando contrariam opinionem, quam ipse tenuerat lib. 1. tit. 4. *quæst. 3. num. 10. & seqq.* ait eam limitari, quando masculis expedit ut fœminæ facerent partem ad constituendam uberiorem legitimam ad Semifsem, quia hoc casu, cum favore masculorum sit introducta fœminarum exclusio, Dos ad hunc effectum dicitur loco legitimæ succedere, Gaspar. Manz. *pariter de legitim. quæst. 4. n. 41. & duobus seqq. & num. 50.* qui Tractatus est repetitus in alio ejusdem Auctoris Tractatu de testament. *valid. & invalid. tit. 12. pariter quæst. 4. num. 41. & seqq. & num. 50.* Peregrin. *de fideicom. art. 38. num. 24.* ubi dicit hanc opinionem sibi videri multum æquam, & rationabilem, quodve per eam cessant multæ amaritudines, subdens in *vers. quocirca* quod juxta eandem in Civitate Patavina judicarent Menochius, Panciurus, & Discalcius, & licet postea in *vers. seq. subdat,* in alia causa contrariam obtinuisse, additis rationibus tunc à se perpenfis, attamen priorem opinionem ipsum existimasse veriorum, patet ex ibi recensitis, & expressis in *conf. 106. à num. 16. lib. 1.* in quo præcisè testatur hæc esse veritatem, maxime cum rationes in contrarium habet ipso in dicta alia facti contingentia deducit fiat satis frigidæ, & irrelevantes, ut animadvertit Calvin. *de acquir. lib. 1. cap. 87. num. 9.* qui Calvinus hæc eandem sententiam latè comprobato toto illo cap. 87. dicens num. 27. esse veriorum, & quod eam Consultissimi Viri approbant, Bellon. *de Jur. accresc. superius allegat. cap. 6. quæst. 15. per tot. & præcipuè num. 31.*

38. 74. vers. quamobrem verius est 75. & 79. vers. hinc sit, & vers. ex quo intelligimus, ubi nedum dicit hanc opinionem esse veriore...

Quemadmodum etiam secundum eandem opinionem tanquam absolutam, certam, & indubitam iudicantur Suprema Tribunalia...

Et signanter perpetuo eam tenuit Consilium Neapolitanum, ut habetur apud eumdem de Franc. ibid. ubi quod de hoc in illo Tribunali non est dubium...

Ista etiam secundum eandem iudicavit Senatus Mediolanensis, ut referunt Calvin. de acquit. lib. 1. cap. 8. 7. num. 19. & Innocent. de successione municipal. quest. 32. num. 5.

Prout etiam eisdem sententiae fuit Senatus Burdegalensis apud Boer. decif. 104. & praesertim sub nu. 10. & 11. ubi etiam dicit confirmasse, quod ipsemet antea per laudum iudicaverat.

Necnon, & Senatus Gratiopolitanus, ut videre est apud Guido Pap. decif. 295. §. 1. in fine, & Ferrer. ibidem in addit. post med. vers. verior tamen est opinio.

Idemque fuisse servatum in foro Fivanzensi, apparet ex Borgnini Cavalcan. decif. 8. num. 7. part. 3.

Sicuti etiam eandem opinionem praevalluisse in Curia Dolana testatur Grivell. decif. 34. n. 18. & 19. addens ita in eo servari.

Ac pariter secundum eandem decrevit Praetorium Sardiniae, patet ex Dextar. decif. 69. n. 1. & per tot.

Quemadmodum etiam hanc opinionem fuisse receptam à Rota Senensi clarè constat ex Mart. Medic. decif. 7.

Et Rotam Perusinam inconcusse hoc tenuisse, habetur tam ex iis, quae subscripti super allegat. cons. 1. Honded. lib. 2. ubi hæc opinio fuit doctissime firmata, quam etiam

ex iis, quae iudicavit apud Joseph. Ludovic. decif. Perusina. 29. num. 3. lib. 1.

Idemque approbasse Rotam Maceratensem liquet apud Thomat. decif. 23. n. 117.

Atque demum fuisse istam opinionem continuò assertam à Sacra Rota Romana ultra saeculum, satis evincitur, nedum ex iis, quae testantur Honded. superius allegat. cons. 1. num. 105. in fin. lib. 2. & Gratian. pariter in allegat. discept. 676. num. 12.

De Anno MDLXXVII. sub die 1. Februarii, in Romana de Lante coram Aldobrandino, ut in decif. 266. n. 1. part. 1. divers. ubi quod id transivit sine difficultate.

De Anno MDCIV. sub die 25. Martii, in Civitate Castellæ Supplementi legitimæ coram Lancellotto, ut in Particula decisiois, quae datur in Calce num. 1.

De Anno MDCXIII. sub die 1. Julii, in Romana Salviani, coram Damasceno, ut in decif. 477. num. 3. part. 1. recentior.

De Anno MDCXV. sub die 18. Aprilis, in Civitate Castellæ Supplementi legitimæ, coram Lancellotto, ut in decif. 74. n. 4. ex impress. post Merlin. de Legitim.

De Anno MDCXVII. sub die 23. Junii, Romana legitimæ coram Pirovano, ut in decif. 543. num. 7. part. 4. tom. 1. recent. ubi quod ita sæpe dicit firmatum.

De eodem Anno sub die 30. Octobris, in Firmana legitimæ coram Ubaldo, ut in decif. 421. n. 1. inter eiusdem impress. & repetit. post Merlin. de legitim. decif. 74. ubi quod ista opinio est probabilior, verior, & magis communis, acsemper à Rota amplexa.

De Anno MDCV. sub die 16. Februarii, in eadem Firmana legitimæ, coram eodem Ubaldo, ut in decif. 620. n. 6. part. 5. tom. 1. recent. repetit. post Merlin. de legitim. decif. 74.

De Anno MDCXXI. sub die 17. Martii, in Perusina fideicommissi, coram Coccino, ut in decif. 1285. n. 9. inter eiusdem impress. & repetit. post Merlin. de legitim. decif. 106. & post Gilian. ad Statutum Perusinum decif. 109.

De Anno MDCXXIX. sub die 10. Februarii, in Aëfina fideicommissi, coram Pirovano, ut in Particula Decisiois quae datur in Calce num. 2.

De eodem Anno sub die 28. Maii, in Assisina fideicommissi coram eodem Pirovano, ut in Particula Decisiois, quae pariter subnectitur in Calce num. 3. ubi quod in hac opinione Rota residet.

De Anno MDCXXXIII. sub die 3. Junii in Romana, seu Urbeveta legitimæ, coram eodem Pirovano, ut in decif. 1377. num. 13. part. 6. recent. repetit. post Farinacc. Receptor. ultimar. volunt. decif. 39.

Et sub die 10. Decembris, in eadem causa coram eodem, ut in decif. 60. eadem part. 6. recent. ubi quod hæc est opinio quam servat Rota.

De Anno MDCXLVI. sub die 18. Junii, in Romana fideicommissi de Marefcot, coram Veropio, ut in decif. 136. n. 11. ex impress. post Merlin. de Pignori.

De Anno MDCLIII. sub die 17. Martii, in Interamnenhæreditatis, coram Peutingerio, ut in decif. 464. num. 4. & 5. inter eiusdem impress.

De Anno MDCLIX. sub die 5. Decembris, in Romana legitimæ, coram Priolo, ut in decif. 134. n. 4. inter eiusdem impress. repetit. post Michalor. de Fratrib. decif. 60.

De Anno MDCLX. sub die 11. Januarii, in Romana fideicommissi de Marianis, coram Albergato, ut in decif. 147. n. 2. & 3. part. 13. recent. & repetit. post Torr. de Paçif. futur. successione. decif. 5.

De Anno MDCLXI. sub die 28. Januarii, in eadem Romana fideicommissi de Marianis, coram eodem Albergato, ut in decif. 267. n. 3. eodem part. 13. recentior. ubi testatur de magis communi, & recepta opinione.

De Anno MDCLXIX. sub die 14. Januarii, in Romana Domus, coram Bourlemont, ut in decif. 6. num. 7. part. 16. recentior.

De Anno MDCLXXV. sub die 26. Aprilis, in Romana Manutionionis, coram Taya, ut in decif. 499. num. 12. part. 18. recent.

De Anno MDCXCV. sub die 1. Julii, in Viterbieni legitimiæ, coram Muto, ut in Particula Decisiois, quae infra subnectitur num. 4.

De Anno MDCXCVI. sub die 23. Januarii, in Romana legitimæ, coram Molines, ut in Particula Decisiois, quae pariter datur in calce num. 5. ubi quod hæc opinio est communiter in eorum Auditorio recepta.

Et quidem optimo iure, cum fortissimæ, & validissimæ, imò certæ sint rationes, quibus eadem opinio fulcitur, & comprobatur; Et praesertim ex eo, quod est indubitatum similia statuta exclusivæ feminarum esse condita favore masculorum, ut in ipsis, & agnatione bona conserventur, ad tradita communiter per Doctores cumulatim, per Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. quest. 3. num. 11. Parif. cons. 85. lib. 2. Rota in recentior. decif. 147. sub numer. 7. vers. Quia in dist. cap. par. 13. & in Viterbien. legitimæ 1. Julii 1695. §. Non obstante vers. eo quia coram R. P. D. Muto, ut in Particula, quae datur in Calce num. 4. & alibi passim; Prout præcipue favore eorumdem fuit conditum Statutum Florentinum, de quo agitur, ut in eollegere est, & testatur Ger Spin. consil. 70. numer. 20. circa fin. Altiograd. consil. 82. sub numer. 17. & 23. Gobb. consil. 84. num. 1. & 10. Ut propterea videatur etiam certum, eadem ita esse interpretanda, ut non redundent in eorum damnum, & odium, prout plane esset, si fœminæ non connumerarentur in numero filiorum pro statuenda quantitate portionis legitime, dum alias vigore talium statutorum masculi, propter exclusionem feminarum, minus ex illorum dispositione consequerentur, quam de iure communi, eisdem vocatis, & abfurdum, atque proinde evitandum, ut præcisè animadvertunt Paul. de Castr. consil. 52. numer. 1. lib. 1. Corn. consil. 197. sub numer. 1. vers. Pro quo etiam facit tom. 1. Cephal. consil. 245. numer. 2. & 25. Alciat. respons. 31. sub nu. 11. vers. Alias quod in favorem lib. 9. Decian. respons. 46. num. 25. lib. 3. Peregrin. consil. 107. num. 6. & 7. vol. 3. Michalor. de Fratrib. par. 1. cap. 33. sub num. 10. vers. Et ita statutum exclusivum, Bellon. de Jur. accrescen. dist. cap. 16. quest. 15. num. 31. Calvin. de acquit. lib. 1. cap. 8. num. 36. Sadarin. respons. 43. nu. 25. & ferè omnes alii superius allegati.

Huc accedit, quod quodque Statuta excludunt fœminas, non eas simpliciter, & absolute excludunt, sed dumtaxat ab intestati successione, ut sic in reliquis non sint dicendæ exclusivæ; Et propterea quoties non agitur de eo, quod velint succedere, sed solum de calculanda masculorum legitima, nulla ad ratio ob quam in numero filiorum non sint computandæ, cum ipse, ex eo quod sint dotatæ, & nuptæ, non desinant esse de liberis, quod solum consideratur ad hunc effectum calculandi legitimam, Cephal. dist. consil. 245. numer. 21. & 22. Craif. recept. sentent. §. legitimæ q. 7. sub numer. 4. §. Aut vero in fin. vers. Movetur Dodover, Berlich. pract. consil. part. 3. consil. 12. numer. 37. Casp. Manz. d. tract. de legitim. quest. 4. n. 42. repetit. ut adnotavimus, in tract. de testam. valid. & invalid. tit. 12. q. 4. n. 42.

Præterea animadvertendum, quod non per hoc, quod fœminæ sint à successione intestata per statutum exclusivæ debent haberi simpliciter pro mortuis, aut non extantibus cum jus earum sit translatum in fratres, & in persona eorum conservetur, licet quo ad propriam utilitatem censentur mortuæ, & non extantes; Siquidem huiusmodi statuta duplicem vim habere intelliguntur, unam exclusivam respectu feminarum, alteram verò inclusivam respectu masculorum, & sic dum illæ à successione remouentur, eorumdem masculorum contemplatione, ipsis debetur portio, quæ alias eisdem fœminis competere posset, Parif. cons. 36. num. 29. lib. 2. Honded. consil. 1. n. 73. lib. 2. Peregrin. consil. 106. n. 13. lib. 1. Minador. consil. 2. sub numer. 4. vers. nec potest in isto casu, Eugen. cons. 35. num. 4. & 3. lib. 1. & consil. 100. num. 12. Bellon. de Jur. accresc. dist. cap. 16. quest. 15. num. 49. junctis traditis anteed. capit. 5. quest. 40. num. 1. & 69. n. 2. & per tot.

Quæ omnia confirmantur ex evidentissima alia ratione nempe quod qui vult finem, vult etiam medium necessariam ad finem consequendum, aliter non esset velle efficaciter. Finis autem, quem volunt similia statuta, est favore masculorum, ut diximus, Minimè autem consequi posset talis finis nisi hoc casu fœminæ dicerentur, aut fingeretur habere partem in legitima ad commodum masculorum, Card. de Luca de Statut. Success.

Quod eo facilius dicendum esset, admisis iis, quae subtiliter, & scitè differit doctissimus Bellon. de Jur. accresc. in sæpè alleg. cap. 6. q. 15. num. 69. & 70. & sub n. 71. vers. aut verò

lorum, licet verè ad sui favorem non habeant, & propterea talis fictio sit medium necessarium ad ipsum finem, ne alias resulter contrarius effectus, & inducã in favorem masculorum retorquetur in eorum odium, ut sic semper præsumenda sit volita à statuto similis fictio, quantum est ad effectum de quo agitur, ut bene differit Innocent. de successione municipal. quest. 31. sub num. 7. vers. cujus conclusio est.

Hinc nullius ponderis videntur esse ea, quæ pro contraria sententia adduci solent; Nam quantum ad id quod dicitur, fœminas à statuto exclusas habendas esse, uti extraneas, five non extantes, & sic tanquam quodammodò mortuas; Animadvertendum, quod posset procedere dumtaxat in casu, quo statutum illas excluderet simpliciter, & absolute nulla habita consideratione alicujus personæ, utpotè si excluderet nuptas extra Territorium, aut quid simile, ex quo, aut masculi volunt eorum portionem vindicare per jus accrescendi, & non possunt, quia hoc jus tanquam individuum non potest habere locum pro parte, & pro parte non; aut verò volunt eam vindicare ex vi, & autoritate statuti, & multò minus possunt, quia cum statutum simpliciter loquatur, nec de masculis faciat mentionem, consequens est, ut non possit censerī ad eorum utilitatem, & commodum respexit, & hæc modo eos quasi inclusos tacitè vocasse, juxta ea, quæ bene differit Bellon. de Jur. accrescend. sæpius allegat. cap. 6. quest. 15. numer. 53. vers. sed hoc dicuntur, cum segg. At secus est, quando statutum eas excludit propter masculos, & favore agnationis, ut in casu nostro, quia tunc bene dicuntur extare, nec habentur simpliciter pro extraneis, seu non extantibus, aut mortuis, favore ipsorum masculorum, ut declarando prosequitur, idem Bellon. ibidem numer. 56. ex Parif. consil. 36. num. 28. & 29. lib. 2. Cephal. cons. 243. num. 41. & 47. lib. 2. & Honded. consil. 1. num. 104. lib. 2. ac aliis allegatis, ac ipsis addendi Petra de fideicommissi quest. 15. num. 144. circa fin. vers. & hoc nisi statutum, Torr. ad statut. Papie in Annotat. ad rubr. 95. in civilib. sub numer. 199. vers. secundo referuntur, & num. 200. & Rota in Romana legitimæ 23. Januarii 1696. §. In nibilo relevante, vers. hinc sequitur, coram R. P. D. Molines, ut in Particula, quae datur in calce num. 5.

Nec proinde valebit eadem opinio coadiuvari ex iis, quæ de filio Exhæredato, seu deportato, aut Religione incapacem ingresso, fuerunt adducta: Siquidem Exhæredatus ob summam in parentes commissa ingratiitudinem paternis bonis penitus indignus efficitur; Undè non immeritò juris fictione, pro mortuo habetur, deinde Deportatus, five Bannitus ob commissa flagitia omnibus iuris beneficiis privatur, adeò ut civiler, quoad jus effectus, non amplius vivere intelligatur, atque propterea legitimæ quantitas, ejusque argumentum cum ex Jure Civili descendat, ex juris necessitate, quoad legitimæ constitutionem, in nulla amplius consideratione haberi poterit, cum in computanda legitima liberi non naturaliter, sed civiliter sint accipiendi, Sicut nec potest in ulla consideratione haberi filius Religione incapacem ingressus, cum ex Professione sua, & Voto nihil habere possit in proprio, nec in communi, ita autem, quos lex incapaces vocat, pro verè mortuis habentur, nec proinde amplius in numero liberorum connumerantur, ut præ cæteris, latè demonstrant Crivell. decif. Dolan. 34. à num. 50. ad 55. & Kellebenk, de Renunc. successione. quest. 37. numer. 26. Quæ nunquam poterunt verificari de fœminis à statuto exclusis propter masculos, quia cum adhuc possint succedere ipsis masculis beneficio similis statuti renunciantibus, vel aliter foreores ad successione admittentibus, juxta notata per Bald. in l. Maximum vitium 4. num. 2. C. de liber. præteritis Brun. de statut. feminarum. exclusi. artic. 10. quest. 2. & artic. 12. num. 114. & art. 1. numer. 7. Peregrin. consil. 107. num. 6. lib. 2. Marta de successione. legal. par. 1. quest. 15. artic. 4. sub numer. 7. Rot. Bononien. divers. decif. 12. sub n. 21. 22. & 23. Rotam Romanam coram Orthobon. decif. 173. n. 24. & in rec. decif. 146. num. 6. & segg. par. 10. & decif. 499. num. 13. part. 18. tom. 2. & alibi passim, Utique nullatenus eadem valebant considerari pro non extantibus, & pro mortuis, nam qui semel est habitus pro mortuo, perpetuò ita durat, ut reliquis pluribus ex superius allegatis egregie præ cæteris responderet Calvin. de acquit. dist. lib. 1. cap. 87. numer. 28. & segg.

Quod eo facilius dicendum esset, admisis iis, quae subtiliter, & scitè differit doctissimus Bellon. de Jur. accresc. in sæpè alleg. cap. 6. q. 15. num. 69. & 70. & sub n. 71. vers. aut verò

Verò querimus, quod nempe, etiam si vigore similibus Statutorum dos non succedat loco legitimæ, quamvis filius sit ab illis reservata, prout est in Statuto Florentino, id tamen intelligendum quoad titulum, ita ut filia, quæ vi statuti dotem habent, non possint dici habere legitimam, aut dotem jure legitimæ, five succedere quoad naturam, & jura legitimæ, non autem quod sit dijudicandum eadem dotem succedere loco legitimæ, quoad debitum, & necessitatem, quam habet pater, vigore statuti, eisdem dotem relinquendi loco legitimæ, quam jure communi relinquere tenebatur, atque propterea in computatione quantitatis, quam pater filiabus pro legitima relinquere tenetur, perinde sit habenda dos, ac si esset legitima, saltem ut filia ex hoc non sint dicendæ extraneæ, five pro non extantibus, aut quasi mortuis habendæ, sed potius juris fictione vocatæ favore masculinum, ut ipsæ consequantur id, quod supra dotem debuisset ad eandem jure legitimæ pertinere, Præsertim, cum ad hoc, ut quis faciat partem, non requiratur tituli, seu juris identitas, sed satis sit, quod admittatur titulo, & jure etiam diverso, ad tradita per Doctores in l. *hujusmodi* §. 6. ff. de Testam. & signanter per Bald. *Nota ergo, Alexan. sub num. 1. & Jalon. n. 2. ff. de legat. 1.*

Eoque fortius, si quodammodo a patre possunt apparere agnitæ, prout videtur esse in nostra facti specie, in qua Marchio Franciscus Pater in suis ultimis, quas exaravit Testamentariis tabulis, filiabus, quamvis jam dotatis & nuptis, reliquit nedum particulare legatum, seu, ut ipse loquutus fuit, *Un Regalo di Ducati cento di lire sette per ciascuna*; Sed quod magis est, postquam dixerat illas fuisse congruè dotatas, addidit: *Nelle quali doti in quanto facesse bisogno l'istitutio in ogni miglior modo*. Nam licet per hæc, non sit ita expeditum, An valeat dici, quod eadem tamquam vocatæ sint dijudicandæ reasumere jura suavitatis, non secus ac si a statuto non essent exclusæ, & consequenter, quod faciant partem in calculanda legitima, perinde ac facerent, si statuto eas non privaret, prout præcipue post Socin. Castrenf. Ruin. Alexandr. Paris. Decian. & Laderch. quos refert, asseruit Mart. Medic. *decis. Senenf. 7. nu. 8. & 9. junctis traditis per Rot. inter divers. decis. 266. n. 3. & 4. par. 1.* Merlin. *de legitim. lib. 1. tit. 4. §. 2. 6. & Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 4. n. 4. 3. dum alii contrarium senserunt, ex quo testator censendus sit se conformasse cum dispositione statuti præcipiens dotari filias, à successione propter masculos exclusas, & quod simul possit stare, quod feminae succedant in legato particulari, & excludantur à successione, nisi alias institutio, aut reliquum particulare sint facta, five titulo legitimæ, five eo casu, quo illam filia petere possent, ut præ cæteris vulerent, idem Merlin. *de legitim. lib. 3. tit. 1. §. 8. nu. 5. 5. Redenach. conf. 5. n. 11. & seqq. Innocent. de success. municipal. q. 29. sub n. 5. vers. Primus casus est, Rota post Ferron. ad Stat. Urb. decis. 113. §. Neque hæc voluntas, repetita post Michalor. de fratrib. dec. 32. nu. 10. & 11.* Attamen semper verum erit dicere ex his, illas ex Testatoris judicio non fuisse habitas ut extraneas, & pro non extantibus, five mortuis, sicuti ex juris præscripto habentur alii incapaces; sed potius ab eodem fuisse agnitas, & quodammodo tanquam suas, & extantes reputatas, saltem ad hoc, quod in numero liberorum sint computandæ ad faciendum numerum, & partem favore masculinum, non obstante Statutaria dispositione, tam ex vulgata juris regula, qua dicitur, favore esse ampliandos, odia verò restringenda, de qua in l. *quod favore C. de legibus*, à Doctores supra recensitis passim expensa, & signanter ad rem per Torr. *ad Statut. Papie. in Annotat. ad Rubr. 9. n. 202. circa fin. & Calvin. de equitat. dist. lib. 1. cap. 87. num. 46.* Quam etiam ex eo, quod cum Testator isto casu, nulla fuisset filias instituentis necessitas: cum jam à statuto fuisset sublata, illumque ab hujusmodi necessitate exemisset, utique illas ita instituendo, censendum est à statutaria dispositione recessisse, & ad jus commune reipexisse, secundum quod non minus filias feminas, quam masculos pater in legitima instituitur tenetur, quemadmodum bene, & ingeniose ponderat Bellon. *in loco mox alleg. n. 84. & tribus seqq. ubi sub n. 91. vers. nam secundum eam*, non obscure dicit, id sine controversia procedere ad coadjuvandam opinionem, quod feminae quamvis à statuto exclusæ, si excludio facta sit contemplatione masculorum, faciant numerum & partem ad ipsorum favorem.*

Quapropter comprobata, & ab objectis vindicata hujusmodi receptissima sententia, qua asseritur feminas,

quamvis à statuto exclusas, connumerandas esse ad faciendum numerum, & partem pro augenda legitima favore masculinum, quoties de eorum commodum agitur, ac ipsis masculis ita expedire videtur. Nullatenus diffidendum credimus, sapientissimos, & integerrimos DD. Judices Florentinos eam esse sequuturos, maxime in ista facti specie, si forte contingat in eorum foro, & tribunalibus disputari: Minime attentis iis, quæ pro sententia contraria alias fuerunt motivata, & approbata in Insigni eorum Rota, præcipue dum testantur eandem opinionem contrariam esse in eorum Prætorio receptam, quia cum priora motiva super quibus fundatur asserta observantia illius Tribunalis emanaverint ante sæculum currentem, & tempore quo resolutio hujus questionis erat ardua, & difficilis, atque ita involuta, ut judices crederent, pro lubitu posse in quam partem maluerint inclinare, ut in principio adnotavimus, & ultra ibi allegatos præcisè scribendo super Statuto Florentino, de quo agitur dixerat Joannes Baptista de Caccialupis, & Bartholomæus Soccinus *conf. 150. n. 3. vers. Omitiendo lib. 1.* Utique cum hodiè attentæ distinctione specierum, manifestum sit reddatum opinionem affirmativam esse veriore, & crebriori Doctorem calculo receptam, validioribusque rationibus fultam, ita ut ab eo tempore ferè omnes secundum eam responderint, & Suprema Tribunalia judicaverint, ut fuit ostensum, haud dubiè sperandum eandem sequuturam etiam ipsam Rotam Florentinam, non obstantibus alias motivatis, quia cum dicta motiva non sint Principis mandatum, non impediunt quin cognita veritate possit eadem Rota contrariam sententiam amplecti, & quidem majori securitate, quam de suo Senatu Pedemontano spes fuerat Bellon. *de Jur. accrescen. dist. cap. 6. qu. 15. sub num. 75. vers. nec est contrarium*, quod ob id esset recessurus ab eo, quod in re hac in contrarium firmaverat, & in posterum servandum esse decreverat apud Theaur. *decis. 159. num. 8. & per totum Rota Florentina de se ipsa gloriatur, quod Exemplum non judicat, & Statuta interpretat juxta juris tramites, ut refert Matth. Neron. in Promptuar. Elench. Motivar. sect. ejusdem Rotæ in verb. Rota Florentina vers. Exemplis fol. 165. ad fin.*

Idque profus, cum motiva, quæ fuerunt nobis communicata, non videantur esse tanti ponderis, & Doctissimi, & Religiosissimi Auditores, qui ad præsens in eadem Rota jus reddunt, opinionem in illis potius asserant, quam probatam, sola eorum autoritate sint amplexturi. Nam motivum editum de Anno -- registratum lib. 4. fol. 28. non percutit casum nostrum, cum fuerit editum in casu, in quo feminae simpliciter exclusæ, prætendebant connumerari augendam legitimam ad sui favorem, & illius portionem minuire masculis, & sic non solum ut facerem numerum & partem, sed etiam quod admitterentur ad partem, in quo quidem casu bene fuit responsum non facere partem, cum nulla eis debeatur pars, nec aliud quod succedat loco partis, ut etiam nos admissimus supra in §. altero vers. ejus casus.

Aliud verò motivum editum de Anno 1533. recensitum lib. 8. fol. 318. à tergo, licet dicat eo casu legitimam fuisse deducendam, attento duntaxat numero filiorum masculinum, & quod filia quæ excluditur à statuto non faciat partem fratribus suis, asserendo hanc esse communem opinionem; Animadvertendum, quod omnes Doctores, pro ibi dictis comprobatis allegati, loquuntur in terminis de quibus mox dicimus; quando nempe feminae concurrere prætendunt ad diminuendam legitimam filiorum, & sibi ipsis commodum augendum, & signanter Bald. Angel. & Ripa in l. *Papinianus §. Unde si quis ff. de inofficio. Testament. & Imola in l. planè §. si duobus ff. de legat. 1.* in illo primo loco recensiti, ut apud eosdem videre est: Idem vero Angel. adductus in *conf. 105. nihil ad propositum tradit, & in conf. 300. firmat, quod quando dos succedit loco legitimæ, prout ex statuto Cortonæ ibi erat casus, filia faciant numerum favore masculinum, addens id fortius procedere, quando agitur de eorumdem masculorum commodum Decius *conf. 303. num. 5. Soccin. Sen. conf. 153. num. 12. lib. 2. & Corn. conf. 40. & conf. 199. ibidem additi, pariter scripserunt in terminis filiarum concurrentium ad diminuendum legitimæ masculinum, vel ad proprium commodum, vel ad ipsarum admissionem ad illius partem. Præterea eorum dicta jam fuerunt perpensa, & rejecta per Bellon. *de Jur. accrescen. in sepius allegat. cap. 6. q. 15. Angelenim & Corn. adducturum sub n. 20. & contra ipsos tenet num. 30. & seqq. num. 66. cum seqq. & Socin. Senior. & Decius adducturum sub num. septuagesimo sexto, & contra ipsos tenet num. 79.***

Ter-

Tertium pariter motivum editum de Anno 1597. quod legitur lib. 80. fol. 301. à tergo nititur auctoritati eorumdem Doctorem in præcedenti relatorum, loquentium in terminis augendi legitimam ad commodum ipsarum feminarum, & addit solum Paris. *conf. 36. num. 28. lib. 2.* qui imò contrariam sententiam firmat masculis faventem, & proinde inter alios ejusdem opinionis fuit per nos additus, & solum *dist. numeris 28. & 29. distinguitur inter casum quo feminae excluduntur, & inter casum, quo excluduntur contemplatione aliquarum personarum, utpotè agnatorum, vel masculorum, dicens in hoc secundo casu, qui est casus noster, quod tunc, cum Statutum duo faciat, unum scilicet excludendo feminas nuptas, seu dotatas, aliud vocando masculos, feminae faciunt partem ad commodum masculorum, nec habentur pro non extantibus, aut pro mortuis, ut jam advertimus supra in §. *Hinc nullius ponderis, & ultra ibi allegatos bene tradit Brun. Tracl. de Statut. feminar. exclus. art. 13. sub num. 44.* ac ipso Parisio ad id adducto Eugen. *conf. 100. sub num. 3. 5. vers. Quicquid secus est lib. 2.* Et in istis terminis loquitur pariter Crafs in §. *legitima quest. 7. num. 5.* ibidem additus; nam licet solum dicat, quod filia simpliciter exclusæ habeatur pro mortua, allegando Paris. mox recensitum, juxta terminos, in quibus ipse loquitur, est intelligendus.*

Eademque responstone evitantur ea, quæ leguntur in quarto motivo edito de anno 1599. quod habetur lib. 82. fol. 16. à tergo. cum fundetur in auctoritate Decii, Parisii, & Crafs, in superioribus jam animadvertis.

Quintum autem motivum editum de Anno 1602. quod extat lib. 84. fol. 446. licet addat nonnullos alios Doctores in prioribus non adductos, tamen in eisdem terminis, in quibus Superiores loquuntur; Siquidem Cæphal. *conf. 571. num. 42. & Surdus de Alimentis tit. 3. quest. 1. num. 45.* de hoc agunt ad effectum videndi, an sit augenda Legitima ad favorem, & commodum ipsarum Feminarum, & in præjudicium Masculorum, & in eisdem terminis loquitur Rolland. à Valle *conf. 25. num. 6. & 7. lib. 1.* ut videre est ex principio ejusdem Consilii *versic. 2. Quanta sit portio, & sub num. 1. versic. Circa secundum caput: Gabriel. vero de Legitim. conclus. 2. num. 3.* licet referat opinionem contrariam, attamen num. 2. retulit opinionem favorabilem Masculis, & tandem num. 8. concludit distinguendo, quod aut redundat in commodum Masculorum, quod Feminae computentur, tunc eas esse computandas, si verò in eorum incommodum, & tunc non deberi computari. Denique Pancirol. *conf. 1. num. 102. & Menoch. conf. 401. num. 142. & seqq.* qui in eadem causa scripserunt, sunt intelligendi, quando id non expedit Masculis, & Menochius fuerat adductus per Bellon. *sepius allegat. quest. 15. num. 76.* & contra ipsum sensit num. 79. junctis traditis antecedenti *num. 66. & seqq.* Imò idem Menochius, necnon Pancirol. totius tanquam judices compromissarii contrarium judicaverunt in Civitate Patavina, quod nempe Feminae hoc casu faciant numerum, & partem, quoties agitur de illis connumerandis favore Masculorum, ut jam superius retulimus Peregrin. *de fideicommiss. art. 38. sub num. 24. vers. Quocirca.*

Ultimum denique Motivum incipit, *Cum itaque tempore mortis Domini Constantii &c.* Unicè se fundat in eo, quod ita tenet illa Rota allegans Motiva superius Tertio, & Quinto loco adducta, ut sic ex responsonibus eisdem datis satis evitetur. Et propterea semper verum sit dicere quod Rota Florentina tunc resedit in ea opinione, ex qua materia erat adhuc involuta, allegando confusè Doctores, non distinctis Casibus, in quibus eorum dicta verificari, & procedere possunt, prout postmodum fuit observatum, & hodie est receptum.

His autem positis, atque ex eisdem firmo remanente, quod portio legitimæ, ex qua suam quotam detrahere poterit D. Marchio Franciscus Silvius sit dicenda Semis, hoc est dimidia pars hæreditatis, quatenus velit, & sibi expedire dijudicet, foreores esse computandas ad faciendum numerum, & partem ad suis favorem, Nullatenus in hoc poterit impediri à Marchione Fabio Fratre, quatenus recuset, quod eadem numerentur ad augendam legitimam de De Triente ad Semissem, quia cum idem Marchio Franciscus Silvius habeat pro se regulam fundatam in dispositione juris de Triente, & Semisse, & autoritate statuti, secundum veriore opinionem superius firmatam possit eligere, quod sibi utilius esse crederit. Marchio Fabius non potest hanc juris dispositionem in ejus præjudicium immutare, ut præcisè fuit resolutum à *Card. de Luca de Statut. Succes.*

Rota in recentior. *decis. 137. numer. 14. in fin. versic. Non obstat, & numer. 15. & decisio. 160. numer. 22. & seqq. part. 6.* quarum prior est repetita post Farinacc. *Repetitor. ultimar. volumat. dec. 39. n. 15.*

Et quamvis Cardinalis de Luca, occasione similis controversiæ alias ortæ inter fratres de Acciajolis, & per concordiam terminatæ, existimans Decisiones mox relatas non percutere casum de quo agitur, contrarium videatur sensisse *discurs. 2. de legitim. potissimum ex iis, quæ tradidit num. 8. & 9.* quod nempe, cum stante statuto simpliciter feminas excludente, eadem reputatur uti extraneæ, maxime quoties ab eodem reservata non succedit loco legitime, regula videatur esse, quod illæ non numerentur ad faciendum numerum, & partem in legitima, & conclusionem, qua asseritur esse in facultate, atque electione masculorum illas numerare, continere potius limitationem, ideoque in concursu duorum Jus coæquale habentium, quarum unus inficit Regulæ, alter verò inficit limitationi, melior esse debeat conditio habentis pro se regulam, juxta quam in dubio est judicandum, addendo ulterius, quod stante hoc jure coequali, quod filii masculi habent in hac statutaria electione, videtur intrare Regula Sociorum, inter quos in re communis potius est jus prohibentis, de qua in l. *Sabinus ff. Commun. dividun. & in cap. in re communi, de regul. jur. in 6.*

Attamen hæc non videtur esse talis ponderis, ut à firmatis per Rotam in allegatis decisionibus sit discendum, quæ non sunt extraneæ à casu præsentis; ut inadverteat ipse supposit, cum imò expresse, & literaliter illum decidat, ut eas legenti patens esse potest; Siquidem ita absolute asserere Regulam esse, quod feminae non numerentur, quando Statutum illas simpliciter excludit, nec dos illi reservata succedit loco legitimæ, continet aperteissimum errorem, cum id magis Brocardicum, quam regula videatur dicendum, dum ut superius differimus, & late demonstravimus, idest valde perplexum, magnamque semper recipit disputationem, nec aliter verum esse potest, quam respectu ipsarum feminarum, ut nequeant facere partem ad sui favorem, vel quoties statutum illas excludit, nulla alterius habita consideratione, non autem quoties eandem excludit favore masculinum, ac ipsis expedit, quod faciant numerum, juxta veriore, & magis receptam Doctorem, & Tribunalium sententiam, quod proinde potius pro regula constitui posset, quam primum, cum in Brocardicis explicandis ea sit ratio, quod licet primum, velut generale videatur assignari, tamen ejus contrarium pro regula tenendum, ut docet Azo. in suis *Brocardic. Rub. 1. in explic. Brocardic. Quod ceptum &c. fol. mibi 9.* & sic alia regula certa in hoc nequeat allegari, quam illa de Triente, & Semisse, uti ex juris dispositione elicita, prout servavit Rota in priori ex dictis Decisionibus, nempe *decis. 137. nu. 15. eadem par. 6. recent.* cum ex jure fiat regula; non autem ex regula fiat jus l. *ubi DD. ff. de Regul. jur. Ludovicus Bellon. conf. 165. num. 9.* hincque retorquetur discursus, quod melior debeat esse conditio illius fratris, qui habet Regulam pro se.

Sicuti etiam est erroneum dicere, quod filii masculi tanquam habentes coæquale jus in hac statutaria exclusione, illudque in communi possidentes dici possunt Socii, & sic intret alia regula de re communi, in qua potior est conditio prohibentis; Quia bene verum esse valet, quod ipsi dici possint habere jus coæquale in exclusione Statutaria feminarum ad effectum eandem feminas repellendi ab omnibus juribus, quæ ea non extante eisdem competere possent, & quod ad dictum effectum similia jura in eisdem translata, quodammodo in communi ab ipsis possideri dicantur, non tamen quod in eisdem juribus possint ipsi filii masculi sibi invicem præjudicare, & iniqua conditio inferri, & unius factum alteri in suo jure, & portione nocere, contra Regulæ expensas per Doctores in l. *non debet 74. ff. de regul. jur. & in l. unic. C. quando non peten. par. & alius cumulat per Berlich. dec. 52. num. 2. par. 1.* Et sic nec minus quod in re hac potior debeat esse conditio prohibentis, cum imò prævalere debeat Votum illius, qui habet Regulam pro se, atque ei magis favendum, ut præfata regula de re communi neglecta, licet in objectis deducta, bene respondit Rota in posteriori ex dictis Decisionibus, nempe *decisio. 160. numer. 23. & 24. allegat. part. 6. recent.*

Cæterum Cardinalis de Luca, si bene pendatur, in eo discursu videtur potius favere, quam adversari nostræ sententiæ, & præsertim in facti specie, in qua versatur, K 2

Animadvertendo ex narratione facti ibidem num. 1. recensita, quod in suo casu erant novem filii, nempe tres masculi, & sex feminae, quae si debuissent computari, utique legitima fuisset Semis, sed in novem portiones dividenda, si vero non essent computandae, fuisset Triens, & sic masculo contentendi eas numerari id expediebat, cum ita integram unicam obtinuerit, & e converso, permittendo eadem computari, non habuisset nisi duas ex tribus partibus unciae; Et ulterius alteri fratris, qui illas numerari proponebat id intererat, tanquam haeredi universalis, quamvis onere fideicommissi gravati, ut portiones feminarum cederent commodum hereditatis, & fideicommissi; Unde prosequendo in referendis rationibus, quae fratri contentendi sibi assistere videbantur numer. 10. & 11. dicit, quod ad effectum de quo agitur filii masculi sunt considerandi uti filii, ac pro eo iure, quod ipsi competat ratione qualitatis filialis, & propterea sicuti tales privilegium habent eligendi, quod ipsi magis expedit, in concursu prevalere debet Votum illius filii, seu Socii in iure filiationis, qui communem Socialis negotii utilitatem proponit, non autem alterius, qui representando duplicem personam filii, & haeredis, pro interesse particulari hereditatis, & fideicommissi, praetendit eligere, quod sibi solum uti haeredi expedit, communi autem negotio, ratione qualitatis filialis nocet, addita Regula, quod nulla est incompatibilitas, quod in negotio Sociali detur actio, & passio in eodem subiecto, quam etiam antea tradiderat de Credit. disc. 11. nu. 8. atque ex eo desumpserat Carol. Anton. de Luca de pluralit. Hom. legal. cap. 8. num. 5. lateque exornat R. P. D. Anald. de Commerc. & Mercatur. discurs. 46. nu. 45. Unde idem Gardin. de Luca hanc questionem reasumens, & paucis absolvens in Summ. ejusdem tit. de legitim. & detracl. cap. 2. sub num. 12. versif. Eis vero discordantibus, postquam antecederent dixerat foeminas facere, & non facere numerum prout masculis excludentibus magis expedit, idque procedere, quatenus ipsi in una, vel altera electione concordent, postea subdit: Eis vero discordantibus potior est conditio eorum, qui eligunt id, quod magis utile filii, uti filii, neglecto sensu eorum, qui haereditario potius quam filiali nomine, vel iure, contrarium putant. Quae omnia apprime faveant huc usque per nos dictis, quod nempe in casu isto Marchio Franciscus Silvius ratione filiationis, & masculinitatis si velit, atque sibi expedire iudicet, possit facere, quod portio legitima de Triente perducatur ad Semissem, connumerando foeminas ad faciendum numerum, & partem, uti sibi pars augeatur, absque eo quod valeat impediri à Marchione Fabio Fratre, quatenus id contendere velit, dum aliis eidem Marchioni Fabio, contrarium dumtaxat esset proficuum, ratione privati interesse hereditatis, & fideicommissi, ut pinguiora essent remansura, quod minimè videtur permittendum, quia similia Statuta exclusiva foeminarum nolunt favere haeredi ratione juris hereditarii, vel haereditati, sed volunt favere masculis ratione agnationis, Ratione vero masculinitatis quis possit sibi ipsi quasi repudiare praerudicem non autem aliis masculis in quota legitima ex dispositione juris sibi debita, ut bene in praecis terminis differit Rodulph. allegat. 130. num. 4. & 5. & alleg. 131. num. 3. & 4. & conferunt Curt. Jun. consil. 268. nu. 52. versif. nec praemissa conclusioni tom. 3. & Roy. confil. 70. num. 4. lib. 1.

Ad quorum confirmationem facit optimus Textus in l. Adione 65. seu 66. post med. ff. pro Socio in quo ex Labeonis, & Proculi sententia, Paulus ita respondit: Labeo autem posteriorum libri scripsit: Si renunciaverit Societati unus ex Sociis eo tempore, quo interfuit Socii; non divini Societatem, committere eum in pro Socio actionem. Nam si enim mancipia in Societate, deinde renuncians mihi eo tempore, quo vendere mancia non expedit, hoc casu quia deteriorem causam meam facias, teneri te pro Socio iudicio. Proculus hoc ita verum esse ait, si Societatis interfuit, non divini Societatem, semper enim non id, quod privatim interest unus ex Sociis servari solet, sed quod Societati expedit. Ut sic eodem modo si interfuit uni ex fratribus, tanquam Sociis in iure filiationis, & masculinitatis, quod legitima de Triente perducatur ad Semissem, neque ab altero fratre illius conditio deterior fieri, maximè si iste, ratione privatae utilitatis suo iuri renunciare velit, ideoque attendendum sit Votum illius, qui id, quod communi negotio, vigore ejusdem filiationis, & masculinitatis, utile est, proponit, quinimò dicendum eidem adhuc in fratrem actionem competere.

Addi etiam potest, quod quemadmodum est certum, quod filii debent consequi legitimam in bonis parentum, etiam contra eorum voluntatem, & ipsi invitati, neque Parentes ullum quoad illius portionem valent filii praerudicium inferre, ut per text. & DD. in cap. Raynuitis, §. Dilectus filius de testam. bene dicit Cephal. consil. 412. n. 22. & 23. tom. 3. imò nequeunt inaequaliter eisdem illam relinquere, quamvis in cæteris libertatem habeant, cum omnes sint filii, & inaequalitas non detur in lucro legis, ad bene tradita per Marc. Mantua. in tract. quanta sit legitima filior. §. Nota quinto, impress. inter tract. magn. tom. 8. par. 1. fol. 442. col. 2. Ita multo magis videatur uti certum assensum, non esse permittendum ipsi filii aliquid facere, per quod in legitima unus alteri praerudicium inferat, & inaequalitas inter ipsos sequatur, prout planè esset, si unus ex illis tanquam hæres universalis, de substantia patris; & ipsius iudicio plus consequens, quam ex providentia legis esset percepturus, factu suo vellet impedire, qui frater consequi posset id, quod sibi aequaliter cum eo tanquam filii, ex juris dispositione, est tribuendum, atque sic ille, in cuius praerudicium talis inaequalitas sequeretur, bene valeat agere meliori modo quo potest, ut sibi aequale jus tribuatur, ut in simili bene tradit Curt. Jun. consil. 269. sub nu. 27. versif. Ex praemissa conclusionibus, & n. 28. lib. 3. nec non quod ad sui favorem omnis sit faciendi interpretatio, cum talis praerudicium evitandi, & aequalitatis servandae causa inter filios, recedatur etiam à communibus regulis, & à propria verborum significatione, iuxta ea, quae ex l. pen. in fin. C. comm. divid. l. fin. C. comm. utriusque iudic. l. ut liberis. l. illud. & tot. tit. C. de Collation. & aliis Juribus, tradunt unanimiter DD. cumulat per Curt. Jun. ubi mox nu. 12. & 23. Ramon. consil. 66. nu. 19. & seqq. Cirro. discipul. 74. nu. 14. Bonden. Colluct. legal. 3. n. 74. cum duob. seq. i. Rota in recent. decis. 34. n. 4. cum seq. p. 19. maximè respectu legitima, ratione cuius aequalitatem esse servandam inter filios, ex juris necessitate provenire dicitur, quamvis sua sponte in reliquis lex ad id intendat, ut late profertur idem Bonden. ib. a n. 77. ad 80.

Et ita juris esse censeo salvo semper &c.
MARCELLUS SEVEROLUS.
 Signaturæ Justitiæ Votans &c.
 Magna cum doctrina, & eruditione R. P. D. meus Severolus resolvit questionem in hac consultatione examinatas, & rationibus, & auctoritatibus plurimis resolutionem comprobata, unde tanquam veriore sequendam censeo.
FRANCISCUS LIBERATUS
 Archiepiscopus Ephesinus, & Signaturæ Gratiae, & Justitiæ Votantium Decanus.
 Non minus doctè, quam luculenter R. P. D. meus Severolus, examinat materiam in superior Consultatione deductam, & ejus opinionem sequendam censeo.
FRANCISCUS CAFFARELLUS
 Signaturæ Gratiae, & Justitiæ Votans, & Sac. Congregationis Sgra viorum, & de Bono Regim. Secr.

Summa doctrina, & studio de more R. P. D. meus Severolus consuluit in superior scriptis, & ejus consultationem uti magis consonam communi, & veriori Doctorum sententiæ, sequendam esse existimo.

DOMINICUS PARACCIANUS
 Signaturæ Gratiae, & Justitiæ Votans,
 Elaborato, ac Doctissimo Responso R. P. D. meo Severoli libenter me subscribo, ac censeo sententiam in illo firmatum esse in iure veriore, & in Tribunalibus recipiendam.

ALEXANDER ORGANUS DE GALVIS
 Signaturæ Justitiæ Votans,
 Doctissimam Consultationem R. P. D. mei Severoli libenter approbo, uti veris, & solidissimis Juris fundamentis innixam.

FATINELLUS DE FATINELLIS
 Signaturæ Gratiae, & Justitiæ Votans,
 Doctissimè materiam exornat R. P. D. meus Severolus in hac sua Consultatione, rationibus, & auctoritatibus satis sultam, unde tanquam veriori Opinioni à Doctoribus approbatè innixam amplectendam censeo.

JOANNES FRANCISCUS GOMEZ
 Signaturæ Justitiæ Votans,
 Quamvis firmata remaneant Conclusiones, de quibus agit ex validis rationibus, & auctoritatibus congestis per R. P. D. meum Severolum, ut mei non sit addere illis robur, tamen cum veritas magis pateat ex plurimorum concursu, adeo hoc idem sentire profiteor.

VIN-

VINCENTIUS PETRA
 Signaturæ Justitiæ Votans.
 Adeo sapienter, & discretè questionem tam difficilem pertraxit R. P. D. meus Severolus, ut ejus sententiam tanquam in iure veriore, & omni rationi consonam ab omnibus sequendam esse existimam.

JOSEPH DOMINICUS DE TOTIS
 Signaturæ Justitiæ Votans.
 Non minus doctè, quam eruditè deducta per R. P. D. meum Severolum, tanquam veritati, & justitiæ consona approbo, & ita Juris esse censeo.

PROSPER MAREFUSCUS
 Signaturæ Justitiæ Votans.
 Germanis juris Principiis, receptæ Jurisprætorum Sententiæ, & Tribunalium Placitis, R. P. D. mei Severoli Consultationem Urbis, & Orbis, notissima ejus doctrina, & omnimoda eruditione illustratum, approbo, & ita Juris esse censeo.

PEREGRINUS MARSERIUS
 Utriusque Signaturæ Referendarius, & Signaturæ Justitiæ Auditor.
 Licet nullum auctoritatis robur addere valeam luculentissimè firmatis per R. P. D. Severolum in præsentibus elaboratissima Allegatione, cum ejus nominis fama sufficiat, ut potè de re literaria, & legali facultate optimi meriti tamen in obsequium Veritatis eadem approbo, uti juri consona.

JO: BAPTISTA BOTTINIUS
 Sacræ Consistorialis Aulæ, & Fisci, & Cameræ Apostolicæ Advocatus.
 Sententiam magistratè firmatam per R. P. D. meum Severolum, uti Justitiæ, & veritati consonam libenter approbo.

CAMILLUS SPRETUS
 Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatus.
 Eruditissimo, & desertissimo R. P. D. mei Severoli responso, uti solidissimis, & verioribus Juris fundamentis innixo libentissimè accedo, & me subscribo.

MARCELLINUS CORIUS
 Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatus.
 Semper admiratur sum omnigenam Illustrationem, & Reverentissimam Domini mei Severoli doctrinam, præcipuè verò in Legali facultate Scientiam, ejus proinde sententiam optimè de more in præsentibus firmatam, libentissimè sequor, illique me subscribo.

DESIDERIUS SPRETUS
 S. Consistorialis Aulæ, & Pauperum Advoc.
 Elaborato deducta per R. P. D. meum Severolum Virum in omni disciplina Consultissimum, & in Legali Philosophia nemini Secundum, juris esse censeo, & communiori Doctorum sententia approbatam, prout in sensu veritatis testor.

THOMAS PROVENZALIS
 In Romana Curia Advocatus.
 Solidissimè de more firmatis à nunquam satis laudato I.C. Illustris. & Rev. D. meo Severolo, quem semper in Magistrum agnosco, accedo, & me subscribo.

JOANNES JULIANUS
 In Romana Curia Advocatus.
 Doctissimè firmatis in hac Consultatione ab insigni nostro Aevi Jurisconsulto non minus, quam omnigenæ Eruditionis Viro Illustris. & Rev. D. meo Severolo, libentissimè in ipsa Veritatis Censura me subscribo.

OCTAVIUS DE JANDIS
 In Romana Curia Advocatus.
 Consona veritati, & Justitiæ esse, quæ in sua Doctissima Allegatione Illustris. & Rev. D. meo Severolo I.C. eximus, deduxit, existimo, & libentissimè approbo, & doctrinam admirans eisdem me subscribo.

JOANNES BAPTISTA RICCIUS
 In Romana Curia Advocatus.
 Conclusiones firmatas in Eruditissima Consultatione Juris Illustris. & Rev. D. mei Severoli, tanquam magis veras, & rationibus magis efficacibus comprobatas, approbo, & credo juxta illas judicandum esse.
 Card. de Luca de Statut. Succes.

PETRUS CORRADINUS
 In Romana Curia Advocatus.
 Opinionem Illustris. & Rev. D. mei Severoli Viri verè Jurispræriti, ac eruditissimi tanquam Juris principii magis consonam ac in Tribunalibus frequentius amplexam libenter sequor, eique me subscribo.

JOANNES DE GAMBIS
 In Romana Curia Advocatus.
 Sapientissimè scripta ab Illustris. & Rev. D. meo Severolo dispositioni Juris, & Communissimæ Doctorum sententiæ, atque Veritati consona, adhaerens censeo.

JOANNES BAPTISTA QUATRINIUS
 In Romana Curia Advocatus, & Curiae Capitolinae Secundus Collateralis.
 Aequali doctrinae maturitate, ac Veritate, & Justitiâ, remanent firmata à superius scripta ab Illustris. & Rev. D. meo Severolo, cujus sententiam proinde sequendam esse puto.

ANTONIUS MARIA DE BECCHETTIS
 In Romana Curia Advocatus.
 Opinioni Illustris. ac Rever. D. mei Severoli in antecedentibus scriptis, de more comprobata, libentissimè me subscribo in sensu veritatis.

DOMINICUS URSAYA
 In Romana Curia Advocatus.

R. P. D. LANCELLOTTO.

Civitas Castellii supplementis Legitimæ.
 Die 25. Martii 1604.

Domini dixerunt &c.
 Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, quod ab initio Iste Moniales ante Ingressum Religionis fuerunt à Statuto exclusæ propter Masculos, cum Statutum ante ingressum iniecerit Vinculum, ut per Castr. consil. 504. n. 14. lib. 1. Tiraquell. de Jur. primogenit. q. 43. n. 5. & seqq. Mandel. consil. 98. num. 1. Vivius multos allegans commun. opinion. 812. n. 14. Craff. in Successio q. 3. n. 2. Quo fit, ut cum prius essent à Statuto exclusæ, per talem exclusionem quæsitum fuit Jus Masculis, quatenus, ut ad eorum Interesse faciant partem in Legitima, ita ut illa transeat de Triente in Semissem, ut fuit resolutum in Causa Romana de Lante coram SS. D.N. quæ est dec. 266. par. 1. & tradit Decian. respons. 46. n. 31. & seqq. lib. 3.

R. P. D. PIROVANO.

Æsina Fideicommissi.
 Luna 12. Februarii 1626.

Supererat videndum &c.
 Si verò adhuc præsupponeretur Dotes à Statuto esse subrogatas loco Legitimæ, & Sorores posse facere partem ad commodum Masculorum, nihilominus cum hæc Electio non sit Foeminarum, sed Masculorum, ad quorum favorem Statuta emanarunt, ut Dotes sint earum Dote contentæ, & pro Dotandis arbitrio nominatorum in Statutis eorum Dotes sint taxandæ, ac quiescentibus Hæredibus gravatorum, ut Legitima sit Triens, non autem Semis, Dotes non erunt de Legitima extrahendæ, sed tanquam æ alienum ante Legitimam deducendæ, ut latissimè fuit firmatum in d. Decis. 30. Octobris 1617. coram bo. mem. Ubaldo, inter impress. 74. post Tract. de Legitima, cujus rationes, & fundamenta non sunt transcribenda.
 Et ita &c.

INDEX RERUM NOTABILIUM

Quae in Commentariis de Statutariis Successionibus continentur.

A

AGATO.

Personalis non circumscribitur loco, sed sequitur personam...

ACTUS.

In futuris regulatur a frequentiori contingentia...

ADOPTIVUS.

An in successione intestata habeatur pro agnato...

AGIDIANA.

Fuit edita in Provincia Marchiae... Prohibet ne Civitates subditas status Ecclesiastici statuam...

ASIUM.

Dat nomen Provinciae Marchiae... Habet statutum feminarum exclusivum ibid.

AGNATIO.

Reipublicae interest, ut bona conserventur in agnatione... Splendor familiarum conservatur per conservationem bonorum...

AGNATUS.

In dubio est admittendus ad successionem vigore nostrae Constitutionis... Religiosus dicitur, & succedit in fideicommissio merè agnatio...

ALIENATIO.

Vide Constitutiones Apostolicas quoad alienationem in forenses... Proprie est illud, quod praesertim liberum, plenum, & absolutum dominium...

ALLODIUM.

Dat nomine Provinciae Marchiae... Habet celeberrimum ibid.

ANGONA.

Dat nomine Provinciae Marchiae... Habet statutum feminarum exclusivum ibid.

ANNUS.

De variis computationibus, & initiis annorum remissive... Legalis pro regulandis fructibus quomodo computetur...

APPELLATIO.

Prohibita appellatione non est prohibitum dicere de nullitate... Descriptio ejus Gubernii...

ARIMINUM.

Descriptio ejus Gubernii... Vide Pater, Mater, Asculum.

ASCULUM.

Fuit olim Respublica sub regimine Episcopi... Gubernium ejus est independens a Gubernatore Provinciae.

III.

R. P. D. P I R O V A N O.

Affisien. Fideicommissi.

Luna 29. Maii 1629.

Dixerunt Domini &c. Quia & si hujusmodi detractio non possit impediri, non tamen impedienda erit Immissio in reliquo reservato...

V.

R. P. D. M O L I N E S

Romana Legitimae.

Luna 23. Januarii 1696.

Postquam Domini &c. In nihilo relevante, quod ad augendam Legitimam masculorum de dicto Triente ad Semissem nulla esset habenda ratio...

IV.

R. P. D. M U T O.

Viterbien. Legitimae.

Veneris 1. Julii 1695.

Reformandam esse Domini censuerunt &c. Quo enim ad primam, fomentum reformationi sententiae praebuit insufficiens quantitas portionum Legi-

F I N I S.

chis Comitibus Atefinis fuit comprehensa haec Civitas ibid. Magistratus hujus Civitatis deputat Gubernatores in pluribus locis districtus ibid.

Statutum habet foeminarum exclusivum ibid. Subjecta reperuntur Castra Ancharani, & Maldignani, etiam in temporalibus primum Episcopo, secundum Capitulo Afculi ibid.

Sunt tamen de Statu Ecclesiastico, licet obvenerit dicantur ex concessionibus Imperialibus ibid.

B

BARO.

Dicitur primus Civis in sua Civitate, vel feudo... Est de immediato statu Sedis Apostolicae, licet sit Regno Neapolis...

BENEVENTUM.

Habet statutum feminarum exclusivum ibid. Ipsi Gubernium est restrictum ad solam Civitatem ibid.

BONA.

De variis speciebus, & qualitatibus bonorum... Consuetudina in praediis rusticis, & urbanis circumscribuntur, & dicuntur esse in loco, in quo sunt...

Qua tamen opinio improbat ex pluribus... Existencia extra Territorium similiter ex Doctorum interpretationibus non subjacet statutis...

Existencia in uno loco aliquando ex destinatione possessoris censenda sunt de loco diverso... Jurisdictionalia status Ecclesiastici, an sint feudalia, vel alodialia...

Est tamen feudalitas impropria, quae non regulatur cum legibus, & constitutionibus feudalibus... Amplia ut etiam sit feudalitas impropria illa, quae inest bonis retetis cum investitura, & expresso titulo feudali, ibid.

Mobilia non circumscribuntur loco, nisi destinata sint, ut in loco permanent...

Idem de se moventibus, ibid. vers. cum qua distinctione. Possessa per laicos successores in bonis Clerici non sunt exempta...

Per laicos, quae sint de directo dominio Ecclesiae non subjacent statutis, quamvis contentio sit super dominio utili, & Ecclesia non sit in causa... Contrarium tamen disponitur in Constitutione...

Per personas exceptas accessorie sunt exempta... Tollitur tamen per Constitutionem quilibet exemptio tam personarum, quam bonorum...

Est Mater studiorum, & celebris Universitas... Territorium ejus describitur, ibid.

BULLA.

Transumptis Bullarum an, & quando fides adhibetur... au. 10.

BONONIA.

Est Mater studiorum, & celebris Universitas... Territorium ejus describitur, ibid.

BULLA.

Transumptis Bullarum an, & quando fides adhibetur... au. 10.

C
Habet statutum foeminarum exclusivum §. 2. sub n. 25. Veri. de pertinentiis Callii.
 Territorium ejus describitur, ibid.
C A M E R I N U M.
 Sub regimine familiæ de Varanis §. 2. n. 34.
 Deinde per Paulum III. fuit permutatum cum Parma, & Placentia ibid.
 Est Gubernium independens à Præside Provinciæ ibid.
 Habet statutum foeminarum exclusivum ibid.
 Territorium ejus describitur, ibid.
C A N O N I C I.
 Sunt Civis in Civitate, seu loco residentis §. 20. sub n. 28. in fin. & n. 56. ubi distinguitur inter Canonicos Cathedralis, & Collegiatæ.
C A R D I N A L I S V I C A R I U S.
 Habet cumulativam in prima infantia cum sex Cardinalibus Episcopis respectu locorum existentium in districtu Spirituales Urbis §. 2. sub n. 21. Veri. sub dicta autem.
C A S T R U M.
 Castrum, estque status descriptio §. 2. sub n. 19.
 Habet statutum foeminarum exclusivum ibid.
C A U S A.
 Finali cessante cessat dispositio §. 5. n. 6.
 Inspicienda est in dispositionibus privatorum, non in legibus universalibus Principum §. 5. n. 7.
 Quando est multiplex dicitur impulsiva, & una cessante, non cessat dispositio §. 5. sub n. 6.
C A U S A T U M.
 Non debet esse potentius quam causa §. 8. sub n. 2.
C E N S U S.
 Consignativi ad formam Bullæ Piæ dicuntur esse in loco, ubi existit fundus censitus §. 8. n. 9.
 Personæ veniunt sub nomine jurium, & actionum §. 8. sub n. 9. Idem non circumscribuntur loco, sed sequuntur personam §. 8. n. 11.
 Reservativi circumscribuntur eo loco, ubi existunt bona censita §. 8. sub n. 9. Veri. non autem.
C E S E N A.
 Habet statutum foeminarum exclusivum §. 2. sub n. 26. Veri. Cesena.
 Territorium ipsius describitur ibid.
C I V I L I T A S.
 An ejus concessio sit de regalibus §. 20. n. 54.
 An possit concedi per Barones subordinatos, & Communitates, seu Civitates? distinguitur ibid.
 Concepta per Principem an operetur in præjudicium Ecclesiasticorum, & exemptorum §. 20. n. 5. remissivè.
 De diversis speciebus, & distinctionibus Civilitatis §. 10. n. 28.
 De vera Civilitate per naturam, originem, vel domicilium n. 29.
 Domicilio acquiritur vera Civilitas §. 20. n. 51.
 Quoties ex dispositione legis, vel hominis non sit necessaria qualitas originaria ibid.
 Domicilium quomodo contrahatur §. 20. sub n. 51.
 Quale sit necessarium ad hoc, ut fiat facti status, & Constitutionibus Apostolicis loquentibus de vera Civilitate ibid.
 Fida, & privilegiativa sufficit ad satisfaciendum statutis, & legibus particularibus inferiorum Civitatum, & locorum subditorum, non autem Constitutionibus Apostolicis §. 20. n. 32. & 33.
 De variis civilitatibus fictis, & legalibus §. 20. num. 52, 53, & 56.
 Rigoſius proceditur in Civilitate de novo acquirenda, quam in recuperanda §. 20. n. 41. & de ratione n. 42. & 43.
 Ut quis fruatur beneficio statuti, quæ Civilitas requiritur §. 13. num. 40.
C I V I S.
 Aliquis potest esse plurium locorum §. 20. n. 30. & n. 48.
 Natus accidentaliter in aliquo loco reputatur Civis loci ubi nascitur ad plures effectus, sed non ad illum satisfaciendi Constitutionibus Apostolicis §. 29. n. 45. & 46.
 Limita nisi ultra nativitatem accidentalem concurreret permanentia, & continuus incolatus §. 20. n. 47. & seq.
 Natus accidentaliter ubi quis retinet per officium, vel exercet mercaturam dicitur propriè civis originis, non loci Nativitatis, & quid ad effectum d. Constitutionum, §. 20. n. 50.
 Retinens domum apertam in loco originis non amittit civilitatem per residentiam occasione alio loco §. 20. n. 44.
C I V I T A S C A S T E L L I.
 Habet statutum foeminarum exclusivum §. 2. n. 42.
 Descriptio ejus Gubernii ibid.
C I V I T A S D O M I N A N S.
 Que verè, & propriè dicitur §. 2. n. 5. & seq.
 Et de distinctione temporum, in quibus Civitas fuit domi-

nans, vel subdita, ad effectum considerandi statuta, eorumque operationem §. 2. n. 8.
C I V I T A S F E R E T R A N A.
 Describitur ejus Territorium §. 2. n. 25. Veri. de pertinentiis Civitatis Feretrane.
C L A U S U L A I N S P E C I E.
 Decreti irritantis quid operetur §. 21. n. 4.
 De plenitudine potestatis, ejusque efficacia §. 6. num. 3. remissivè.
 Ex certa scientia quid importet §. 6. n. 2. remissivè.
 Motu proprio eximitur ab obligatione justificandi narrata §. 6. num. 1.
 Efficit, ut non possit dari de subreptione, vel obreptione ibidem.
 Perpetuo valitura est superflua, quæ est de rei natura perpetua, apponitur tamen de stylo §. 7. n. 1.
 Quorum tenores quid faciat §. 6. n. 4. remissivè.
 Sublata quid operetur §. 21. n. 2.
 De aperture oris ad verbum §. 27. n. 3.
C L A U S U L A E.
 Apponuntur de stylo in qualibet gratia etiam obrenta ad partis supplicationem §. 6. sub n. 7. Veri. potissimè verò.
 Impediunt ne possit dari de non usu, vel usu contrario, §. 21. num. 16.
 Inducunt favore obtinentis præsumptionem juris contraria probatione, vel fortiori præsumptione elidibilem §. 6. n. 7.
 Non impediunt dari de non comprehensione, vel defectu intentionis §. 21. n. 19.
 Adhuc tamen Judices abstinere solent ob reverentiam, ut habeatur recursus ad Papam §. 21. n. 20.
 Sunt operativæ in gratis, & provisionibus particularibus, non autem in legibus universalibus, ubi remanent superflua, & de ratione §. 6. n. 5.
 In quibus non sint superflua, etiam in legibus universalibus §. 21. num. 10.
C L E R I C I.
 In Statu Ecclesiastico subijctio Gabellis, ob mixturam temporalis, & Ecclesiasticæ potestatis concurrentis in Papa §. 1. num. 7.
 Et quia gabellarum impositio provenit plurimum ex causis tangentibus servitium, ac defensionem Fidei §. 1. n. 9.
 Non comprehenduntur sub statutis foeminarum, & cognatorum exclusivis §. 3. n. 20.
 Amplia etiam si in minoribus constituti non incedant in habitu, ac tonsura §. 10. sub n. 7.
 Amplia 2. etiam si agatur de eorum bonis post mortem §. 3. sub n. 20.
 Contrarium ex pluribus sentit Author §. 10. n. 2.
 Per Constitutionem quælibet exemptio tollitur §. 10. n. 1. & seqq.
 Non possunt per Principem laicum compelli ad solvendas collectas, nisi accedente autoritate Pontificis §. 1. n. 10.
 Non tenentur ad onera communitativa, quia supportant onera spiritalia in gratia laicorum §. 1. n. 8.
 Patrimonium duplex habent, profanum, & Ecclesiasticum §. 8. sub n. 7. Veri. quod etiam.
 Possunt in favorabilibus uti statutis laicalibus per modum privilegii §. 10. sub n. 4.
 Cætera Vide Verbo Ecclesiastici.
C O M B I N A T I O.
 Denegatur per DD. in statutis §. 3. n. 18 & §. 13. n. 16.
 Est tamen asperum, & irrationabile §. 14. n. 1. & 2.
 Per Constitutionem demandatur §. 14. sub n. 4.
 Amplia 1. etiam statuta non concordant in omnibus, sed in aliquibus, combinatio servari debet in iis, in quibus concordant §. 14. num. 5.
 Amplia 2. etiam si statutum loci personarum haberetur pro non extante, & non operativum ex DD. restrictionibus, & limitationibus §. 24. n. 7.
 Cur provisum fuerit in casu non operationis statuti personarum, non autem e converso statuti bonorum §. 14. n. 9.
C O N F E S S I O.
 Alieno nomine facta quando est adminiculata attenditur, §. 11. num. 18.
C O N F I R M A T I O.
 In forma communi præsumitur ex lapsu 30. annorum cum observantia §. 7. n. 12.
 Non alterat naturam confirmati §. 7. sub n. 10.
 Pontificis solum operatur statutum validitatem, nec in aliquo immutat eorum naturam §. 2. n. 17. Veri. non per hoc.
 Papa censetur confirmare statuta uti Princeps, non uti Papa §. 2. n. 17.
 Vide Statuta quoad confirmationem.
C O N J U N C T I O.
 Exigit habilitatem extremorum §. 14. n. 3.
C O N S E N S U S.
 Populi non requiritur in legibus Papalibus §. 6. n. 2.

Tamen fuit adhibitus in edenda Constitutione Innocentiana. & quare §. 4. sub n. 2.
C O N S T I T U T I O.
 Apostolica quomodo publicetur §. 22. num. 11.
C O N S T I T U T I O N E S A P O S T O L I C A E Q U O A D A L I E N T I O N E M I N F O R E N S E S, E T B O N O R U M J U R I S D I C T I O N A L I U M.
 De pluribus Constitutionibus editis in hac materia, quæ adhuc incertum est quid contineant §. 20. n. 1.
 Ante editionem dictarum Constitutionum nulla lex prohibebat in Statu Ecclesiastico alienationes in forenses, & solum ad erant Canonæ super alienatione bonorum Ecclesiæ, §. 20. num. 2.
 Synnachi, aliorumque Pontificum, & Bulla B. Pii V. de non in feudandis continent prohibitionem, ne Pontifex alienaret ea, quæ per Ecclesiam Romanam, & Sedem Apostolicam libere, & plene jure possidebantur, nisi autem disponunt de bonis possessis per Barones, alioque privatos §. 20. n. 3.
 Sixti V. la 3 prohibet vendi, permutari, seu in feudum, emphyteum, livellum, vel pignus, & locationem ultra triennium concedi Castra, & loca jurisdictionalia, nec non alia bona stabilia, forensibus §. 20. sub n. 21.
 Approbat, & mandat servari statuta existentia in Civitatibus, & Locis Status Ecclesiastici, per quæ prohibetur alienatio bonorum stabiliam in forenses §. 20. n. 9.
 Hujusmodi statuta ex ratione Apostolicæ Authoritatis sunt valida, & efficiunt etiam Clericos, §. 20. num. 10. & 11.
 Obligat Civis, vel incolæ, qui à statu discedunt non reversuri, ut infra triennium aliis capacibus bona vendant, vel permucant ibid.
 Prohibet vendi, permutari, vel donari etiam subditis Civitates, Oppida, Castra, & Fortalicia ibid.
 Non tamen prohibet, quod vel per testamentum, vel ab intestato possint transferri bona in forenses, dummodo intra triennium veniant ad habitandum in Statu Ecclesiastico ibid.
 Excipit ab hujusmodi prohibitione loca montium, census, & dotes, & omnia & quæcumque bona existentia in Urbe, & in ejus ambitu per spatium decem milliaria circumcirca §. 20. num. 12.
 Clementis VIII. la 78. edita fuit pro majori declaratione Constitutionis Sixti, sed adhuc difficultates non abilitat, §. 20. num. 14.
 Declarat facultatem datam per Sixtum disponendi in forenses intelligi solum de forensibus, qui verisimiliter venturi sunt ad habitandum, non autem de Communitatibus, Collegiis, Principibus, aliisque personis potentibus, quæ venire non possunt §. 20. sub n. 14. Veri. in hac igitur.
 Disponit, quod in dictis Communitates, Collegia, & personas potentes bona transferri nequeant, nec inter vivos, nec per ultimam voluntatem, nec per impositionem censuum, solumque exceptuata officia, loca montium, & dotes ibid.
 Extendit Constitutionem Sixti ad omnes, & quoscumque contractus, excepta dote, & ad omnes, ultimarum voluntatum species §. 20. num. 16.
 Intelligit quoad ultimas voluntates, ad effectum retinendi, non autem dimittendi in subditos intra tempus præfixum §. 20. num. 25.
 An autem extensio procedat solum respectu personarum potentium, vel indistinctè pro omnibus Vide ex num. 16. cum seqq.
 Pauli V. la 10. est approbativa Constitutionum Sixti, & Clementis §. 20. sub n. 18.
 Prohibet alienari Civitates, Oppida, Castra; Loca jurisdictionalia, & fortalicia, etiam in subditos cujuscumque contractus nomine ibid.
 Non loquitur tamen de dispositionibus per ultimam voluntatem ibid.
 Pauli ad Castra diruta, & tenutas, quibus aliqua jurisdictione annexa sit & ad casalia, & tenutas, quæ sint in confinio §. 20. num. 19. & de ratione n. 20.
 Concedit terminum ad retractandas alienationes per alteram Constitutionem, quæ est la 72. §. 20. sub n. 20.
 Extendit per alteram Constitutionem, quæ est la 151. prohibiciones prædictas, etiam ad dorem, scilicet respectu jurisdictionalium, & existentium in confinio, etiam in subditis, in stabilibus verò non jurisdictionalibus cum solis forensibus §. 20. n. 21. & 22.
 Non loquitur de dispositionibus per ultimam voluntatem, nisi relative ad Constitutionem Clementis, §. 20. sub n. 22.
 Innocentii X. edita de anno 1650. restringit solum ambitum Urbis à decem ad quatuor milliaria §. 20. n. 23.
 Removet aliquas cautelas præservativas, fieri solitas in hujusmodi alienationibus ibid.
 Non agit de successione intestata, vel de testamentis, nisi implicite, & relative ad Constitutionem Clementis, & aliorum ibid.

Alexandri VII. la 107. demandat observantiam disposituram in antecedentibus Constitutionibus §. 20. sub n. 23.
 An hujusmodi Constitutiones habeant locum in cessionibus, seu renunciationibus juris universi, in quibus bona jurisdictionalia veniant accessorie §. 20. n. 24.
 An capiant casalia, tenutas, & prædia, quæ privatis titulis acquisita possidentur per Barones intra fines Oppidi, seu Castri jurisdictionalis §. 20. sub n. 24.
 Non impediunt intestatam successionem, sed tantum obligant, ut bona transferantur in subditos intra terminum præfixum §. 20. num. 25. & 26.
 Que Civilitas satis sit ad hoc ut satisfaciatur hujusmodi Constitutionibus §. 20. ex n. 31. cum seqq.
 Vide Civilitas, Civis, forenses.
C O N S T I T U T I O I N N O C E N T I A N A.
 Admittit extensionem de casu ad casum ex identitate, & majoritate rationis, quia est lex universalis lata per Principem §. 7. n. 15. & §. 8. n. 2.
 Religiosus agnatus ad exclusionem foeminarum, & cognatorum in casulo existentium §. 11. sub num. 22. Veri. verum quidem.
 Comprehendit bona emphiteuticæ, & livellaria, quamvis de directo dominio locorum, & personarum Ecclesiasticarum §. 9. n. 1. & seqq.
 Ecclesiastico ex Apostolica Authoritate §. 11. n. 11.
 Corrigit plurimas restrictiones, quæ super interpretatione, operatione statutorum irreperunt ex Doctorum opinionibus §. 3. n. 25.
 Non taxat, sed demonstrativè §. 8. sub num. 1. Veri. verum quia.
 Cur faciat speciale mentionem de matre §. 13. n. 1.
 Disponit quod statuta generaliter attendantur prout jacent, absque ulla restrictione, vel limitatione §. 7. num. 4. & 14. & §. 8. num. 1.
 Quod in casu dubio, & quomodolibet disputabili fiat interpretatio in beneficium agnationis, & in exclusionem foeminarum §. 7. sub n. 15. & 13. n. 7. & 8.
 Quod nulla exemptio attendatur, vel personarum decedentium, vel succedentium, vel excludentium, vel excludendum §. 10. n. 1. & seqq.
 Quod statuta loquentia de successione decedentium ab intestato locum habeant in successione intestabilium §. 8. num. 2. & 11. n. 3.
 Quod attendi debet sola qualitas naturalis §. 11. sub num. 22. & num. 24.
 Quod statuta serventur nulla habita rationem mixturæ personarum non exclusarum §. 12. sub n. 9.
 Quod attenditur statutorum combinatio §. 14. sub n. 4.
 Etiam si statuta non concordent in omnibus sed in aliquibus, quia combinatio servari debet in iis quibus concordant §. 14. num. 5.
 Amplia etiam si statutum loci personarum haberetur ex Doctorum restrictionibus pro non extante, & non operativum §. 14. num. 7.
 Cur provisum fuerit in casu non operationis statuti personarum non autem e converso bonorum §. 14. n. 9.
 Quod statuta serventur sublata quacumque differentia subjectionis personarum, & bonorum, §. 15. num. 15. in. 1. & per totum.
 Procedit non solum in bonis possessis jure domini, sed etiam in possessis, & detentis de facto §. 15. n. 3. & 4.
 Declara tamen ut in §. 16. n. 8.
 Quod statuta attendantur in omnibus bonis, juribus, & actionibus, sive circumscriptur loco, sive non §. 16. n. 1.
 Quod forenses sint exæquati subditis respectu bonorum possessorum in statu Ecclesiastico, quorum successio est regulanda juxta leges, & statuta locorum, in quibus existunt §. 17. per totum.
 Non tamen derogat statutis particularibus locorum, ex quibus forenses inhabitantur ad acquirendum, §. 20. sub n. 27.
 Quod in decedentibus præsumatur animus regulandi successionem juxta leges, & ordinationes locorum, in quibus sita sunt bona §. 18. per totum.
 Etiam si essent Ecclesiastici, & Exempti §. 18. n. 3.
 Idque procedere etiam si Constitutio condita fuisset per Papam, uti Principem, non autem uti Papam, & de ratione §. 18. sub num. 3.
 Et quamvis essent forenses, qui tamen potuerit probabiliter habere notitiam Constitutionis §. 18. n. 4. & 5.
 Præcipue respectu acquisitionum imposterum faciendarum, §. 18. n. 6.
 Nec idè dicitur afficere invitos, quia potest ei occurrere per testamentum §. 18. n. 8.
 Quod in successione testatis idem servetur, & sublata sint omnes restrictiones, quæ sublatae sunt in intestatis §. 19. n. 8. & sub n. 15. Veri. & per consequens.
 Est rationalis, & populorum moribus, vocisque consentanea §. 7.

§. 7. sub n. 15. & n. 16. Ex qua persona per Papam condita fuerit §. 1. n. 6. In ea condenda fuit adhibitus consensus populi, & de ratione §. 4. sub n. 2. Non restringitur ad aliquam causam, vel rationem particularem, sed est generalis, & indefinita §. 5. sub n. 7. Respicit futura, non autem præterita §. 7. n. 4. & seqq. Sensus Authoris circa casus præteritos §. 7. n. 8. Restringitur ad Statum Ecclesiasticum Italiae §. 2. n. 1. Qualis sit status Ecclesiasticus iam immediatus, quam mediatas, de quo Constitutio loquitur §. 4. n. 1. Ad statum confirmata à Sede Apostolica §. 7. n. 4. & n. 10. Similes leges ferri debentur ab publicum bonum per omnes Principes in Orbe Christiano §. 17. n. 6.

CURIA ROMANA.

Dicitur ratione residentie Summi Pontificis, non autem Urbis Romae §. 2. sub n. 14. vers. quæ Romana.

D

DATA.

Curponatur in litteris Apostolicis, §. 20. num 13. & seqq. De stylo Datarie, & Cancellarie computandi annos ab incarnatione §. 22. n. 17. De aliis computationibus à Nativitate, vel Circumcisione §. 22. num. 18. De differentia inter unam, & alteram speciem computationis §. 22. num 19. De variis computationibus, & initiis annorum remissive §. 22. num 21. Quare computando ab incarnatione adfit potius præposteratio §. 22. num. 20.

DATARIUS.

De origine, & Etymologia Datarii §. 22. n. 15. Potest licere supplicationes signatas manu Papæ ante registrationem §. 22. num. 16.

DECLARATIO.

Qui non potest actum revocare, vel impugnare, potest tamen illum ambiguum declarare §. 18. n. 2. Qui declarat non disponit ibid.

DELICTUM.

In delictis duplex concurrat interesse, publicum, & privatum §. 5. num. 4. Interesse publicum in quo consistat §. 5. n. 5. Princeps quando facere debeat gratiam de delictis §. 5. n. 4.

DICTIO.

Præsentis denotat specialitatem, §. 1. sub num 5. vers. ut probat.

DISPUTATIO.

Alieno nomine facta, quando est adminiculata attenditur §. 11. num 18. Testata latius patet favore agnationis, quam intestata, & magis ampliat statuta de intestatis successioneibus §. 19. n. 11. & sub num. 15. Vocando agnatos sæculares, & excludendo clericos, non dicitur inferre præjudicium Ecclesiasticæ immunitati §. 11. sub n. 14. Vide Testamentum.

DISTANTIA.

De loco ad locum quomodo sit mensuranda §. 2. sub num 46. remissive. Attestans de aliqua lege, de qua aliunde non constat, non attenditur §. 22. n. 7.

DOMICILLIUM.

Quomodo contrahatur §. 20. sub n. 51. Vide Civitas.

DOS.

De variis questionibus cadentibus circa dotem dandam femininis, quæ excluduntur à successioneibus propter masculos §. 3. n. 24. Debita ex statuto feminis exclusis, an succedat loco legitime §. 13. n. 29. remissive. De modo detrahendi dotem pro feminis à statuto exclusis, an detrahatur abasse, vel à legitima §. 13. n. 31. Quæ succedit loco legitime transmittitur per feminam ad heredes, etiam si moriatur innupta §. 13. sub n. 30. Versic. & 4. Paris fructus à die mortis parentis, ad differentiam dotis, quæ non succedit loco legitime, in quonon currunt, fructus, nisi post matrimonium §. 13. sub n. 30. tertius effectus. Peti potest etiam si femina nolit, vel differat nubere, non sic in dote, quæ non succedit loco legitime §. 13. sub n. 30. vers. alter effectus. Quæ commensuratur legitime dicitur congrua, imò aliquando, quæ adæquat virilem, sed ubi non succedit, potest esse congrua, licet sit minor §. 13. num. 30. Ut quæ non sufficiat pro omnibus successioneibus, à quibus femina

reperitur per statutum exclusa, mediante congrua dotatione §. 13. n. 28. remissive.

E

ECCLESIASTICI.

A tque à foro exempti enumerantur §. 10. n. 8. Comprehensio Ecclesiasticorum in nostra Constitutione fertur Apostolicæ Auctoritati, non autem potestati statuentium §. 11. r. 2. Illegitimi, & spurii non possunt succedere, quoties lex vocat ad successionem filios legitimos inhabilitando spurios, & illegitimos §. 11. n. 11. Non obligantur ex lege sæculari ratione potestativa, & jurisdictionali §. 11. n. 5. Possunt tamen obligari vi directiva, & æquitatis naturalis §. 11. n. 6. Non obligantur ex legibus laicalibus directe, neque indirecte præsertim ubi nullum habent bonum, & commendabilem finem §. 11. sub n. 6. vers. altera est. Non possunt excludi per legem editam in odium status Clericalis secus si edita sit ex aliquo rationabili fine, ad hoc scilicet, ut bona perveniant in eos, qui possunt propagare, & conservare familiam §. 11. n. 10. Cætera Vide lex vers. sæcularis. Non succedunt in feudis ubi per legem admittuntur ad successionem solum laici §. 11. n. 12. Potiri non possunt beneficio legis sæcularis, si non habeant qualitates requisita à lege prædicta, per quas habilitantur ad lucrum §. 11. n. 7. Successionis ordo nullum præjudicium infert Ecclesiasticorum immunitati §. 11. n. 3. Testata dispositio hominis vocans agnatos sæculares, & excludens clericos non dicitur inferre præjudicium Ecclesiasticæ immunitati §. 11. sub n. 14. Vide Clerici Religiosi.

EFFECTUS.

In jure attenditur, adeo ut paria sint non extare, & extare sine effectu §. 14. n. 7.

EPISCOPUS.

Est primus Civis in sua Diocesi §. 20. sub num. 29. in finem, & num 56. In quibusdam locis testamenta conficit pro decedentibus ab intestato §. 11. n. 16.

EUGUBIUM.

Habet statutum feminarum exclusivum §. 2. sub n. 15. vers. de pertinentiis Eugubii. Territorium ejus describitur, ibid.

EXCLUSIO.

Statutaria an sit perpetua, vel temporalis remissive §. 13. num. 20.

EEXEMPTIO.

Bonorum est accessoria ad illam personam §. 20. n. 1. Quælibet tam personarum, quam bonorum tollitur per Constitutionem §. 15. n. 1. & per tot. Amplia etiam si agatur de bonis possessis de facto, & per meram detentionem, non autem jure domini, §. 15. n. 3. & 4. Declara ut in §. 16. n. 8.

EEXEMPTUS.

De multiplici specie exemptorum, qui adsunt in Statu Ecclesiastico §. n. 1. sub n. 7. & n. 8. & §. 13. num. 15.

EXTREMUM.

Positis extremis media præsumuntur §. 3. sub n. 11.

F

FABRIANUM.

Habet statutum feminarum exclusivum §. 2. n. 43. Ejus Gubernium est independens à Præsidente Provinciæ ibid.

FAMILIA.

Familiarum nobilitas conservatur mediante divitiis §. 7. sub num. 15.

FAMILIARES.

Cardinalium, Episcoporum, Prælatorum, Sancti Officii, Fabricæ Sancti Petri, Almar Domus Lauretane, & collectorum spoliatorum sunt exempti à legibus laicalibus §. 10. sub n. 8. & §. 13. n. 15. remissive.

FANUM.

Habet statutum feminarum exclusivum §. 2. num. 41. De ejus gubernio ibid.

FAVENTIA.

Habet statutum feminarum exclusivum §. 2. sub num. 26. vers. Faventia. Territorium ejus describitur, ibid.

FERRARIA.

De dominio fuit olim Etentium §. 2. n. 24. Devoluta est ad Sedem Apostolicam cum Clemente VIII. ibid. Habet statutum feminarum exclusivum, ibid.

Oppidum Carpii fuit ab ejus districtu dismembratum, ibid. Territorium ejus describitur, ibid. FERRETTI CASTRUM. Est feudum Dominorum de Ferrettis nobilis familiarum Anconitanæ, §. 2. n. 31. FEUDATARIUS. Habet duplex patrimonium, scilicet feudale, burgenfaticum §. 8. sub n. 7. vers. quod hodie. FEUDUM. An, & quæ differentia sit inter feuda pleni juris, & illa, quæ sunt sub Baronibus, & Domicellis §. 2. n. 11. Castra, & loca districtu dismembrata, & concessa alteri in feudum an desinant esse de districtu §. 2. n. 10. Clerici, & Religiosi non succedunt in feudis, ubi per legem feudalem admittuntur solum laici §. 11. n. 12. De jure feudorum masculi succedebant exclusis feminis n. 3. sub num. 13. Est duplicis speciei, alterum de jure Francorum, & alterum de jure Longobardorum §. 3. sub n. 13. In feudo vero est speciale, quod moriente feudatario aliqua pars fructuum illius anni debeat Domino §. 20. num. 7. in finem. Quodque novus feudatarius teneatur petere renovationem investituræ §. 20. n. 8. In feudo minori, & baronali generaliter non datur restitutio in integrum adversus non petitam in tempore investituræ §. 20. num. 8. Regni Neapolitani juris Francorum admittit ab intestato filiam feminam ultimi feudatarii, ad exclusionem patruorum §. 19. num. 13. Potes tamen feudatarius, ex testamento excludere filiam, & deserre successionem feudi ad agnatum, qui est proxime successurus ex pragmat. final. de feud. §. 2. sub num. 13. vers. hinc autem. In dictis feudis non datur successio ultra tertium gradum civilem, & in qua casu detur gratia extensiva ad quartum §. 19. sub num. 13. Sex menses dantur pro petenda investitura à Sede Apostolica de feudo Regni Neapolis §. 20. sub n. 8. Daretur tamen restitutio in integrum adversus non petitam in tempore investituræ, ex capite minoris status ib. Status Ecclesiastici non est verè, & propriè feudum §. 20. nu. 5. & seqq. Cætera vide verb. Bona, vers. jurisdictionalia. Testando nequit possessor feudi, seu emphiteusis partitionæ alterare eorum successionem §. 19. sub n. 7. Usus feudorum à quo tempore fuerit introductus §. 3. n. 13. Vide lex vers. feudalis.

FIRMIUM.

Ex antiquo jure gaudet in temporalibus titulo Principatus §. 2. num. 32. Fuit in Metropoli erectum per Sixtum V. ibid. Gubernium ejus residere solet penes Cardinalem Nepotem Pontificis. ibid. Habet statutum feminarum exclusivum ibid. Territorium describitur ibid.

FISCUS.

Est durus adversarius §. 20. num. 35. FOEMINÆ. An reintegrantur ad successionem, si masculentur ob dolum non datam §. 13. n. 22. remissive. An veniant sub nomine agnatorum §. 13. n. 23. remissive. An censentur exclusæ obagnatos solum in gradus æqualitate §. 13. n. 27. remissive. An exclusæ per statutum faciant numerum, & partem in detractioe legitime §. 13. n. 32. remissive. Maxime quando sunt ex diversis matrimoniis ibid. Vide successio intestata quoad agnatos, & cognatos.

FORENSES.

Acquirentes bona in aliquo Principatu se supponere præsumuntur legibus ipsius Principatus §. 18. sub n. 6. An excludantur per statuta à successioneibus §. 13. n. 4. Exaguntur Per Constitutionem subditis respectu Sonorum existentium in statu Ecclesiastico, quorum successio est regulanda juxta leges, & statuta locorum, in quibus existunt §. 17. per tot. Nisi tamen per statuta particularia forenses inhabilitentur ad succedendum, vel acquirendum §. 2. sub n. 27. Præsumuntur ex Constitutione, quod velint regulare eorum successiones cum legibus, & statutis locorum, ubi bona sunt sita, quoties probabiliter habere potuerunt noticiam de dicta Constitutione §. 18. n. 4. & 5. Præcipue respectu acquisitionum in posterum faciendarum §. 11. num. 6. Sunt inhabilitati per Apostolicas Constitutiones ad possidendum bona in Statu Ecclesiastico, & de ratione §. 17. n. 2. Declara nisi veniant ad habitandum §. 17. sub n. 6.

Limita in Urbe, & in ambitu quatuor milliariam, ubi possunt acquirere abque obligatione in habitandi §. 17. n. 7. Vide Constitutiones Apostolicæ quoad alienationem in forenses, Constitutio Innocentiana, & Statuta.

FORUM.

Nō potest declinari ab apprehensis personaliter in Urbe §. 2. n. 14. Contrarium sentit Author, & de ratione, ibidem vers. clarum autem. Sortiri, & legibus ligari paria sunt §. 9. sub n. 1. §. 10. n. 6. Stylus Authoris non agendi de foro interno §. 21. n. 2.

FORUM LIVII.

Habet statutum feminarum exclusivum §. 2. sub num. 26. vers. Forum Livii. Territorium ejus describitur ibid.

FORUM SEMPRONII.

Habet statutum feminarum exclusivum §. 2. sub num. 25. vers. de pertinentiis Fori Sempronii. Descriptio ejus Territorii ibid.

FRATRES.

Inter fratres, eorumque filios à statuto vocatos an attendatur duplicitas vinculi §. 13. n. 36. remissive.

G

GABELLA.

In Statu Ecclesiastico, ut plurimum Gabellæ reperiuntur impostæ ex causis tangentibus servitium, ac defensionem fidei §. 1. num. 9.

GRADUS.

An computatio graduum fieri debeat secundum jus Civile, vel Canonicum §. 13. n. 37. In Statu Ecclesiastico sit secundum jus Canonicum ibid. Præcipue si statuta mentionem faciant de fratribus, & sororibus, & postea transeant ad alios conjunctos cum expressione secundi gradus §. 13. sub n. 37. vers. potissimum. Feminæ, an censentur exclusæ propter masculos in sola paritate gradus §. 13. n. 27. remissive.

GRATIA.

Anterior aliis præfertur §. 22. num. 14. GRAVATUM. Potest aliquando per testamentum prælegere ad successionem aliquem ex vocatis §. 19. n. 14.

GUBERNATOR URBIS.

Habet cumulativam in prima instantia in Districtu cum Senatore Urbis, seu Curia Capitolis, & Auditore Cameræ §. 2. n. 19.

GUBERNIUM.

Gubernia minoræ Statu Ecclesiastica non subordinata qualia sint §. 2. num. 47. Qui de causa multæ Civitatis, & Loca Status Ecclesiastici gubernentur independentes à Præside Provinciæ, cum sola immediata subordinatione Consule §. 2. n. 43.

I

IGNORANTIA.

Juris non excusat, cum agitur de jure communi, §. 22. num. 3. Quid de jure particulari, & locali? distinguuntur plures casus §. 22. num. 4. Est materia arbitraria, & non habet regulas certas §. 22. num. 9.

ILLEGITIMUS.

Non succedit quavis Clericus, ubi per legem laicalem vocantur ad successionem soli legitimi, & inhabilitantur spurii, illegitimi §. 11. n. 11.

IMOLA.

Habet statutum feminarum exclusivum §. 2. sub num. 26. versic. Imola. Territorium ejus describitur ibid.

IMMUNITAS.

In materia successionis nullum dignoscitur præjudicium Ecclesiasticæ immunitatis §. 11. n. 3. Testata hominis dispositio vocans agnatos sæculares, & excludens clericos non dicitur inferre præjudicium Ecclesiasticæ immunitati §. 11. sub nu. 14.

IMPRESSOR CAMERALIS.

Legibus, Decretis, Bannimentis, cæterisque scripturis impressis, & publicatis per Impressorem Cameralem fides adhibetur ex Constitutione Sixti V. §. 22. n. 10.

INTERPRETATIO.

Non intrat in claris §. 16. sub n. 5. & 6. Non inducitur ex gestis ad cautelam §. 20. n. 38.

INTESTABILIS.


In successione intestabilium ex Doctorum opinione habet locum statuta feminarum exclusiva, §. 3. num. 21. & §. 13. num. 18.

&c. n. 14. & §. 8. nu. 1. quodque in casu disputabili fiat interpretatio ad beneficium agnationis §. 7. sub n. 15. & §. 13. n. 7. &c. 8. & seqq. Sunt universalia in statu Ecclesiastico, & in Italia §. 3. n. 1. Ut sint operativa requiritur ex D. D. interpretatione utraque subiectio personarum, & honorum §. 3. n. 17. Sufficit tamen subiectio excludentium, non curato, quod excludit sint exteri §. 17. n. 2. Per Constitutionem collitur quælibet inæqualitas, & disponitur statuta servari tam quoad subditos, quam quoad exteros §. 17. n. 1. & per tot. & seqq. STATUTA LOCI DOMINANTIS, VEL SUBDITI. Leges latæ per Civitatem de tempore, quo erat dominans sunt contradistinguendæ à legibus latis de tempore subjectioni §. 2. nu. 8. Statuta loci inferioris attenduntur in casibus expressis ex sola licentia, vel tolerantia Civitatis superioris §. 2. sub nu. 6. verif. tum quia. Statuta particularia loci præferuntur statutis Civitatis dominantis §. 2. n. 3. Dispositio, quod in casu omisso recurratur ad jus commune, debet intelligi de jure communi Romanorum, non autem de jure loci dominantis §. 2. n. 4. Procedit conclusio in Civitate impropiè, non autem in dominante verè, & proprie, que sit Metropolitana, & habeat jura Imperii, & Principatus §. 2. n. 5. 6. & 7. Recurritur ad statuta Civitatis Dominantis quoties particularia loci nihil in casu disponant, vel sint ambigua §. 2. sub n. 3. verfic. ad generalia. Statuta subdicarum Civitatum dicuntur jux municipale, non autem commune §. 2. sub n. 6. verfic. sed quia. Statuta Urbis, an & quando sint attendenda à locis inferioribus §. 2. sub n. 15. & seqq. STATUTA PARTICULARIA. Diverfarum Civitatum, Locorum, & Nationum. Æsum habet statutum fœminarum exclusivum §. 2. sub n. 38. Ancona habet simile statutum §. 2. sub n. 37. Ausulan habet idem statutum §. 2. sub n. 31. Beneventum habet idem statutum §. 2. sub n. 40. Bononia habet simile statutum §. 2. sub num. 23. Callium habet simile statutum §. 2. sub num. 25. verfic. de pertinentiis Callii. Camerinum habet idem statutum §. 2. sub n. 24. Castris, & Roncioniis est simile statutum §. 2. sub n. 29. Cælena habet idem statutum §. 2. sub n. 26. verfic. Cæleua. Civitatis Castellis habet simile statutum §. 2. n. 42. Civitates, & Loca extra Statutum Ecclesiasticum habentia statuta fœminarum exclusiva describuntur §. 2. n. 48. Civitates, & Provinciæ extra Italiam, quæ idem statuerunt describuntur §. 2. n. 49. Eugubium habet statutum fœminarum exclusivum §. 2. sub n. 225 verfic. de pertinentiis Eugubii. Fabriano simile habet statutum §. 2. n. 43. Fanum simile habet statutum §. 2. n. 41. Faventia idem statutum habet §. 26. verfic. Faventia. Ferraria idem habet statutum §. 2. n. 24. Firmum habet simile statutum §. 2. n. 32. Forum Livii habet idem statutum §. 2. sub n. 26. Verfic. Forum Livii. Forum Sempronii habet simile statutum §. 2. sub n. 25. verfic. de pertinentiis Fori Sempronii. Galli habent legem Salicam super fœminarum exclusionem, de ejus introductione, & origine §. 2. sub n. 49. verfic. Galli. Longobardi excludebant fœminas propter masculos §. 3. sub numero. 12. Macerata habet statutum fœminarum exclusivum §. 2. sub n. 17. Neapolis habet duplex statum fœminarum exclusivum, alterum Complectens civitatem, ejusque particulare territorium, & alterum, quod extenditur ad totum Regnum §. 2. sub n. 48 verfic. Neapolis. Nursia habet statutum fœminarum exclusivum §. 2. sub n. 39. Perugia habet simile statutum §. 2. sub n. 28. Pifaurnum habet simile statutum §. 2. sub num. 25. verfic. sed de pertinentiis Pifaurni. Ravenna habet idem statutum §. 2. sub n. 26. verfic. Ravenna. Reate idem habet statutum §. 2. sub n. 46. Sancti Severini simile statutum ad est §. 2. sub n. 45. Senogallia idem habet statutum §. 2. sub n. 25. verfic. de pertinentiis Senogallia. Spoleterum habet idem statutum §. 2. sub n. 33. Viterbium simile habet statutum §. 2. n. 29. Urbini adfunt decreta Ducalia, quorum vigore generaliter in toto statu excluduntur femine propter masculos §. 2. sub n. 25. Urbis cap. 141. vult quod filiæ dotatæ non possint impugnare testamentum patrum in quo sint instituti collaterales agnati §. 2. nu. 21. & §. 19. sub n. 11.

Cap. 144. quod succedat ab intestato descendentes masculi exclusivè fœminis §. 2. n. 20. Fœminæ excluduntur propter filios masculos, non autem propter patros, vel alios transverfales agnatos §. 19. sub n. 11. Cap. 146. vult, quod ab intestato succedant fratres masculi tam utriusque, quam ex uno latere conjuncti, exclusivè fororibus, & amicitis, ac etiam matre, præterquam à legitima §. 2. sub n. 20. verfic. in altero. Cætera vide Verbo Roma.

STATUTA PARTICULARIA DIVERSARUM CIVITATUM, ET LOCORUM STATUTA ECCLESIASTICI, QUORUM PARTICULÆ SUNT IMPRESSÆ IN CALCE OPERIS.

- Æsinæ Civitatis Particula 1. Agliani Castris sub Gubernio Spoleti part. 2. Amandulæ Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 3. Amerinæ Civitatis part. 4. Anconitanæ Civitatis part. 5. Anguillaræ Terræ Baronalis in districtu Urbis part. 6. Apiræ Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 7. Apignani Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 8. Apugni Castris sub Gubernio Spoleti part. 9. Aqipendianæ Civitatis part. 10. Arcis Maximatorum Castris B. in districtu Urbis part. 11. Argentæ Terræ sub Legatione Ferrariæ part. 12. Arquatæ Terræ sub præfectura Nursiæ part. 14. Arronis Castris sub Gubernio Spoleti part. 15. Afculanæ Civitatis part. 16. Assisensis Civitatis part. 17. Auximanz Civitatis part. 18. Bagnacaballi Terræ sub Legatione Ferrariæ part. 19. Balneariæ Terræ in districtu Urbis part. 20. Bassanelli Castris B. in districtu Urbis part. 21. Bafizæ Terræ sub Gubernio Umbriæ part. 22. Belfortis Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 23. Beneventanz Civitatis part. 24. Bitontii Terræ sub Gubernio Umbriæ part. 25. Bonacquisti Castris sub Gubernio Spoleti part. 26. Bononiensis Civitatis part. 27. Bracchiani Oppidi B. intra districtum Urbis part. 28. Brisighellæ Terræ sub Legatione Romandiolæ part. 29. Britonorensis Civitatis part. 30. Caldarolæ Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 31. Callienfis Civitatis part. 32. Camerinenfis Civitatis part. 33. Cammoræ Castris sub Gubernio Spoleti part. 34. Camdagnani Terræ B. in districtu Urbis part. 35. Campelli Castris sub Gubernio Spoleti part. 36. Cannariæ Terræ sub Gubernio Umbriæ part. 37. Campranizæ Terræ Districtualis Urbis part. 38. Carboniani Terræ B. in districtu Urbis part. 39. Carpinetæ Terræ B. in districtu Urbis part. 40. Castilionis Lacus Terræ sub Gubernio Spoleti part. 41. Castilionis Tyberinzæ Castris Status Roncioniis part. 42. Castris, & Roncioniis part. 43. Castris Fidardi sub Gubernio Maceratæ part. 44. Castris Lacus sub Gubernio Spoleti part. 45. Castris Ritaldi sub Gubernio Spoleti part. 46. Castris Rivi sub Legatione Romandiolæ part. 47. Celleni Terræ in Provincia Patrimonii part. 48. Centi Terræ sub Legatione Ferrariæ part. 49. Cerreti Castris sub præfectura Nursiæ part. 50. Cerveteris Castris B. in districtu Urbis part. 51. Cervienfis Civitatis part. 52. Cæfenatenfis Civitatis part. 53. Cinguli Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 54. Citeranz Terræ sub Gubernio Civitatis Castellis part. 55. Civitatis Castellis, five Tiphernatenfis Civitatis part. 56. Civitatis Novæ Terræ B. in Provincia Marchiæ part. 57. Civitatis part. 58. Civitatis Vetulæ part. 59. Collis Marchesii Castris sub Gubernio Spoleti part. 60. Collestartis Terræ B. sub Gubernio Umbriæ part. 61. Coronæ Civitatis part. 62. Corinaldi Terræ sub Gubernio Marchiæ part. 63. Cornetanæ Civitatis part. 64. Cotignolæ Terræ sub Legatione Ferrariæ part. 65. Eugubinz Civitatis part. 66. Fabriani Oppidi in Provincia Marchiæ part. 67. Fanensis Civitatis part. 68. Faventinæ Civitatis part. 69. Ferrariensis Civitatis part. 70. Firmanz Civitatis part. 71. Formelli Castris B. in districtu Urbis part. 72.



- Forolivienfis Civitatis part. 73. Foropompienfis Oppidi Provinciz Romandiolæ part. 74. Forosempronienfis Civitatis. part. 75. Fosignani Terræ B. sub Legatione Ferrariæ part. 76. Fulginatenfis Civitatis part. 77. Gragioli Castris (sub Legatione Romandiolæ) part. 78. Gryptanorum Castris sub Gubernio Spoleti part. 79. Gualdi Terræ sub Gubernio Umbriæ part. 80. Hipeilli Terræ sub Gubernio Umbriæ part. 81. Hortanz Civitatis part. 82. Inolenfis Civitatis part. 83. Interamnenfis Civitatis part. 84. Lateræ, & Farnesii Terrarum B. in districtu Urbis part. 85. Licentiz Terræ B. in districtu Urbis part. 86. Lugnani Terræ B. in districtu Urbis part. 87. Lugnani Terræ sub Gubernio Patrimonii part. 88. Lugj Terræ sub Legatione Ferrariæ part. 89. Maceratenfis Civitatis part. 90. Missæ Terræ in Umbria part. 91. Massæ Longobardori in Terræ sub Legatione Ferrariæ p. 92. Meldulæ Terræ B. in Provincia Romandiolæ part. 73. Mercati Saraceni Castris B. sub Legatione Romandiolæ part. 94. Messanani Castris sub Gubernio Spoleti part. 95. Mevaniz Terræ sub Gubernio Umbriæ part. 96. Mondani Oppidi sub Legatione Romandiolæ part. 97. Montecchii Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 98. Monticellorum Castris in districtu Urbis part. 99. Montis Bodiæ Terræ sub Gubernio Marchiæ part. 100. Montis Cassiani Terræ sub Gubernio Marchiæ part. 101. Montis Castellis Castris in Provincia Umbriæ part. 102. Montis Falchi Terræ sub Gubernio Umbriæ part. 103. Montis Falchi Civitatis part. 104. Montis Fani Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 105. Montis Filatranæ Terræ sub Gubernio Marchiæ part. 106. Montis Floris Terræ sub Legatione Romandiolæ part. 107. Montis Giorgii Terræ sub Gubernio Marchiæ part. 108. Montis Granarii Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 109. Montis Leonis Terræ sub præfectura Nursiæ part. 110. Montis Milonis Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 111. Montis Novi Terræ sub Gubernio Marchiæ part. 112. Montis Sancti Terræ sub Gubernio Marchiæ part. 113. Montis Sancti Martini Terræ sub Gubernio Maceratæ p. 114. Montis Sancti Petri Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 115. Montis Scudoli Terræ sub Legatione Romandiolæ part. 116. Montis Ulmi Terræ sub Gubernio Marchiæ part. 117. Morcicchie, & Moriani Castrorū sub Gubernio Spoleti p. 118. Moriconia Castris B. in districtu Urbis part. 119. Morlupi Terræ B. in districtu Urbis part. 120. Mugnani Terræ sub Gubernio Patrimonii part. 121. Murri Vallium Oppidi sub Gubernio Marchiæ part. 122. Narniensis Civitatis part. 123. Nucernæ Civitatis part. 124. Nursiæ Oppidi, seu Civitatis Umbriæ part. 125. Orzani Castris sub Gubernio Spoleti part. 126. Palumarizæ Terræ B. in districtu Urbis part. 127. Perusinz Civitatis part. 128. Pinnæ Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 129. Piflaurenfis Civitatis part. 130. Pifagnani Castris sub Gubernio Spoleti part. 131. Plebis Centi Terræ sub Legatione Ferrariæ part. 132. Podii Nativi, seu Donadi Terræ B. in districtu Urbis part. 133. Pontis Castris sub Gubernio Spoleti part. 134. Postignani Castris sub Gubernio Spoleti part. 135. Ravennatenfis Civitatis part. 136. Reatinæ Civitatis part. 137. Recineten. Civitatis part. 138. Rocca Contradæ Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 139. Rocchetæ Castris sub Gubernio Spoleti part. 140. Roncofredi Castris B. in Provincia Romandiolæ part. 141. Sandæ Agathæ Terræ sub Legatione Bononiæ part. 142. Sandæ Anacolæ Terræ sub Gubernio Camerini part. 143. Sancti Archangeli Terræ sub Legatione Romandiolæ part. 144. Sancti Luppidi, seu Eldidii Terræ sub Gubernio Marchiæ p. 145. Sancti Ginesii Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 146. Sancti Iulii Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 147. Sancti Orestii Terræ in districtu Urbis part. 148. Sancti Severini Civitatis part. 149. Sarnani Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 150. Sarfanatenfis Civitatis part. 151. Saxoferrati Terræ sub Gubernio Perusie part. 152. Scrofanæ Terræ B. in districtu Urbis part. 153. Sefrii Castris sub Gubernio Camerini part. 154. Senogalliensis Civitatis part. 155. Serre Comitum Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 156. Serre Sancti Quirici sub Gubernio Maceratæ part. 157. Sillani Castris sub Gubernio Spoleti part. 158. Soriani Oppidi in districtu Urbis part. 159. Cad. de Luca de Statut. Success.

- Spinz Castris sub Gubernio Spoleti part. 160. Splozanæ Civitatis part. 161. Sutrine Civitatis part. 162. Tiphernatis Civitatis part. 163. Tolentinatis Civitatis part. 164. Trebii Terræ sub Gubernio Perusie part. 165. Trivignani Terræ B. in districtu Urbis part. 166. Tudertinz Civitatis part. 167. Tulphæ Terræ in districtu Urbis part. 168. Tyburting Civitatis part. 169. Vallis petræ Castris in districtu Urbis part. 170. Vallis Tupine Terræ sub Gubernio Umbriæ part. 171. Veliterne Civitatis part. 172. Vetrallæ Terræ sub Gubernio Patrimonii part. 173. Viani Castris B. in districtu Urbis part. 174. Vignanelli Terræ B. in districtu Urbis part. 175. Ville Paganicæ sub Gubernio Spoleti part. 176. Vissi Terræ in Provincia Umbriæ part. 177. Viterbienfis Civitatis part. 178. Urbinatenfis Civitatis part. 179. Urbis Romæ part. 180. Eiusdem part. 181. Urbisale Terræ sub Gubernio Maceratæ part. 182. Urbis veteris, aliis Vrbevetanz Civitatis part. 183. Vulsinii, aliis Bolseni Terræ in districtu Urbis part. 184.

STATUTA PARTICULARIA ALIOVARUM CIVITATUM, ET DITIONUM ITALIÆ EXTRA STATUM ECCLESIASTICUM, QUORVM PARTICULÆ SUNT IMPRESSÆ IN CALCE PAG. 144.

- Aretinæ Civitatis Particula. 1. Barenfis Provinciz part. 2. Florentinz Civitatis part. 3. Januens Civitatis part. 4. Lucensis Civitatis part. 5. Mantuanæ Civitatis part. 6. Mediolanens Civitatis part. 7. Neapolitanæ Civitatis part. 8. Papien. Civitatis part. 9. Pisanæ Civitatis part. 10. Senensis Civitatis part. 11. Utriusque Regni Siciliae part. 12. S T Y L U S. A stylo non est recedendum §. 6. n. 6. Datariz, & Cancellariz dicitur organum voluntatis Papæ, ibid. S U B J E C T I O. Duplex personarum scilicet, & honorum requiritur ad hoc ut sit locus statuto fœminarum exclusivo §. 3. n. 17. & §. 8. n. 4. Contrarium tenet Author, & de ratione §. 8. n. 5. Contrarium disponitur in Constitutione, ubi quod statutum loco personarum capiat etiam bona sita extra territorium §. 14. sub num. 9. S U B S T I T U T I O. Pupillaris quomodo continere dicatur testamentum Pupilli §. 19. sub n. 13. verfic. contrarium autem. S U C C E S S I O. Acquirentes bona in diversis Principatibus præsumuntur velle regulare successionem secundum leges anticusque Principatus, & loci §. 17 sub n. 6. verfic. tertio ob non improbabilem. Hujusmodi præsumptio inducit etiam ex Constitutione §. 18. per tot. & seqq. De aliquibus successioneibus, quæ nequeunt alterari §. 19. n. 7. Diformitas successione in bonis existens in eodem Principatu, imò in eadem Provincia, & Gubernio est irratiabilis, quidquid effect si bona existerent in diversis Principatibus §. 8. n. 6. & 7. In materiè successione nullum dignoscitur Ecclesiasticæ immunitatis præjudicium §. 11. n. 3. Jus, & ordo successione pendet à lege positiva sæculari §. 11. n. 4. & 7. & sub n. 13. An procedat in successioneibus necessariis §. 13. num. 34. remissivè. Leges editæ circa successione ante translatum Imperium in Græciam constituent in responsis Jurisconsultorum registrati inter Pandectas §. 3. sub n. 8. Lex rethringens jus successione ad certum genus personarum censetur implicite excludere eos, de quibus non loquitur §. 12. num. 7. Successio intestata est beneficium legis Civiles (seculares) §. 11. n. 13. Est testamentum legis §. 11. n. 15. & §. 19. sub n. 9. S U C C E S S I O I N T E S T A T A Q U O A D A G N A T O S, E T C O G N A T O S. Conditio fœminarum erat in successione æqualis cum masculis per leges 12. tabularum §. 3. n. 4. L Corre-

Correcta lege 12. tabularum per legem Voconiam decretum fuit bona deferri in masculos, feminis exclusis §. 3. n. 5.

Vide *Lex Voconia*.

De jure antiquo agnati per fictionem admittantur ad successionem intestatam sicuti agnati veri §. 3. n. 9.

Differentia agnationis, & cognationis fuit sublata per Justinianum in Græcia §. 3. n. 6. & seqq.

Ex dispositione Veteris Testamenti bona conservabantur in familia §. 3. num. 3.

Ex jure feudalia masculi succedebant exclusis feminis, & cognatis §. sub n. 13.

Ex legibus Longobardorum idem statuebatur §. 3. sub n. 12. Immutatio ordinis succedendi in agnatis sequuta est in Græcia non Italia §. 3. n. 10. in fin.

Adaptatur potius moribus Græcorum, quam Italarum, & de ratione §. 3. n. 11.

Incertum est, an leges innovativæ ordinis succedendi publicæ, & receptæ sue sint in Italia, & probabilior est negativa §. 3. sub n. 11. vers. nihilominus.

Mos excludendi feminam propter masculos potest dici generalis in Universo Orbe Civili §. 2. n. 49.

S U P P L I C A T I O.

Emanata manu Papæ ante registrationem non tribuit jus, & potest laçerari per Datarium §. 22. n. 16.

T

T E M P U S.

Non est immorandum in tempore, quando ex eo nulla resultat utilitas §. 3. n. 8.

T E S T A M E N T U M.

Annulati ubi non relinquatur filio legitima titulo institutionis §. 19. sub n. 5.

Salvator tamen per clausulam *quodcumque meliori modo* ibid.

Conditum in Ecclesia, vel in loco exempto, an subit dispositioni Statuti §. 19. sub n. 15. vers. in Statutis remissivè.

Legis dicitur intestata successio §. 11. n. 15. & §. 19. n. 9.

Quod à Patre fit pro pupillo ab aliquibus conjunctis pro amente, & in aliquibus locis ab Episcopo pro decedentibus ab intestato, dicitur supplementum voluntatis defunctorum §. 11. n. 16.

Vide *Dispositio*.

T E S T A T U S.

Frequenter fit intestatus ob questionem, seu impugnationes

cadentes super validitate testamenti §. 19. sub num. 4. vers. & quod magis.

T O T U M.

Eadem est ratio totius ad totum, quæ partis ad partem §. 12. num. 8.

T R A N S U M P T U M.

Transumptis Bullarum, an & quomodo fides adhibeatur, §. 22. num. 182.

V

V E R B A.

Declaramus quid operetur §. 18. n. 1. *Mandamus Decernimus & Statuimus* in quo differant à verbo *Declaramus* §. 7. n. 5.

V I D U I T A S.

Conditio Viduitatis antiquitus improbata, fecus apud nos §. 11. sub n. 10. remissivè.

V I T E R B I V M.

Habet statutum sceminarum exclusivum §. 2. n. 29.

Territorium ejus describitur, ibid.

U M B R I A.

Est Provincia valde considerabilis §. 2. n. 28.

Gubernium ejus describitur, ibid.

U R B I N V M.

A Pio IV. fuit erectum in Metropolim §. 2. n. 25. & seqq. Civitas verè dominans non erat de tempore Ducum, ibid. & seqq. Civitates existentes in ejus Ducatu ex declaratione Pauli III. retinuerunt propria jura, & præeminentias etiam postquam fuerunt incorporatæ Ducatui, ibid.

In toto ejus Statu regulantur, ut plurimum successiones cum Decretis Ducalibus excludentibus feminas propter masculos ib. Legibus, & styliis antiquis regitur ex Decreto Urbani VIII. ib.

Status generalis Urbini describitur, ibid. vers. constat itaque Territorium ejus particulare describitur, ibid. vers. de pertinentiis Urbini.

U R B S vide R O M A.

U R B S V E T U S.

Habet statutum sceminarum exclusivum §. 2. n. 37.

Territorium ejus describitur, ibid.

U S U S.

Non usus, vel usus contrarius quomodo allegari possit contra leges Papales, §. 21. n. 17. & 18.

Vide *Lex*.

JO. BAPTISTÆ
CARD. DE LUCA
DE
PENSIONIBUS
ECCLESIASTICIS
ADORNATUM

Constitutionis SS. D. N. D. INNOCENTII XI.
De non transferendis pensionibus ultra
medietatem illarum.

*Accedunt Indulta Varia transferendi, & retinendi
pensiones easdem.*

F I N I S.

INDEX CAPITULORUM

Hujus Operis de Pensionibus Ecclesiasticis.

C A P. I. Proemiale.

Qualis fuerit occasio, vel motivum Constitutionis, quid illa disponat, & quæ fuerit occasio presentium adnotationum? fol. 168.

C A P. II.

Quid sit Pensio Ecclesiastica; in quo consistat; quando iste usus introductus fuerit, & an sit commendatione, vel damnatione dignus? fol. 169.

C A P. III.

De personis, quæ super Ecclesiis, & beneficiis Pensiones reservare possunt. fol. 171.

C A P. VI.

De Personis, ad quarum favorem pensiones reservari possunt, & quamam sint illarum capaces, vel incapaces? fol. 173.

C A P. V.

De variis modis, cum quibus pensionum reservationes fieri possunt, & solent, & de reservatione futurum? fol. 174.

C A P. VI.

De reservatione Apostolica super Ecclesia, vel Beneficio vacante, pure facta ante provisionem, vel in actu providendi, & quid ubi reservatio aliquam habeat conditionem, vel clausulam? fol. 175.

C A P. VII.

De Apostolica reservatione super Ecclesia, vel beneficio vacante eventuali, si, & postquam antiquæ, una, vel plures pensiones cessaverint? fol. 177.

C A P. VIII.

De Apostolica reservatione pensionis voluntariæ, & sine causa super beneficio pleno? fol. 180.

C A P. IX.

De pensione fiduciaria, qualis dicatur, & quando fiducia illam irritet? fol. 181.

C A P. X.

Quando, & in quibus casibus reservatio pensionis ab initio, & in radice sit ipso jure nulla? fol. 183.

C A P. XI.

De casibus, in quibus Apostolica reservatio valide facta, ex post facto annulleretur, vel reducatur, seu aliâs modificationem patiat? fol. 185.

C A P. XII.

De justificatione valoris, quomodo ad hunc effectum pensionum facienda sit, & an distributionum, & aliorum incertorum ratio habenda sit? fol. 187.

C A P. XIII.

De pensionis extinctione, cessatione, & amissione; Et de dispensationibus desuper concedi solitis ad id evitandum? fol. 191.

C A P. XIV.

An, & quomodo pensiones Ecclesiasticæ sint in commercio, & de cessione commoditatis quid operetur? fol. 193.

C A P. XV.

De translatione pensionis, ejusque materia, & quando dicatur translatio antiquæ pensionis, vel potius omnino nova reservatio? fol. 194.

C A P. XVI.

De actionibus, remediis, & juribus competentibus pensionario, tam contra primum Titularem, quam contra Successorem, & in specie de regressu, vel ingressu? fol. 197.

C A P. XVII.

De solutione pensionis tam circa locum, quam circa monetam, & tempus, vel terminos, in quibus facienda sit? fol. 200.

C A P. XVII.

De concursu, vel ordine prælationis plurium pensionariorum super fructibus ejusdem beneficii gravati. Et de alio concursu passivo, vel contributione prædecessoris & successoris, vel plurium possessorum beneficii gravati in solutione pensionum? fol. 201.

C A P. XIX.

De pensionibus inexactis, an transmittantur, pro qua rata sint debitæ? fol. 202.

C A P. XX.

An, & quando inter pensiones, & beneficia intret æquiparatio, atque à dispositis in beneficiis arguere liceat ad pensiones, & e contra? fol. 203.

INDULTA VARIA

Transferendi, & retinendi Pensiones Ecclesiasticas.

- 1 Pro Eminentissimis DD. S. R. E. Cardinalibus, fol. 205.
- 2 Pro Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Capella Sanctitatis Sux assistentibus, fol. 206.
- 3 Pro Protonotariis Apostolicis, ibid.
- 4 Pro Abbreviatoribus Majoris Præfideniæ, fol. 207.
- 5 Pro Nonnullis Familiaribus SS. D. N. P. ibid.
- 6 Pro Conclavistis, ibid.
- 7 Pro Dapiferis, ibid.
- 8 Pro Militibus SS. Mauriti, & Lazari, ibid.
- 9 Pro Militibus S. Stephani, fol. 209.
- 10 Pro Militibus Lauretanis, ibid.

SANCTISSIMI D. N. INNOCENTII Divina Providentia PP. XI.

CONSTITUTIO

Ut nemini liceat pensiones, vel fructus Ecclesiasticos transferre, ultra illorum medietatem.

INNOCENTIUS PP. XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I.



Incircumspecta Sedis Apostolicæ providentia Christi fidelium commodis jugiter invigilans, ea, quæ aliàs pro Ecclesiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum exoneratione optimo quidem constituta fuere consilio, si optatus inde effectus minimè proveniat, sed gravia potius exoriantur incommoda, in melius commutare, atque reformare studet, sicuti magistra rerum experientia faciendum suadet, ac æqui, bonique ratio, necnon Ecclesiarum, & beneficiorum, ipsorum utilitas, & Christi fidelium pax, & tranquillitas noscuntur postulare.

§. II.

Cum itaque dudum fel. rec. Urbanus PP. VIII. prædecessor noster omnes, & singulas facultates, indulta, privilegia transferendi quascumque pensiones annuas super Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium mensurarum, & quorumvis Ecclesiasticorum, tam secularium, quam regularium beneficiorum, modicumque qualificatorum, fructibus, tam certis, quam incertis, ac etiam distributionibus quotidianis reservatas, quæ tamen per exactionem integrarum pensionum hujusmodi, ab ipsis translatis factam, realem, & actualem effectum sortita non essent, pro summa, quæ medietatem veri annui valoris fructuum mensæ, seu beneficii, super quibus pensio transferenda, seu translata reservata reperiretur, excederet, quibusvis personis, etiam Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, sive etiam ad favorem quorumcumque locorum piorum, & Collegiorum, quovis intuitu, & consideratione, etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, tam per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores suos, quam ipsum Urbanum prædecessorem concessa eatenus, revocaverit, cassaverit, & annullaverit, ac viribus, & effectu evacuaverit, ita tamen, ut facultates transferendi pensiones hujusmodi pro ea parte, quæ medietatem fructuum, etiam incertorum, vel distributionum, quatenus super illis essent impositæ, non excederet, firmæ, & illæ remaneret: Et insuper voluerit, & ordinaverit, eos, qui prætextu excessus medietatis fructuum, seu distributionum, hujusmodi partem pensionum translatarum solvere reculerent, ad excessum ipsum probandum teneri, nec interim istius dispositionis prætextu processum executivum, aut solutionem integræ pensionis, quatenus aliàs illis locus esset, impediri, aut retardari deberet, & aliàs, prout in ejusdem Urbani prædecessoris Constitutione desuper edita, & in Cancellaria Apostolica anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XXIV. die XXIV. Januarii publicata, cujus tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. III.

Verùm quotidiano experimento compertum sit, prænarratam Constitutionis hujusmodi dispositionem Ecclesiis, & beneficiis, pensionum hujusmodi onere gravatis, illasque obtinentibus, qui excessum medietatis fructuum iisdem pensionibus gravatorum probare, & interea donec rei judicatæ effectum desuper obtinuerint, pensiones ipsas solvere tenentur, parum esse officuam, & e converso tam transferentibus; quàm translatis pensionum hujusmodi non modicum adferre incommodum; illis quidem quod propter ignorantiam tum veri valoris annui fructuum, & distributionum; tum quantitatis aliarum pensionum desuper reservatarum, frequentissimè, ac ferè semper dubii sint, & incerti, quas pensiones transferre possint; his verò quod lites super pensionibus in eos translatis, quas Ecclesiarum, & beneficiorum hujusmodi possessores, sub prætextu excessus prædicti impugnant, sustinere, & prosequi cogantur: itaut ejusmodi litibus discutiendis, & decidendis Tribunalia assidue fatigentur, partes verò erummosis dispendiis prægraventur.

Card. de Luca de Statut. Success.

§.IV. Hinc est quod nos litibus, & dispendiis hujusmodi ansam præcidere, ac tam Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum exonerationi, quam illas; & illa obtinentium, necnon eorum, quibus ejusmodi facultates transferendi pensiones in hac S. Sede concessæ sunt, & imposterum concedentur, ac illorum, in quos pensiones ipsæ transferendæ sunt, & imposterum concedentur, ac illorum, in quos pensiones ipsæ transferendæ sunt, commoditati, securitati, & indemnitati, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes, ac quorumcumque privilegiorum, indultorum, & facultatum transferendi pensiones hujusmodi, seu illarum loco fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos reservatos, & reservandos, quibusvis personis, cujuscumque status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis existentibus, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, seu aliis specifica & individua mentione, & expressione dignis, etiam motu proprio, ac de Apostolica potestate plenitudine, ac cum quibusvis clausulis, derogationibus, & decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos, & Sedem prædictam hætenus quomodolibet concessorum, litterarumque Apostolicarum, tam sub plumbis, quam in simili forma Brevis, Cedulae motu proprio desuper expeditarum, & Chirographorum cujusvis Romani Pontificis manu subscriptorum tenores, etiam veriores, & datas, aliaque omnia, & singula, etiam specialem, & individua mentionem, & expressionem requirentia, presentibus pariter pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, exactissimè, & acuratissimè specificatis habentes; Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolica potestatis plenitudine, ut de cætero omnes, & singuli, etiam S. R. E. Cardinales, seu quavis alia præminentia, & dignitate præditi, & aliis quomodolibet qualificati, seu specificam, & individua mentionem requirentes, quibus ejusmodi indulta, privilegia, & facultates transferendi pensiones annuas super fructibus, & redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis undecumque provenientibus, & in quibuscumque rebus consistentibus, ac distributionibus, etiam quotidianis, & manualibus, Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Abbatialium, aliarumque mensarum, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium, personatum, officiorum, præpositurarum, præposituratum, Canonicatum, & præbendarum, aliorumque quorumlibet cum cura, & sine cura, sæcularium, & cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti regularium beneficiorum reservatas, seu illarum loco fructus, redditus, & proventus hujusmodi reservatos, sive per viam cassationis, & novæ reservationis, sive simplicis translationis, seu aliis quomodolibet hætenus à Sede Apostolica concessæ sunt, & in futurum tam per Nos, quam per Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem prædictam concedentur, eorundem privilegiorum, indultorum, & facultatum vigore dimidiam dumtaxat, seu dimidia minorem partem ipsarum pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum illarum loco reservatorum hujusmodi, quas, & quos vigore primæ reservationis, seu in eos factæ translationis de presenti percipiunt, & pro tempore percipient, seu legitime percipere possunt, & poterunt respectivè, transferre valeant, ita tamen ut ejusmodi translationes, si servata cæteroque dictorum privilegiorum, indultorum, & facultatum, & præsertim quoad quantitatem pensionum, & fructuum transferendorum in eis expressam, forma, & dispositione, factæ fuerint, tamen si fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta, ac distributiones, etiam quotidianæ, & manuales mensarum, aliorumque beneficiorum hujusmodi pensionum, & fructuum reservatorum oneribus ultra eorum medietatem adhuc gravata remanerent, nihilominus validæ, firmæ & efficaces existant, nec ex capite excessus medietatis fructuum, aliorumque prædictorum, in vim prædictæ Constitutionis Urbani prædecessoris, quam hac in parte quoad futuras translationes nullius roboris, & momenti fore decernimus, ullo modo impugnari possint, tenore præsentis perpetuò statuimus, & ordinamus.

§.V. Decernentes easdem præsentis litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod præfati, & alii quilibet, etiam specifica, & individua mentione digni, ac Cardinalatus honore fulgentes, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas ipsæ præsentis emanarint, adductæ, specificatæ; & justificatæ non fuerint, aut ex aliam qualibet, etiam quantumvis juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vicio, aut intentionis nostræ, seu interesse habentium consensus, aliove, quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuaque expressione requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in judicio, vel extrâ illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fo-

& fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, & in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque, & non aliter in præmissis censerit, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam delatere Legatos, & Apostolicæ Sedis prædictæ Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

§.VI. Non obstantibus facultatibus, privilegiis, indultis, aliisque præmissis, ac de jure quæ-
Dero-
gatio
obser.

sito non tollendo, & quod Cardinales prædicti sub regulis & Constitutionibus faciendis non comprehendantur, cæterisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, necnon prædicta Urbani prædecessoris, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & ordinationibus, ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis præfatis, aliisque personis, & collegiis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, & scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac etiam consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries, & quantiscumque vicibus iteratis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc fovenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac plenissimè, & amplissimè derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.VII. Ut autem præsentis litteræ omnibus facilius innotescant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicari, & affigi, sicque publicatas omnes, & singulos, quos concernunt, perindè efficere, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ fuissent; Ipsarum verò præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eademque prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubicumque locorum haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VII. Februarii M. DC. LXXVIII. Pontificatus nostri anno secundo.

Publi-
cacio.

I. G. Slusius.

Anno à Nativitate D. N. JESU CHRISTI Millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo, Indictione prima, die verò undecima mensis Februarii, Pontificatus autem SS. in Christo Patris, & D. N. INNOCENTII Divina Providentia PP. XI. anno ejus secundo, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Joannem Antonium Scajola Sanctiss. D. N. D. Papæ Cursorem.

Pro D. Mag. Curs. Th. Orlandus Sanctiss. D. N. Cursor.

culari super bonis, vel juribus profanis, ut supra, assignatur. Et quamvis etiam in hac specie pensionis, quæ cum Ecclesiastica potestate assignata sit super fructibus Ecclesiastici beneficii, apud Juris Professores eadem habeatur distinctio inter Ecclesiasticam, vel spirituales, & temporalem; Attamen id non provenit à diversitate qualitate subjecti, vel beneficii, quod hoc onero gravetur, sed à qualitate personæ, ad cuius favorem hæc reservatio, vel assignatio fiat, quoniam si fiat tanquam clericis, & personæ Ecclesiasticæ, dicitur Ecclesiastica, si verò tanquam laico, dicitur temporalis, ad effectum contradistinguendi capacitatem personæ, ad cuius favorem fiat reservatio, juxta ea, quæ proximè infra in cap. 4. habentur, non autem, ut diversæ sint species, quoniam ipsa pensio de per se confiderata, sive ad favorem laici, sive clericis reservetur, de ejus natura est quid temporale, solumque, habere dicitur aliquam mixturam, vel annexionem spiritualitatis, ad effectum commercii, alioque effectus, de quibus in totius operis progressu, dum, juxta veriorum, & receptam sententiam, pensionarius nullum jus in re, vel ad rem obrinet super substantia, vel administratione Beneficii, solumque habet quandam participationem fructuum, qui tanquam temporales considerantur à spiritualitate abstracti. a

Et quamvis post Constitutionem B. Pii V. per quam obtinentibus Ecclesiasticas pensiones injungitur onus recitandi Officium B. M. Virginis, & aliam Constitutionem Sixti V. per quam eisdem injungitur onus incendi in habitu, & tonsura clericali, quando pensio certam excedit summam 60. scutorum auri de Camera, aliqui præsertim morales, opponitur, quod pensio priorem naturam immutaverit, atque de jure temporali effectum sit jus Ecclesiasticum, & spirituale. Nihilominus hæc opinio nullum habere videtur probabile fundamentum, quoniam hæc accidentia reputari non debent apta ad immutandam rei substantiam, vel naturam, utpotè referabilia ad quandam congruentiam, & honestatem, ob aliquam participationem rei Ecclesiasticæ, eodem modo, quo frequens praxis docet in plerisque Ecclesiis Cathedralibus, Metropolitanis, & Collegiatis, ac etiam in Regularium Monasteriis, & Conventibus, & domibus, quoniam multi sæculares adducuntur servitio sub aliquo annuo, menstruo, vel diurno stipendio, seu pro victu, & vestitu obtinendo ex Ecclesiæ, vel Monasterii redditibus, talibusque interservientibus solent injungi onus incendi in habitu clericali, vel religioso, ac etiam recitandi quolibet die aliquas orationes, vel faciendi aliqua exercitia spiritualia, non exinde tamen inferri potest, quod illæ personæ efficiantur Ecclesiasticæ, vel quod illud stipendium dicendum sit Ecclesiasticum, vel spirituale, cum solum concurrentibus quibusdam requisitis intret in eis exemptio fori, & participatio aliquorum privilegiorum, b Atque aliàs indefinitely intrare deberet obligatio incendi in habitu, & tonsura, absque distinctione summæ, dum posita rei natura, plus, & minus illam non variat, necnon esset redargueret styllum concedendi indulta obtinentibus hujusmodi pensiones non incendi in habitu, & tonsura, & persistenti in statu conjugali, etiam cum qualitate bigamiæ, imò exercendi militiam, & officia secularia incompatibilia cum statu clericali, & Ecclesiastico, ideòque omninò verius videtur, quod istud sit jus temporale, habens aliquam spiritualitatis annexionem, ad certos effectus, de quibus infra in progressu non aliàs.

Super isto pensionum usu, tam circa ejus introductionem, & modum, quam circa punctum, an ille sit damnatione, vel commendatione dignus, varii varia dicunt, prout genium, seu livor, & frequentius imperitia suadent; Aliqui enim istam introductionem credunt modernam, & abusivam Romanæ Curie, ideòque illam damnant, tum quia producat mala, & inconvenientia, de quibus infra, tum etiam quia illam reputant contrariam Sac. Canonibus, disponentibus ut beneficia conferri debeant sine diminutione, Verùm quatenus pertinet ad substantiam, vel genus, clarus est illorum error, mala verò ab eis considerata non consistunt in substantia, vel genere, sed in modo indisereto, & irregulari, ex quo resultat abusus, per quem ipsum genus, de per se bonum, non est reprobandum, si quidem etiam sacramentalia, aliaque divina, & spiritualia, in tuo genere sunt bona, & optima, sed per abusum convertuntur in superstitiones, & in mala, non per hoc tamen dicenda sunt in genere damnabilia; Prout etiam salubriora, & meliora pharmaca, & medicamenta, vel salubriores, & meliores cibi, quando adsit

abusus, convertuntur in venenum, & mala producant; Idemque dicendum est de armis in Republica necessariis, ad se defendendum ab hostibus, & latronibus, aliisque malefactoribus, vel pro venatione ad humanum victum, & usum, & tamen illorum abusus multa producat mala, & crimina cum similibus.

Quatenus enim pertinet ad initium, vel introductionem, manifestus error est illam dicere modernam, & abusivam Romanæ Curie, quoniam quidquid sit de primis tribus sæculis, in quibus primitiva Ecclesia fuit sub Tyrannorum persecutionibus, & quando non de facili verificabantur fructus, & redditus Ecclesiarum ex prædiis & bonis temporibus, sed ut plurimum clericorum, & ministrorum sustentatio fiebat cum fidelium elemosynis, obstantibus, & collectis; Postquam initio quarti sæculi sub Silvestro I. ex pietate Constantini I. qui magnus nuncupatur, Ecclesia obtinuit tranquillitatem, atque inolevit usus, ut Ecclesiæ possiderent prædia, & latifundia, aliaque bona temporalia, ideòque clerici pingues habent fructus, idem Pontifex Silvester Primus statuit, & providit, ut Clerici copiosius egentes conjungerent, prout sacra legenda Breviarium Romani, in die ejus commemoracionis, comprobatur, quod verè, & propriè importat, vel importare debet reservationem pensionis super Ecclesiastici Beneficii fructibus, & proventibus, ut scilicet clerici provisi de pinguibus Beneficiis, quorum fructus, & redditus exuberent ultra congruam sustentationem, & alia necessaria pro Ecclesia, sustentationem aliquam pauperibus clericis, vel pauperibus sæcularibus, ut aptiores fierent ad Ecclesiæ servitium, & præstare debeant, sive id fieri in pecunia, sive in frugibus, & victualibus; Quinimò, juxta antiquas traditiones, in aliqua fructuum, & victualium quantitate, vel quota, juxta primævam introductionem pensio consistebat, tamquam per speciem societatis, vel admissionis ad participationem pro illa rata, sive per viam separationis aliquorum prædiorum, & bonorum, ex quibus pensionarius, manu sua, reservatam perciperet pensionem; Sed quoniam ista communio, seu participatio frequentes producebat discordias, & inconvenientia inter titulares, & pensionarios, ob suspicatas fraudes in quantitate, vel qualitate fructuum, sive in expensis, pro illorum recolectione, & bonorum cultura, idcirco introductus fuit usus faciendi reservationes in certa quantitate pecuniæ, solvenda singulis annis in duobus terminis, qui cadere solent in diebus Nativitatis D. N. Jesu Christi, & Nativitatis S. Jo. Baptistæ, vel in die Annuntiationis, & in altera Nativitatis B. Mariæ Virginis, ad instar ejus, quod ex eadem causa introductum fuit in lucris, & emolumentis officiorum vacabilium Romanæ Curie inter officiales, & socium, ut in Sede Societatis officii, & in translatione Officiorum haberetur, vel praticari solet inter socios alicujus negotiationis, ex deductis in sede Usurarum, & alibi, ac propterea abiit in defuetudinem pensio in quota, vel quantitate fructuum.

Et quamvis etiam hodie fructuum reservatio in toto, vel in parte praticari solet, præsertim in Cardinalibus aliquam Ecclesiam, vel Beneficium dimittentibus, quod sibi reservant omnes fructus ad vitam, assignata congrua, seu verius portione in quantitate Beneficiato, vel Titulari resignatorio, ejusque successoris, sive sibi reservant aliquam pensionarium, vel fructuum partem, reliqua parte dimissorio alio loco congruæ, seu portione, atque ad aliquos effectus ista reservatio habeat speciem pensionis, cujus loco fructus reservatur, atque cum ejus terminis regulari solet, ut præsertim advertitur infra, in cap. 5. ac etiam cap. 18. occasione agendi de materia translationis, nihilominus pro usu loquendi curiæ, non dicitur pensionarius, sed reservatarius fructuum ille, ad cuius favorem facta est hæc reservatio.

Commendatione itaque potius, quam damnatione dignus censendus est iste usus, quando discretè, & cum debita proportione praticetur, ad limites rationis, ob quam hæc introductio inolevit, ut scilicet absque notabili Ecclesiæ, & titularis gravamine, & præjudicio, sequatur in illa fructuum parte, quæ exuberet, quia excedat congruam Beneficiati sustentationem, aliaque onera pro Ecclesiæ cultu, & servitio, aliisque congruis expensis atque reservatio justum habeat motivum ab ipso S. Silvestro Primo habitum, ut Clerici locupletes sub veniant Clericus pauperibus, ad limites indigentiar, & pro congruo, & honesto subsidio, sive commodiori sustentatione, ut etiam in formula Litterarum Apostolicarum exprimi solet, præter quam

quam in pensionibus, quæ reservantur ad favorem Cardinalium, dum in eis dicitur, ut decentiùs ille status, juxta sublimitatem Cardinalatus, teneri possit. Id enim satis congruam, & honestam habet rationem, quoniam cum Beneficiatus teneatur id, quod superest, ultra propriam, & Ecclesiæ sustentationem, erogare in elemosynas, & in subventionem pauperum, hinc licet potest Papa, vel in suis casibus Prælati ita prærigere Beneficiato illos pauperes, quibus aliquam subventionem dare debeat. Sed quoniam in hoc mundo, etiam in moralibus, datur illa corruptio, quæ inevitabilis est in naturalibus, atque omne optimum quando corrumpatur convertitur in pessimum, hic ex abusu potius, quam ex ipsa introductione in genere, tractu temporis, corruptivè moribus, irrepleantur illa scandala, & mala jam nota, quæ ab impugnatoribus istius pensionum usus exaggerari solent.

Erronea item, & contemptibilis censenda est opinio illorum, qui credunt istum pensionum usum, etiam benè regulatum, esse contra dispositionem sacrorum canonum, præcipientium ut Beneficia conferri debeant sine diminutione, quam exinde sequi opinantur; In hoc enim dignoscitur magna imperitia, quoniam tunc Ecclesia, vel beneficium diminutionem pati dicitur, quando tangitur, vel scinditur ipsius Beneficii substantia, vel proprietates, tam in spiritualibus, puta adimendo à Titulari aliquam partem jurisdictionis, & administrationis, & subditorum, quam in temporalibus, puta adimendo, & dismembrando aliqua loca, vel prædia, sive alias ipsam Ecclesiam servituti alicui supponendo; adeòque illa, ad cuius favorem hæc dismembratio, vel alia provisio fiat, acquirit aliquod jus formatum in re, vel ad rem, sive obtineat aliquam participationem in jure, vel administratione, quorum nil sequitur in reservatione hujusmodi pensionis in pecunia, vel etiam in ipsa specie fructuum, quoniam revera non est imponere servitutem ipsi Ecclesiæ, ejuque bonis in proprietate, minufque est dare verum usum fructuum, sed solum est imponere onus personæ possessoris pro tempore, ac etiam ipsis fructibus de per se considerata, præscindendo à proprietate, seu causa productiva, vel à jure usufructus, adeòque substantia beneficii in nihilo diminuta remaneat; neque oneri, vel servituti obnoxia, dum illa actio, quam pensionarius habet, etiam super fructibus futuris, & contra successorem pro terminis decursis tempore prædecessoris, quando verificentur ea, quæ verificari debent, ex deductis infra in Cap. 16. semper percutit ipsos fructus, non autem proprietatem, vel causam illorum productivam, solumque aliqua diminutio, quæ tangat ipsam substantiam, considerari solet in enuntata reservatione generali, vel particulari in aliqua quota fructuum, cum aliquo jure conferendi, vel cum aliqua jurisdictione, & administratione, quod particularem habet rationem, ut infra cap. 5. servitium autem ubi agatur de servitute in certa quantitate, ut distinguendo quotam à quantitate advertitur in istius materiæ Sede. c

Comprobantur hæc ab iis, quæ recepta habentur in feudis, à quibus arguere licet, atque passim Doctores arguunt, tam in hac materia Beneficiorum, quam in materia officiorum, & jurium regalium, ac etiam bonorum emphyteoticorum, & fideicommissariorum, aliorumque bonorum, alienari prohibitorum, & in libero privato commercio non existentium, quod aliud est substantia, vel proprietates, vel etiam usufructus, aut alia servitus, quæ afficiat ipsam rem, & aliud est commoditas in fructibus, vel assignatio, seu reservatio fructuum d. Et quemadmodum Sac. Canonibus, (sive sit ex præcepto, sive sit ex consilio) disponentibus, ut beneficiatus debeat ex beneficii fructibus facere tres partes, quarum una sit pro ejus congrua sustentatione, altera pro fabrica, & reparatione, sive ornatu Ecclesiæ, & altera pro subventionem pauperum, non exinde dicitur induci diminutio beneficii, ita Superiore demandante, ut aliqua fructuum pensio præstetur alteri subrogato loco pauperum, ut supra, non intrat diminutio, ut in specie id advertitur etiam in hac pensio-num sede e. Ideòque concludendum, quod iste usus commendabilis est, quando cum debita, & convenienti discretione benè praticetur, damnabilis verò, quando abusivè, & indiscretè.

a De pensio. disc. 1. n. 28. disc. 10. nu. 5. disc. 19. nu. 8. & disc. 80. n. 7. & 8. & in aliis ead. tit. frequenter in quibus allegantur Buratt. & add. dec. 53. Dunozer. dec. 999. Gigas de pensio. qu. 87. Giballin. de Simon.

quæst. 20. contestat. 2. & alii. b de Jurisd. disc. 4. c de pensio. disc. 41. n. 12. d de feud. disc. 76. & 110. de emb. disc. 58. & alibi sæpius, ac etiam infra c. 14. & Dist. disc. 41. n. 12. de pensio.

De personis, quæ super Ecclesiis, & beneficiis Pensiones reservare possunt.

S U M M A R I U M .

- 1 IN Papa nulla cadit dubitatio potestatis reservandi pensiones.
- 2 De potestate Papæ in temporalibus, & spiritualibus remissivè.
- 3 De eadem potestate in beneficiis.
- 4 Quare desideretur consensus Titularis in reservationibus pensionum.
- 5 De pensionibus super beneficiis de jure patronatus laicorum, vel providendis ad Principum nominationem, vel supplicationem.
- 6 Jus patronatus ex causa onerosa dicitur competere ex gratia Ecclesiæ, eique derogari potest.
- 7 De reservationibus eventualibus.
- 8 De potestate Legatorum à latere, vel Nuntiorum Apostolicorum habentium facultates Legati, reservandi pensiones.
- 9 An Episcopi, aliique Prælati Ordinarii Collatores habeant hanc potestatem reservandi pensiones.
- 10 Quid de Magno Magistro Religionis Hierosolimitanæ, cæterisque Magistris aliarum Religionum militarium.
- 11 Quomodo aliqui Reges, & Principes sæculares disponant de pensionibus Ecclesiasticis, eisque distribuant.
- 12 Et quid de Patronis privatis, & quando ad istorum gratificationem pensiones reservandæ sint.

G A P. III.

IN Papa, juxta opinionem in curia receptam, & incontrovertibilem, atque ubique apud Catholicos omninò recipiendam, non cadit in subiecta materia potestatis quæsitio, quæ propterea solum esse solet voluntatis, non solùm ubi agitur de gravando Beneficium, quod vocat, ante illius provisionem, vel in actu illud providendi, sed etiam ubi agitur de gravando illud jam plenum, & quamvis possessoris non accedat consensus: Quidquid enim sit potestatis in temporalibus, extra Ecclesiæ Romanæ Papæ potestate in temporalibus, extra Ecclesiæ Romanæ temporalem ditionem, super qua aliquid alibi innuatur (a) ac etiam generaliter in spiritualibus, in quibus intrat distinctio inter illa, quæ sunt juris Divini, & illa, quæ sunt juris Ecclesiastici; (b) cum genio, & stylo perpetuè abhorruerint superfluas, & evagatorias digressiones. Quatenus pertinet ad beneficia, & bona Ecclesiastica, in curia extra controversiam est, & extra eam ubique apud Catholicos esse debet, ut plena, libera, & absoluta sit potestas Papæ, etiam circa ipsorum substantiam, multò magis circa bona, dividendi scilicet, uniendo, supprimendi, dismembrandi, sæcularizandi, vel aliàs eorum naturam immutandi, ac etiam privandi possessores, illorumque titulum, vel jus tollendi (c) ideoque multò magis, & cum longè minori dubitando ratione ista plena, libera, & absoluta potestas admittenda est ad effectum, de quo agitur, reservandi pensiones, dum istæ, ut innuatum est in Cap. præcedenti, non percutiunt beneficiorum substantiam, neque causant beneficiorum diminutionem, vel dismembrationem, sed solum afficiunt fructus.

Et quamvis per Cancellariæ regulas Papa profiteatur desiderare consensum Titularis; attamen istud est honestum, & commendabile desiderium pro bona regulatione ejus voluntatis, & nè aliàs à partibus, vel ab ejus ministris in hoc decipiatur, non tamen exinde inferri potest ad defectum potestatis, quando certa sit voluntas talem consensum negligendi, vel spernendi dissensum, quoniam si potest destituere possessorem beneficii in totum, multò magis potest illum gravare, licet commendabiliter non soleat. Prout quamvis in beneficiis, quæ sint de jure patronatus laicorum ex justitia, nempe ex fundatione, vel dotatione, & multò magis ubi provideri debeant ad præsentationem, vel nominationem, aut supplicationem Regum, seu Magnorum Supremorum Principum, non soleant istæ reservationes fieri sine consensu Patroni, vel respectivè Principis habentis præfatum Jus præsentandi, seu nominandi, aut supplicandi, adeòque reservationes absque speciali, & expressa mentione sint invalida (d) Nihilominus pariter id procedit pro regulatione volun-

Juntatis, quæ laudabiliter talis esse solet, non autem pro restrictione potestatis, quoniam etiam illud juspatronatus, quod competit de justitia, vel ex causa onerosa, obtineri dicitur ex gratia, & benignitate Ecclesiæ, rationabiliter concessa ad alliciendos, & invitandos fideles ad Ecclesias fundandas, & dotandas, & per consequens potest illi derogari, etiam ad effectum majorem liberæ collationis; (r) magis verò ad istum effectum minorem, multoque magis, ubi agitur de jure competente ex indulto, & gratia, quamvis commendabiliter, & ad evitanda scandala, & violentias de facto non soleat de facili hæc potestas deduci ad exercitium.

Ac etiam licet ista potestatis quæstio excitaripotest quandoque confuervit in illis reservationibus eventualibus, de quibus agitur infra in Cap. 7. nihilominus (ultra quod ratio dubitandi verè non habet probabile fundamentum, ex deductis in eodem cap. 7.) quando etiam aliquam probabilitatem id habere possit, percipit defectum potestatis, non directè super ipso actu reservationis, sed obliquè super ejus resolutione, quando scilicet casus cessationis antiquarum pensionum eveniat post mortem illius Pontificis, qui reservationem fecit, quasi quod esset gratia conditionalis expirata ante adventum conditionis, ut eodem Cap. 7. latius.

In Legatis à Latere disputant DD. ut patet ex iis, qui de ista materia tractare professi sunt f. Verum hodie non de facili auditur ista quæstio in foro, quoniam de præsentidiverfibus ab antiquo videtur hujusmodi Legatorum usus. Quatenus enim pertinet ad illos Cardinales, qui sub titulo, vel nuncupatione Legatorum à Latere, præfunt gubernio aliquarum Provinciarum Status Ecclesiastici Italicæ, ut juxta actualem praxim sunt Legati Bononiæ, Ferrariæ, Emilia, seu Romandiolæ, & Status Urbini, & quandoque esse conferunt Legati Marchiæ, Umbricæ, & patrimonii, isti verè, & propriè sunt potius istarum Provinciarum Præsides, Legati à Latere nuncupationem habentes cum aliquibus Legatorum facultatibus particularibus, etiam inter ipsas legationes varias, juxta singulares stytos, & formularia super appellationibus, & recursibus ab Ordinariis locorum, vel super aliqua jurisdictione, & competentia cum personis Ecclesiasticis utriusque cleri sæcularis, & regularis, cum similibus, nullam verò habent facultatem in collatione beneficiorum, & reservatione pensionum. Idemque in Nuntiis Apostolicis apud aliquos Italicæ Principes, habentes facultates Legati à latere.

Ultra verò montes habetur fixus Legatus Civitatis, & Status Avenionensis, & comitatus Venayfimi in Gallia, qui tamen residet in Curia, ibi verò munus exercet mediante opera Vicelegati, de cuius facultatibus in hac specie pensionis agit modernus ejusdem Regionis Auctor, qui super ista pensionum tractatum edere professus est, g. Aliqui verò Nuntii Apostolici apud Reges, & Principes ultra montes, cum facultatibus Legati à latere habent, (ut præsertim est Numerus Regem Catholicum,) facultatem conferendi Beneficia non excedentia valorem viginti quatuor ducatorum auri de Camera, ut pluries insinuat in Sede beneficiis b, non tamen habent facultatem reservandi pensiones.

Quo verò ad Legatos à latere extraordinarios, qui pro aliquibus particularibus gravibus negotiis destinantur ad Reges, & Magnos Principes ultra montes, illorum usus hodie est valdè rarus, vel non ita frequens sicut antea, & quando contingit aliquem destinari, solent expediri litteræ in numero considerabili pro negotiorum, & facultatum varietate, & ex quarum tenore liquet, an, & quomodo ista facultas competat, ideòque dicenda videtur quæstio facti, potius quam juris.

Restrigitur itaque inspecto ad Episcopos, aliosq; Prælatos, habentes ordinariam potestatem conferendi Beneficia Ecclesiastica, an super eis imponere, vel reservare possint pensiones, atque in hoc dignoscitur aliqua opinio scilicet: Aliqui enim, procedentes cum præsupposito insinuato in cap. præcedenti, quod reservatio pensionum importet Beneficiorum diminutionem, generaliter, & indefinite hanc facultatem negant collatoribus ordinariis, & quibuscumque aliis Prælati, qui sint inferiores Papa, cui credunt singulariter, & privatè tale facultatem competere, ex illa ratione, quod ipse tantum derogare potest facris Canonibus, prohibentibus conferri beneficia cum aliqua diminutione.

Contraria verò opinio probabilior est, magisque recepta, quoties verificentur mox recensenda requisita, ex eo quod

nullum desuper habeatur Juris Ecclesiastici obstaculum atque ubi requisita verificantur, dicenda venit potius res commendabilis, ex insinuatione eodem cap. præcedenti, & in sua pensionum sede, ut infra, ubi recensentur auctoritates, ideòque difficultas (& quidem magna) ob quam nimium raras, penèque nullus est hujusmodi reservationis usus, consistit in requisitorum verificatione, quæ sunt.

Primo, ut nulla præcedat pactio, vel non adiciatur conditio, quæ respiciat substantiam collatione Beneficij, quæ aliàs non fieret, sed solum quando purè, & sincerè facta collatione adiciatur istud onus tanquam indicatio, seu destinatio illorum pauperum, in quorum subventionem, ad Sac. Canonum præscriptum, pars fructuum erogari debet.

Secundo quod reservatio fiat in certa quantitate, non autem in quora fructuum, ex illa differentia ratione per aliquos DD. assignari solita, quod quando est in quota, importare videtur quoddam jus, vel servitium super substantia beneficii, ideòque verificaretur collatio cum diminutione. Et quamvis ista distinctio probabilem rationem habere non videatur, quoniam ubi reservatio est in fructibus, non autem in usufructu, non tangitur substantia, neque inducitur diminutio, vel divisio, juxta receptam feudaltarum propositionem, eodem Cap. præcedenti insinuatam, ac propterea nil refert, an fructuum reservatio fiat in quota, vel in quantitate; Nihilominus cum desuper expressam non habeamus legem in contrarium, cum hac recepta Doctorum traditione procedendum veniat.

Tertio ut reservatio fiat, præsupposita capacitate, & in parte exuberante, eroganda in subventionem pauperum, ultra id, quod necessarium est pro beneficiis congrua sustentatione, & servitio, aliisque indigentis Ecclesiæ.

Quartum requisitum consistit in paupertate pensionarii, junctæ cum justa causa de futuro, vel etiam de præterito, ob quam justum fit illum providere, puta in causa de futuro, ut provideatur pauper scholaris ad hoc, ut valeat studiis vacare, atque le idoneum reddere Ecclesiæ servitio, cum similibus, vel in causa de præterito, juxta casuum peractum in hujusmodi materia sed ut provideatur pauper, qui diu Ecclesiæ servierat in munere Vicarii Generalis, cum similibus.

Quintum est requisitum, ut pensio non imponatur in perpetuum, & super Ecclesiâ, vel Beneficio, sed gravetur solum persona provisa de beneficio, donec ipse possessor, adeat non officiat successorem, vel ipsum beneficium pro tempore, quo vacat; Et quod respectu pensionarii non fit perpetua pensio, sed solum duret durante indigentia, & causa, qua cessante, cesset, ad regulam Cap. Cum cessante.

Et demum, ut tam beneficii opulentia, siue excrescentia fructuum, quam paupertas pensionarii, & causa justificentur aliunde, quam ex assertionem ipsius Ordinarii Collatoris, qui reservationem fecit, ex regula quod in prohibitis non fitur assertioni facientis.

His autem sic stantibus, quibus resultat, quod hic esset inextricabilis litium labyrinthus, sequitur quod penè in omnimodam desuetudinem abiit usus pensionum, sed quando Ordinarius, qui potest providere beneficium pingue cupit, ut super illo aliqua reserveatur pensio, curat, ut ille, qui provisionem habuit, obbeat à Dataria novam provisionem beneficii itaque occasione fiat reservatio pensionis, eodem modo, quo fit provisionibus reservatorum, vel affectorum, dum Dataria non solet revalidare, vel approbare istas reservationes, quæ fiant per Ordinarios, ac propterea non veniunt desideranda dicta requisita; Et per consequens Ordinarii curant ita obtinere reservationes pensionum ad favorem conjunctorum, vel familiarium, ideòque circumspectè per Datariam in hoc procedi debet, neque se facilem reddere.

Procedit hæc pro regula generali, juxta terminos, seu verius, juxta intentionem, vel rationem juris communis, quoties in Prælati Papa inferioribus, non verificetur facultas specialis, quæ resultet ab explicito privilegio Apostolico, vel ab illo implicito, quod deduci potest à statutis habentibus Apostolicam confirmationem in forma specifica, vel ab immemorabili, seu centenaria possessione, cujus vigore idem privilegium allegare potest, ut exempli gratia est Magnus Magister Hierosolymitanæ Religionis, qui ex stabilimentis Religionis, & Apostolicis Constitutionibus habet hanc facultatem reservandi super Commendis, & Prioratibus Religionis pensiones, cum

restrictione tamen ad profesos ejusdem Ordinis, concessa solum sibi habilitate per novas reformationes Capituli generalis anni 1631. concedendi pensiones pueris, vel adolescentibus, quamvis non professis, qui in certo numero additi sunt ejus servitio, vulgò Paggi nuncupati, unde intrat quæstio, an sint capaces retinendi has pensiones, quamvis professionem non emittant, postquam dimissi ab hoc servitio, expleverint illam ætatem, in qua profiteri tenentur, aliaque ista facultas restrictionis patitur, & præsertim, ut exerceri non possit super Commendis Cabineti, neque excedere possit quintam partem fructuum, minusque exerceri cum debitoribus Religionis / forteque eadem facultas exercetur per illos Reges, & Principes, qui sunt Magni Magistri, vel Rectors aliarum militarium Religionum, late recensitarum in sede jurisdictionali, & in opusculo de Religio practico. Quamvis in dictis aliis Religionibus cadere possit non improbabile dubium, an sint verè, & propriè tales, qualis est dicta Hierosolymitana, vel potius sint piæ militiæ per Sedem Apostolicam approbatæ, adeòque illarum Comendæ, & Prioratus habeant istam nuncupationem per quamdam assimilationem, non tamen sint verè beneficia Ecclesiastica, ut in sui sedibus advertitur n. & ex quo pendet an istæ pensiones sint verè Ecclesiasticæ, vel potius temporales.

Opinatur vulgus, cujus judicium eformari non solet scientificè à ratiocinio, vel discussu, sed ab eo, quod videt de facto, quod aliqui Reges, & Principes, præsertim ultra montes, qui habent jus præsentandi, vel nominandi ad aliquas Cathedralis, & Metropolitanas, ac Abbaticas, habeant hanc facultatem reservandi super eis pensiones, dum istæ ab illis pro libito conceduntur, & distribuuntur personis eis gratis, & benemeritis. Dicenda verò est opinio vulgi ignari, quoniam reservatio fit per Papam in actu providendi Ecclesiis in Concistorio, vel extra, pro personis nominandis, quæ nominantur postea per dictos Reges, vel Principes, sub hac lege consentium tali reservationi præstantes, & sic est simplex nominatio, eodem modo, quo sequitur in ipsarum Ecclesiarum provisionibus, ideòque facta nominatione, nominati debent expediri litteræ Apostolicas, sine quibus pensiones exigere non possunt, sub illa pœna, de qua infra Cap. XI. eademque erronea vulgò opinatio dignoscitur in beneficiis de jure patronatus laicali pravorum, quoniam solent quidem patroni curare reservationem pensionum pro personis eis gratias, quando pingua sint beneficia, sed id fit per Papam, & per Datariam, eodem modo, quo in Ordinariis est superior dictum, quamvis in hoc stytus non sit temper uniformis, sed ille pendeat à genio & sensu Pontificis pro tempore regnantis, dum aliqui Pontifices consueverunt nimium esse ad id faciles, alii verò, è converso nimium difficiles, adeòque raro, & non nisi ex valde justa causa id admittitur, istaque est praxis præsentis Pontificatus, ideòque non est materia capax regulæ certæ. Videtur tamen, quod utrumque extremum sit vitiosum, cum nimia facilitas causare soleat, ut patroni præterent parum dignos, qui sunt promptiores ad ferendum onus pensionis, & è converso durum videatur, ut qui habet jus presentandi ad pingue beneficium à suis majoribus fundatum, cogatur extraneum ditare, & non possit aliquem ejus filium, vel conjunctum indigentem de aliquo honesto subsidio providere, ideòque pro facti qualitate, & circumstantiis materia regulanda videtur.

a In relatione Curie disc. 2. num. 35. b Eodem disc. 2. num. 27. & seqq. c De Regal. disc. 148. numer. 27. & seqq. de præsentim. disc. 2. & 6. & alibi d de Jurepatr. disc. 66. num. 14. & 15. e Eodem titul. de JureCondut. eodem tract. cap. 1. num. 24. g Tondut. de pension. cap. 1. h de benefic. disc. 26. i de his disc. 40. & 41. de pension. ubi allegatur Ancharan. Felin. Rubess. Garz. Gonzal. Tondut. Barbof. & alii. l de his habetur in tit. de pension. disc. 42. disc. 89. & disc. 82. m de Jurisd. disc. 92. n dicto disc. 92. de Jurisd. disc. 8. de Jurisd. disc. 20. de Jurepatr. & alibi.

De Personis, ad quarum favorem pensiones reservari possunt, & quoniam sint illarum capaces, vel incapaces.

S U M M A R I U M.

Agitur solum de capacitate, ad effectum assequendi, non autem ad effectum retinendi.

- 2 Quilibet de jure est capax pensionum.
- 3 De stylo Curie non sunt capaces, nisi Clerici.
- 4 Sed non requiritur ætas desiderata per Concilium Tridentinum in beneficis.
- 5 Etiam in possessori summavissimo manuctionis justificari debet clericatus.
- 6 Facilius respicitur persona à nova assequutione, quam à possessione vel assequuta.
- 7 In dubio pensio præsumitur Ecclesiastica.
- 8 Clerici conjugati non sunt capaces reservationis pensionis.
- 9 Religiosi professi pariter non sunt capaces.
- 10 Capacitas requiritur tempore reservationis, id est signatè supplicationis, vel reservationis.
- 11 Quid in pensionibus reservatis, & distribuendis ad nominationem Regum, & Principum, de quo tempore capacitas requiritur.
- 12 Vel in pensionibus, quæ reservantur beneficio pleno.
- 13 An censuræ causent incapacitatem assequendi.
- 14 An clericus, qui fuit miles, vel habuit officium seculari sit capax novæ reservationis, ubi declaret velle regredi ad Statum clericalem, & dimittere statum priorem.

C A P. I V.

Agitur in præsentis Capitulo de capacitate, ad effectum assequendi pensiones Ecclesiasticas, pro validitate reservationis, cum de alia inspectione capacitatis, vel incapacitatis ad effectum retinendi, & an pensio bene reservata cesset, & amittatur agatur infra in Capitulo undecimo. Attenta itaque dispositione, intentione, seu ratione juris communis, quolibet, absque status, gradus etatis, vel qualitatis differentia est pensionum Ecclesiasticarum capax, ob rationem superius in Cap. 2. assignatam, quod pensio nullum jus in re, vel ad rem tribuit in beneficio Ecclesiastico pensionario, qui propterea nullam habet participationem in administratione, ideòque pensio de sui natura importat quid reè temporale, & per consequens, etiam secularis, imò infantis, & mulieris sunt ejus capaces. a. Ex quodam tamen Ecclesie vel Romane Curie antiquo, recepto, hodieque inconcusso stylo, ac ex notoria Constitutione 62. Sixti V. quoties expressè Papa non faciat reservationem ad favorem secularis (& quo casu ad differentiam dici solet pensio temporalis, non autem Ecclesiastica) pensionum Ecclesiasticarum super Ecclesiis, vel beneficiis Ecclesiasticis non sunt capaces nisi clerici, saltem prima tonsura initiati b. absque tamen illa innovatione circa etatem, quæ in beneficiis Ecclesiasticis facta est per Concilium Tridentinum in beneficis, dum ab istis pensiones, ob diversitatem rationis, non licet arguere, præsertim in odiosis, & correctoriis, talisque est inconcusssa praxis, quidquid aliqui sentiant in contrarium. c.

Adèoque Clericatus reputatur necessarius pro capacitate ad pensiones Ecclesiasticas, assequendas, quod licet in summario judicio possessoris retinendæ, vel manuctionis attendatur solum factum possessionis, neglectis omnibus exceptionibus; quæ respiciant bonum jus, vel petitorum, etiam ubi agatur de magis odiosa pensionum voluntaria, beneficio pleno, & quamvis non constet de litteris, sine quibus pensio exigi non potest, ex iis, quæ habentur infra cap. 1 r. Adhuc tamen justificari debet clericatus, ut infra in cap. 20. occasione agendi de remediis pensionario competentibus, facilius enim retinetur id, quod jam legitime, & validè assequutum est, quam obtineatur aliquid de novo, juxta vulgatum dictionem, quo Juristæ quoque solent frequenter uti, quod turpius ejicitur, quam non admittitur hospes, eademque distinctio inter assequutionem juris novi, & amissionem juris jam assequuti, & obtenti habetur in sede Beneficiali d. Idèoque hic cessatio clericatus per militiam vel alium statum incompatibilem amittere, & cessare facit pensionem jam validè, legitime, & perfectè reservatam, & assequutam, ut infra dicto cap. 20. multo magis impedire debet assequendam, quoties expressè non constet de diversa voluntate Papæ, in dubio non presumenda, sed per allegantem probanda, servandi pensionem laico, tantum temporalem.

Neque sufficit clericatus, nisi ille duplicem habeat liquiditatem ab eodem Ecclesie, vel Romane Curie stylo desideratam, unam nempe celibatus, quoniam clericus conjugatus, quamvis habeat requisita pro fori privilegio, non tamen est capax assequendi pensionem Ecclesiasticam, dum absque Indulto Apostolico per statum conjugalem amittitur.

...tur pensio aliàs valide obtenta, ut infra in dicto Cap. 20. & alteram quod fit clericis secularis, non autem regulatis professis in aliqua approbata Religione, quoniam si professio in Religione causet, pro regula generali, amissionem pensionis jam obtentæ, ut eodem Cap. 20. multo magis causet incapacitatem ad obtinendam alias pensiones, quàm illas super beneficiis propriæ Religionis, in qua id sit in usu, ex insinuatione Cap. præcedenti, occasione agendi de Religione Hierosolymitana.

10 Capacitas autem ob clericalem qualitatem desideratur de tempore reservationis, ad eum non sufficit, si superveniat, etiam ante expeditionem litterarum, cum requiratur de tempore datæ gratiæ, nisi ista concepta sit sub conditione futuri clericatus, eademque capacitas, desideranda quoque venit in translatione, quæ novæ reservationis speciem habet, ut infra Capit. 18. ubi agitur de materia translationis. Cadere tamen solet dubium in illis pensionibus, quæ reservantur per Papam, pro personis nominandis super Ecclesiis, quæ providentur ad præsentationem, vel nominationem Regum, & Principum, qui nominare quoque solent pensionarios, ad quorum favorem litteræ Apostolicæ expediuntur, ex insinuatione Cap. præcedenti, quoniam dicti Reges, & Principes solent quandoque diu differre nominationes, easque facere ad favorem personarum, quæ sint quidem capaces de tempore nominationis, sed incapaces de tempore reservationis, sed quoniam de hoc puncto particulariter agitur in sua sede, ideo ad ibi deducta sufficit relatio. f

13 Ac etiam conclusio, quod capacitas requiratur de tempore reservationis, & non sufficit superveniens, procedit in pensione, & quæ purè, & perfectè reservetur de tempore, quo beneficium vacat, quamvis effectivatio differatur per aliquod tempus, vel aliquem casum, juxta illam speciem reservationis, de qua infra Cap. 7. secus autem ubi agatur de reservatione super beneficio pleno, de consensu possessoris, juxta speciem, de qua Capit. 8. quoniam tunc sufficit capacitate adesse de tempore prestiti consensuum, per quem gratia perfectionem recipere dicitur. g

14 Quamvis de hoc nimium dubitari possit, quando in supplicatione, & in litteris narretur clericus, cum tali casu ad validitatem gratiæ requiratur clericatus de eo tempore, super quo maturus est considerandum.

13 An autem censuræ excommunicationis, suspensionis, & irregularitatis, posito etiam clericatu, causent incapacitatem adsequendum pensiones eodem modo, quo illam causant ad adsequendum beneficiorum, superficialiter, agendo de excommunicatione, tractat modernus, qui de hac materia tractatum edere professus est h atque inclinat in negativam, ex fundamento clausulæ, & sequæ absolveres in litteris Apostolicis adjecti solitæ. Leve autem istud fundamentum videtur, sed ex aliis rationibus eadem negativa probabilior videtur, quamvis non improbabilis dicitur mereatur opinio contraria, ut potè majorum auctoritatum numero munita, ex latius deductis in sede pensionum hac etiam infra Cap. 10.

14 Quamvis item assumptio militiæ, vel alterius officii secularis, & incompatibilis cum statu clericali causet amissionem pensionis jam obtentæ, ex deductis infra dicto Cap. 11. Nihilominus sit ad favorem illius, qui talem statum incompatibilem assumpsit, reservetur pensio, ipseque habita notitia reservationem acceptet, illiusque beneficium uti volens determinet, deserto ultimo statu militari, vel aliàs incompatibili, priorem clericalem reassumere, non videtur quid prohibeat, dum non prohibetur habitum reassumere, atque gaudere omnibus clericalibus privilegiis. Neque id repugnat superius insinuatæ propositioni, quod facilius quis repellitur à jure assequendo, quam privetur jure assequuto, quoniam hic effectus non provenit à privatione, vel ab incapacitate, quæ facilius inter in uno, quàm in alio casu, sed provenit à diversitate rationis, quoniam quando quis possidet pensionem Ecclesiasticam tanquam clericum, dum voluntariè eligit statum clericatum contrarium, ita voluntariè abdicat à se istud jus, eique implicite cedit, quod non debet impedire novam assequutionem, quam obtinere potest in postmodum reassumpto statu clericali, ad instar illius clerici, qui transitum facit ad statum conjugalem, ob quem amittit pensionem, quoniam uxore mortua, vel aliàs dissoluto matrimonio, quoties non obstat impedimentum bigamiæ, non prohibetur regredi ad statum clericalem, & fieri capax novarum pensionum.

Aliquæ militiæ, per Sedem Apostolicam approbatæ, ha-

bent Apostolica indulta, ut earum professores sint pro certis summis pensionum capaces, non obstante conjugali statu, & bigamia, & quamvis non incendant in habitu, & tonsura, ut sunt præsertim milites Lauretani, & milites Sancti Stephani, ac etiam illi Sanctorum Mauricii, & Lazari, ex constit. 9. Pii IV. §. 48. 10. 2. & constit. 102. Clementis VIII. §. 13. & constit. 46. Pauli V. §. 5. tom. 3. Verùm intrat dubium, an hæc indulta suffragentur solum pro retentionem jam legitime assequutarum pensionum in statu clericali, non autem pro nova assequutione sine dicta qualitate, & probabilius videtur, ex deductis in sua sede. k

a De pensio. disc. 1. 2. 10. 46. & seqq. & disc. 80. & alibi in quibus allegantur auctoritates. b disc. 2. & 10. de pensio. & in aliis, ut supra & infra cap. 20. ubi de equiparatur. pensionum, & beneficiorum. c De Benefic. disc. 95. nu. 3. & infra dict. cap. 20. d De benefic. disc. 70 & 71. f Eod. disc. 10 & disc. 82. e De pensio. g Eodem disc. 10. h Tondut. quest. 66. i De pensio. disc. 82. k De pensio. disc. 83.

De variis modis, cum quibus pensionum reservationes fieri possunt, & solent, & de reservatione fructuum.

S U M M A R I U M.

- 1 De reservatione fructuum, an sit idem, quod pensio.
2 Quod reservatio habeatur tanquam pensio, ad effectum transferendi pensionem super fructibus.
3 Et converso, reservatarius habeatur tanquam titularis circa Constitutiones Urbani VIII.
4 Reservatarius fructuum assimilatur usufructuario, & habet majus jus, quam pensionarius.
5 Sed non habet participationem in jurisdictione, vel administratione.
6 De variis modis, cum quibus pensionum reservationes fieri solent.
7 De reservationibus perpetuis, vel temporibus ad favorem manus mortuæ.

C A P. V.

Magis generalis distinctio, circa modum reservationis, de quo in præsentia agitur, est inter reservationem, quæ fiat in certa quantitate pecuniaria, juxta frequentiore, & communem usum pensionum, & illam, quæ fiat de omnibus Ecclesiæ, vel Beneficii fructibus, vel de illorum quota, reservando Titulari congruum, seu portionem in quantitate, vel in aliqua parte, seu quota fructuum; Istaque posterior species reservationis fructuum, pro communi loquendi usu, venire non solet sub nomine, vel vocabulo pensionis, sed explicari cum proprio, & peculiari vocabulo reservationis fructuum, ideoque non pensionarius, sed reservatarius fructuum dici solet, quamvis ad certos effectus hæc reservatio habeat speciem pensionis, ut præsertim sequitur circa indultum Cardinalibus, & aliis concedi solitum transferendi pensiones usque ad certam summam, quoniam exerceri potest facultas transferendi in quantitate, quamvis ejus pensio talis non esset, quoniam ad hunc effectum reservatarius fructuum habetur loco pensionarii. a

E converso ad alios effectus idem reservatarius haberi solet tanquam titularis, qui contendat cum pensionarii, ut exempli gratia sequebatur, quando ante nostram Innocentianam Constitutionem procedebatur cum Constitutione 21. Urbani VIII. super prohibita translatione illarum pensionum, quæ excederet summam fructuum, ut de ista in invaliditate opponere possit reservatarius fructuum, non tamquam principalis interessatus, quamvis titularis non curat opponere, juxta declarationes factas ab eodem Urbano Octavo in plena Signatura Gratiæ b. & magis præctice super alia Constitutione 113. ejusdem Urbani Octavi, per quam disponitur non suffragari indultum transferendi pensiones super Ecclesiis, vel Beneficiis possessis per Cardinales, nisi istorum consensus accedat, ut scilicet locum habeat, quamvis Ecclesia, vel Beneficium possideatur per non Cardinalem, qui verè sit Titularis, quoties Cardinalis sit reservatarius fructuum, quia revera finis, & ratio Constitutionis verticatur, atque interesse est potius Cardinalis reservatarii fructuum, quàm titularis. c

Nimium autem ratus est in praxi hic modus, dum solum praticari solet cum Cardinalibus dimittentibus Ec-

Ecclesias, vel Beneficia, ad favorem conjunctorum, vel familiarium, sive benevolorum cum ista reservatione in totum, vel in quota, istaque modus, ut insinuatum est supra Cap. 3. reputatur diversus ab altero reservationis pensionis in certa quantitate, ut afficiat ipsam Ecclesiam, vel beneficium, cujus formalem servitutum, vel diminutionem importet, tanquam speciem usufructus d, unde propterea denegatur ordinario Collatori, vel alteri Prælato inferiori, faciendi hanc speciem reservationis, quamvis etiam haberet facultatem reservandi pensiones in forma consueta, id est in quantitate. Et quamvis ratiocinando, probabilius esset, hanc differentiam non subsistere, quoties reservatio esset in fructibus, non autem in usufructu, vel jure percipientie ipsam substantiam, juxta distinctionem Feudistarum eodem Cap. 3. insinuatam, dum reservatio fructuum, quamvis universalis, reservatione, vel alio actu non est prohibita, ubi non sit in usufructu, vel alio jure e. Reservatarius enim fructuum, quamvis universalis, eodem modo, quo dictum est de pensionario, nullam habet participationem in jurisdictione, vel præsentatione, & administratione Ecclesiæ, nisi speciale, & expressum ad hoc indultum, ut cum magna discussione decisum fuit per Rotam in controversia pendente inter Titularem, & reservatarium fructuum cujusdam Ecclesiæ Cathedralis, atque cum hoc jure vivitur. f

Agendo itaque de altera specie magis propria, & frequenti reservationis pensionum in quantitate, quam plures sunt modi inter se diversi, cum quibus hujusmodi reservationes fieri solent.

Primus etenim modus magis proprius, & connaturalis, magisque frequens est illis reservationibus, quæ per Papam fit motu proprio, & purè super Ecclesia liberæ collationis vacante, ante ejus provisionem, vel in actu providendi, ad favorem certæ, vel certarum, sive pro personis nominandis. Alter est modus reservationis pariter motu proprio, sed cum aliqua conditione, vel qualitate, puta in Cathedralibus, dummodo remaneant mille pro Episcopo, & in Parochialibus, dummodo remaneant centum pro Rectore, sive in Ecclesiis, quæ providentur ad Regum, vel Principum præsentationem, vel nominationem, dummodo pensiones non excedant tertiam partem fructuum, ut praticatur in Ecclesiis, quæ sunt ad præsentationem, vel nominationem Regis Catholici, tam in Hispaniis, quàm in India, vel in Italia, aliisque ejus Dominiis, vel dummodo non excedat quartam partem, ut praticatur in Ecclesiis, quæ sunt ad præsentationem, vel nominationem Regis Portugalitæ, tam in ipso Regno, quàm in Indiis. In Ecclesiis enim, quæ sunt ad præsentationem, vel nominationem Regis Christianissimi, ex concordatis, vel ex indultis particularibus quamvis idem praticetur usus pensionum, non tamen praticatur ista clausula, vel restrictio. In illis verò Ecclesiis, quæ sunt ad præsentationem, vel nominationem, aut supplicationem Regis Hungariæ, & Bohemiæ, sive Regis Poloniæ, aliorumque Principum, & qui sunt in partibus Septentrionalibus, non viget iste usus reservationis pensionum. Alter est modus reservationis, etiam motu proprio, eventualis, id est postquam una, vel plures antiquæ pensiones cessaverint, ad eum non multiplicentur onera, sed hoc novum quous effectum (fortiatur, postquam pro ea rata cessaverint antiquæ. Alter est modus reservationis ad supplicationem, occasione resignationis Ecclesiæ, quæ gravatur ad favorem resignantis, vel alterius ejus intuitu, & contemplatione. Alter est modus pensionis voluntariæ, & sine causa, quæ ad supplicationem, vel de consensu Titularis reservatur beneficio pleno. Denique alter est modus pensionis fiduciariæ, quæ motu proprio reservetur super beneficio vacante ante provisionem, vel in actu providendi in persona unius, ad commodum tamen, & utilitatem alterius, qui spectato effectu, revera sit pensionarius, persona verò, in qua fit reservatio, sicut solum demonstrativè, atque ut vulgò dicitur, sit Testa di ferro.

De his itaque modis, quomodo inter se differant, & quales sint unus, vel alterius modi, vel speciei effectus, agitur in Cap. sequentibus, & in operis progressu.

Datur item altera species reservationis pensionis insolite, & irregularis, quæ fiat ad favorem manus mortuæ, puta alicujus Ecclesiæ pro fabrica, vel sacristia, aliisque indigentibus, vel alicujus Hospitalis, aut Collegii, seu Monasterii, vel similibus corporis ficti, & intellectualis, & ista reservatio dupliciter sequi solet, vel scilicet in per-

petuum, quo casu intrat quæstio aliàs nimium disputata, an dicenda sit vera pensio, ad plures effectus, illum præsertim, de quo infra capit. 10. ut illius mentio fieri debeat in reservatione aliarum pensionum, & altera ad certum tempus, puta pro frequentiori praxi, præsertim Hispaniarum, ut illa pensio, quæ reservata est pro persona, vel personis nominandis assignetur alicui loco, vel operi pio, ad certum effectum adimplendum, ideoque sequi solet ex particulari gratia Apostolica, sine qua fieri non potest, atque proprium, & connaturale tempus est quindecim annorum, quia tanti pro quadam regula generali, & verisimiliter estimari videtur vita illius hominis, ad cuius favorem nominatio sequi debet, juxta ea, quæ in materia beneficii, ac etiam in emphyteotica habetur circa quindecim annos, licet obtinentes hujusmodi gratias, solliciti esse soleant illas obtinere pro minori tempore, nempe pro quatuordecim annis, idque pro evitandis illis majoribus expensibus, quas facere oportet, quando gratias pro quindecim annis, vel pro majori tempore obtinent.

a Rota apud Royas decis. 184. disc. 63. num. 8. de pensionib. b Apud Royas decis. 217. d. disc. 63. de pensio. num. 9. c Apud Royas d. dec. 217. & d. disc. 63. de pensio. d Decis. 1. par. 18. rec. dicto disc. 63. de pensio. num. 3. latius disc. 81. de benefic. ex num. 17. e De feud. disc. 76. f Decis. 63. p. 2. rec. d. disc. 63. de pensio. num. 4.

De reservatione Apostolica super Ecclesia, vel Beneficio vacante, purè facta ante provisionem, vel in actu providendi, & quid ubi reservatio aliquam habeat conditionem, vel clausulam.

S U M M A R I U M.

- 1 In pensione reservata purè motu proprio super Ecclesia vacante quid per pensionarium debeat justificari.
2 Quid ubi agitur de Cathedralibus, vel Parochialibus.
3 De differentia inter Cathedralis, & Parochiales, & quare in Cathedralibus censetur derogatum congruè.
4 Quare non debeat deferri processus consistorialis.
5 Quid referat, an gratia habeat clausulam Dummodo, & non habeat.
6 De clausula Dummodo adjecta solita in Ecclesiis ad præsentationem, vel nominationem Regum.
7 Quando clausula Dummodo non faciat gratiam conditionalem.
8 Quare gratia reservationis non habeat quæm exequi quam, quando est conditionalis.
9 De inconvenientibus pensionario præjudicialibus, ubi reservatio est conditionalis.
10 De cautela, cum qua præfata inconvenientia cessant.
11 De inconvenientibus resultantibus ex ista cautela.
12 De reservationibus ad supplicationem, cum narratio valoris per ascensum, exemplificatur.
13 Quid speretur ad favorem pensionarii possessio exigendi.

C A P. VI.

Quando super vacante Ecclesia liberæ collationis, per Papam, vacatione durante, vel in actu providendi, fit reservatio motu proprio (ut stylus est faciendi) quæ sit pura, nullam habens adjectam conditionem, vel clausulam restrictivam, tunc, & si valoris fieret mentio, pensionarius tamen pro litterarum executione nulla premitur justificationis obligatione, vel necessitate, præterquam super ejus clericatu, quoties reservatio expressè facta non sit pro laico, cum in dubio, ut aliàs dictum est, hoc non præsumatur, sed pensio censenda sit Ecclesiastica, pro cuius capacitate necessarius est clericatus, ideoque valoris, aliorumque narratorum justificatio per ipsum non est facienda a. Idque plenum est in aliis Ecclesiis, in quibus non verificatur spirituale matrimonium ratione curæ sacramentalis, vel jurisdictionalis, & formalis administrationis, ut sunt Beneficia simplicia, ac etiam servitoria, qualia sunt Canonici, & Beneficia, vel Capellanæ in Cathedralibus, & Collegiatis. Ubi verò agitur de Cathedralibus, & Parochialibus, in quibus ratione dictæ curæ, & administrationis Concilium Tridentinum providit, ut reservari debeat præcipua, & immunitas ab onere pensionum congrua Episcopis in mille, & Rectoribus Ecclesiæ Parochialis in centum, quoniam si fiat super hujusmodi Ecclesiis reservatio purè, & sine clausula adjecta solita.

soluta Dummodo remaneant mille pro Episcopo, vel centum pro Revere, non per hoc prelatæ Conciliarii dispositioni derogatum censetur, nisi expressa fiat derogatio, ideoque eadem clausula subintelligitur, quamvis provisus reservationi pensionis consensus praestet, quoniam ille praestitus censetur ad alios effectus, pensionario nimium proficuos, firma tamen remanent ista congrua Conciliarii.

Credidit tamen quandoque Rota Romana, cum cuius auctoritate aliqui moderni processerunt, ut id procedat quidem in Ecclesiis Parochialibus, non autem in Cathedralibus, in quibus ubi non adiaciat clausula expressa, dummodo remaneant mille, non suffragetur tacita, vel subintelligenda, adeo ut remaneat solum Titulari se pendendi congruam alimentariam, non autem Conciliarem, ex illa differentiae ratione, quod Ecclesiae Cathedrales, sub quarum genere adhuc effectum veniunt etiam Metropolitanæ, providentur in Consistorio, praevis processu coram Papa, vel coram Cardinali deputato, qui Poneus nuncupatur, quo mediante habetur informatio, ne dum de vita, & moribus, aliisque necessariis requisitis promovendi, sed etiam de statu Ecclesiae, ejusque valore, & oneribus, exinde sequitur quod quando ex processu constat quantus sit valor, & tamen quod Papa ita gravat Ecclesiam pensionibus, adeo ut non remaneant mille, ita implicitè derogare dicitur praefata Conciliarii taxæ b. dum in hoc differt praesertim istud Concilium Tridentinum, quamvis Oecumenicum, & generale ab aliis Conciliis generalibus, quod non indiget illa expressa, & specialis derogatione, quæ in aliis est necessaria.

Verùm id non videtur commendabile, si expressa, si tacita, & implicita sit derogatio, quoniam pro dignitate Episcopali, & pro oneribus, quæ Episcopo incumbunt, etiam modica videtur hæc taxa, cui cum adeo maturo consilio factæ in Concilio Generali, non videtur derogandum, atque manifestum videtur error adhuc effectum reservationis pensionum regulare valorem cum processu consistorialis, quoniam notissimum est, huiusmodi processus quodammodo esse potius cærimoniales, dum ab ipsismet promovendis perquiri, & iudici solent testes aliquos in ea regione versari, & qui loquuntur de proprio judicio, vel de communi fama, quæ non solum frequenter, sed semper est fallax, cum tamen ad probationem valoris requirantur testes bene informati, unde propterea reputatur res difficillimæ probationis, ex latè deductis in Sede Beneficiali. c. etiam infra Cap. 12.

In hoc autem dignoscitur differentia quando ista clausula Dummodo expressè adiacitur, & quando facta reservatio purè illa subintelligitur, quoniam priori casu reservatio dicitur conditionalis, ideoque ubi pensionarius non sit in possessione exigendi, sibi incumbit onus justificandi, quod remaneant mille, vel centum d. in alio vero casu, quia pensionarius fundatam habet intentionem in gratia pura, Titularis autem pro fundamento suæ exemptionis allegat, quod non adit pro se congrua, idcirco ex regula, quod reus in sua exceptione dicitur actor, talemque personam gerit, idcirco sibi incumbit onus probandi valorem, & justificandi, quod non remaneant mille, vel centum; atque hic videtur nimium proficuos effectus, alioquin rationis fundamentum habens, quod reservatio fiat purè, & absque clausula, Dummodo. Alter autem superius enunciatus implicititè, seu virtualis derogationis Concilii Tridentini, non placet, atque probabile rationis fundamentum habere non videtur.

In illis verò Ecclesiis Cathedralibus, vel respectivè Monasterialibus, & Parochialibus, quæ non sunt liberæ collationis, sed providentur ad praesentationem, vel nominationem Regum, & Principum, adiacitur quoque dicta clausula Dummodo, quæ tamen non dirigitur ad congruam, à Concilio Tridentino in certa quantitate, ut supra taxatam, sed juxta stulos, in antecedenti capitulo enunciatis, dirigitur ad quotam, nempe dummodo pensiones, quæ reservantur, computatis etiam antiquis, tertiam, vel respectivè quartam, aut aliam fructuum quotam non excedant, atque pariter dicitur gratia conditionalis, quam pensionario incumbit justificare, dum regulariter clausula Dummodo inducit conditionem, quando tamen percipit ipsam reservationem, secus autem si ista sit pura, dicta verò clausula percipit diversum effectum, quia nempe praecedat clausula, Etiam si alia &c. deindeque adiaciat clausula Dummodo omnes &c. quoniam tunc non reddit gratiam conditionalem, f. nimiumque refert id inspicere, ob magnum effectum Titulari, vel respectivè pen-

sionario proficuum, vel præjudiciali, exindè resultantem.

Sed quoniam quando reservatio sit conditionalis, quia concepta cum dicta clausula Dummodo, si five percipiat quantitatem, si five quotam, ut supra, experientia docebat, quod huiusmodi gratia pro frequentiori praxi inutilis remanebant pensionariis, quinimò potius damnosa, & præjudicialis eis erant eodem modo, quo supra in Cap. 1. dictum est de Constitutione Urbani VIII. quoniam ipsis incumbente gravi onere justificandi concludenter valorem, deductis oneribus, quod est nimium incommodum, & difficile, juxta ea, quæ latius, & ex professo habentur in Sede Beneficiali ad hanc materiam probationis valoris g. & quod magis est, congerentur sustinere longam, & dispendiosam litem per tres conformes, quoniam licet ipsæ litteræ Apostolicæ reservationis habeant viam executivam, & non admittant appellationem suspensivam, nihilominus ista datur non ab ipsis litteris, earumque executione, sed à declaratione Judicis explicita, vel implicita super sufficienti justificatione valoris, dum id pendet à probationibus extrinsecis b. Exindè sequebatur, quod vel pensionarii decedant ante finem litæ, vel quod ab ista defaticati, & deauperati, eam deserant, adeo ut Beneficium converteretur in maleficium. Hinc nostra ætate adinventa est cautela, per quam è conversò inutilis ut plurimum remanet dicta clausula dummodo, adjecta ad favorem Titularis, adeo ut idem resultat effectus, ac si reservatio esset pura, & sine dicta clausula, quod scilicet cogitur Titularis, non quidem coactione præcisâ, & directâ, sed indirectâ, & causativa, quando cupit Ecclesiam obtinere, non solum præstare simplicem consensum, qui non alterat naturam actus, neque cessare facit conditionem, sed quod se asserit bene informatum de valore, quodque sibi remaneant mille, vel centum, si five quod pensiones non excedunt tertiam, vel quartam, autem quotam, assumentem in se onus probandi contrarium, & quæ assumptio exindè resultat quamvis expressè non fiat, ideoque adamsim sequitur idem effectus, de quo supra Cap. 1. quoniam Titularis ita præmitur onere justificandi valorem, quod exigit tres conformes in judicio ordinario, & interim cogitur solvere pensionem, absque probabili spe recuperandæ indebitè solum, adeo ut duplicata gravetur pensione, vel onere i. unde propterea edocemur, quod illa medicina, quæ adinventa, est ad occurrendum uni malo, aliud malum fortè majus producit, quodque verificetur vulgatum adagium, quod incidit in Syllam, cupiens vitare Carybdim.

Speciem item reservationis conditionalis habet illa, quæ non fiat motu proprio, sed ad supplicationem explicitam, vel implicitam, ut verificatur in illa pensione, quæ ex causa resignationis reservetur ad favorem resignantis, vel alterius, in ejus gratiam, ac etiam in illa, quæ reservatur intuitu, & contemplationem Ordinarii Collatoris, juxta insinuata supra Cap. 3. quod scilicet valens providere beneficium jus ordinariæ collationis, cupiens verò ad favorem personæ sibi gratæ aliquam, reservari curat, ut capiatur provisio Apostolica, ad effectum, ut dicta reservatio sequatur, si five ubi idem sequatur, ad instantiam, & gratificationem Patroni super beneficio de jurè patronatus, & magis ubi agatur de pensione voluntaria, beneficio pleno, quoniam in his casibus, cum non solet reservari pensio ultra tertiam partem fructuum, & in parochialibus ultra quartam, ita ut Papa cum illo praesupposito gratiam concedat, aliàs non concessurus, ex indè sequitur, quod pensionarii onus est justificare valorem, eodem modo, quo superius insinuatum est in reservatione expressa, & conditionalis per clausulam Dummodo &c. nisi eadem adhibeatur cautela, de qua supra, cum tunc idem resultet effectus, pro quo obtinendo potius, quam pro validitate gratiæ consensus Titularis adhiberi solet. l.

Quasi possessio exigendi, in qua Titularis constituit pensionarium cum solutione unius termini, vel etiam aliquis partis, quamvis modicæ, in causam tamen, seu partem integræ pensionis, quod sufficit, eundem operatur effectum non quidem omnimodum, sicuti operatur dicta cautela transferendi onus in Titularem probandi concludenter valorem, sed in aliqua parte, scilicet pendente judicio ordinario justificationis valoris, terminando per tres conformes, ut interim ex remediopossessorio retinenda Titularis cogatur solvere pensionem, adhuc tamen onus est pensionarii justificare valorem, cum Titulari sufficiat pro impugnatione reservationis intentare istam actionem, quæ negatoria dicitur. m.

Differunt autem inter se iste duæ cautela, quod prior,

nempe consensus qualificati, ut supra, uno respectu magis proficua est Pensionario, alio respectu est magis restricta, minusque prodest, quoniam suffragatur solum contra consentientem, non autem contra successeorem, qui similem non praestiterit consensum, è converso autem posterior cautela, scilicet possessio, uno respectu minus operatur circa obligationem justificandi valorem, sed alio respectu magis proficua est, quia operatur etiam contra successeorem, ut infra Cap. 16.

a. Add. ad Greg. decis. 57. n. 11. & ad Burat. dec. 261. n. 17. Tondut. de pensionibus, cap. 14. num. 32. & seq. cum aliis disc. 2. de pensio. n. 6. & alibi. b. De Pensionibus, disc. 2. ex n. 6. & disc. 52. sub n. 5. c. De benefic. disc. 90. d. Dist. disc. 2. ex n. 5. e. Eod. disc. 2. ubi concordantes. f. De Benef. disc. 90. num. 51. de Pens. in Summ. n. 37. & 107. g. disto disc. 90. de benef. ubi videri possunt auctoritates, & infra c. 12. h. Infra Cap. 12. i. Rota coram Celfo decis. 346. de Pens. disc. 6. n. 3. & disc. 91. n. 2. de Benef. disc. 90. n. 48. l. De Benef. disc. 90. n. 27. de Pens. disc. 11. & seqq. & disc. 93. eod. tit. m. Dist. disc. 90. de Benef. n. 45. & 46.

De Apostolica reservatione super Ecclesia, vel Beneficio vacante eventuali, si, & postquam antiquæ, una, vel plures pensiones cessaverint.

S U M M A R I U M,

1. Quis sit reservatio eventualis.
2. Quæstiones in hac specie cadunt mortuo Papa, qui eas facit, antequam effectum sortiantur.
3. Quare non procedatur remissivè, & quando ita procedendum sit.
4. De vitio superfuitatis, quando excusabile, & non damnabile.
5. De eadem questione cadente in investituris feudalibus, & emphyteuticis, in concessionibus officiorum, & in expectativis beneficiorum.
6. Quæ sint rationes dubitandi de his reservationibus.
7. Gratia concessibilis dicitur imperfecta recipiens perfectionem à puritate cordis.
8. De ratione voti captandæ mortis.
9. Non procedit in feudis, & de ratione.
10. Multo minus in beneficiis, & pensionibus.
11. Quod generaliter ista ratio voti captandæ mortis non attendatur.
12. De ratione supplantationis successoris.
13. Quare non intret distinctio inter Principem supprezum, & inferiores.
14. De negantibus potestatem Papæ faciendi has concessiones preventivas.
15. De differentia inter concessiones temporales, & istas beneficias, vel spirituales.
16. Quod ratio supplantationis non causet nullitatem, & quare.
17. Laudatur quod Pontifex successor revocet istas reservationes adhuc effectum non sortitas.
18. De inconvenientibus, quæ ex ista specie reservationum resultant.
19. De eadem conclusione, de qua n. 7. & an sit reservatio conditionalis, & imperfecta.
20. De operatione gratiæ conditionalis, vel actus imperfecti.
21. Quale sit subiectum pensionis.
22. Quando intret implicentia plurium pensionum super eisdem fructibus.
23. Si antiquæ pensiones cessant in parte, an nova pensio eventualis subintret in sola parte defecta pro rata.

C A P. VII.

Ab aliquo moderno tempore inolevit quidam, fortè parum commendabilis usus faciendi huiusmodi reservationes eventuales, quod scilicet vacante aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Monasteriali quæ pingues habeat redditus, adeo verò gravata sit pensionibus, vel reservatione fructuum, ut novarum pensionum sit incapax de præsentis, probabiliter autem ad breve tempus, ob gravem ætatem reservatarii, vel pensionarium speretur capacitas, ipsa vacatione durante, vel in actu providendi fit aliorum pensionum reservatio, effectum sortitura in toto, vel in parte, si, & postquam antiquæ pensiones, vel fructuum reservatio in toto, vel in parte, & ad ratam cessaverint. Quando autem iste casus cessationis antiquarum pensionum, vel reservationis fructuum verificatur, adhuc videtur

vente illo Pontifice, qui hanc eventuales reservationem fecit, tunc nulla cadit ratio dubitandi, quæ solum cadit, quando id sequatur post ejusdem Pontificis mortem, quo casu pariter a moderno tempore, (quod in moderna introductione antiquum esse non potest) non semel disputari contingit, an tales reservationes evanuerit, vel potius effectum sortiri debeant, ut patet ex deductis in pensionum sede.

Quamvis autem super ista questione, sufficere videtur habere se remissivè ad insinuatam loca, in quibus latè de illa tractatur, Nihilominus quia non multum incommoda est illa remissio, quæ ut genio, & stylo satisfiat, practicatur circa comprobationem conclusionum, quas lector peritus presupponere poterit, absque testimoniorum necessitate, dum fortè non videat testis adeo malè informatus, ut mihi aliqua fides præstanda non sit. Notabiliter autem incommoda censenda est remissio substantiæ, ideoque superflua, & vitiosa dici non meretur illa repetitio, quæ gratia majoris declarationis, vel ex alio proficuo, & rationabili sine fiat. b.

Assumendo igitur questionem, licet in subiecta materia, ut præmissum est, ista sit nova, ideoque in his præcis terminis non de facili habeatur majorum gostrum auctoritate, arguendo tamen à similibus, à quibus ob rationis identitatem argui licet, antiqua est, multaque habet majorum auctoritates, & praesertim Feudistarum, qui originaliter illam tractant, occasione illarum investiturarum de feudis adhuc non vacantibus, quas abusive appellant, unde propterea infertur per moderniores ad confirmatas præventivas, vel abusive investituras emphyteuticas, ac etiam ad concessiones officiorum vacabilium, & Beneficialitæ tractant in materia expectativarum, idcirco quæ per Doctores in dicitis materiis considerantur, rectè ad subiectam materiam applicari possunt, & per consequens expedit recurrere ad loca, in quibus de his agitur.

Plures itaque dubitandi ratione ad versus huiusmodi præventivas, vel abusive concessiones considerari solent, quarum una est illa, quod ita inducatur votum captandæ mortis possessoris. Altera est illa supplantationis successoris, & exercitii potestatis pro tempore, quo ista jam cessavit, ipseque annihilatus est. Et altera, quod ista dicenda sit concessio, vel gratia conditionalis, & imperfecta, recipiens essentiam, & perfectionem à purificatione conditionis, sub qua concepta est, ideoque requiritur extremum habile de tempore purificationis, quando perfectio actus sequitur, tanquam per speciem novæ gratiæ; quæ tunc fieri dicitur, juxta auctoritates latè cumulatæ per modernum scribentem, de quo infra.

Singulas autem rationes prædictas distinctè examinando. Quatenus pertinet ad primam voti captandæ mortis, cum ista infectio proveniat à quadam subtilitate juris civilis, quod fortè attentis antiquis Romanorum temporibus, & moribus, & iustis, & rationalibus moribus, tunc ordinatum fuit, idcirco illius dispositio, juxta sententiam illorum, qui legum litterarum rigorose sequuntur, attendi solum debet in iis, quæ eidem juri civilitè cognita sint, & juxta illud regulerentur, ut ad rem nostram sunt concessiones emphyteuticæ, quoniam dictum jus civile cognovit contractum emphyteuticum, ideoque magis communiter est receptum, ut istius voti captandæ mortis nulla ratio habeatur in concessionibus feudalibus, quoniam feuda præfato juri ignota sunt, ut potè introducta post dissolutum in Occidente Romanorum Imperium per Longobardos, vel per Germanos, qui Franchi tunc dicebantur, propriaque, & particulares habent consuetudines in scripturam redactas, atque legum formam habentes, cum quibus regulatur.

Multò igitur magis idem dicendum est in Beneficiis, & pensionibus Ecclesiasticis, huic juri civili omninò ignotis, & quod magis est eidem juri tamquam laicali, non subiectis, & quæ regulatur cum propriis, & peculiaribus legibus, & regulis beneficialibus; Ita quoque ad evidentiam comprobante notoria, & inconcussa praxi, quoniam longè magis proximè istud votum captandæ mortis intrare deberet in reservationibus, cum reservationibus pensionum, quibus provisus gravantur, aut in coadjutoriis cum futura successione, & generaliter in omnibus gratiis expectativis, & tamen apud beneficialistas nunquam ista consideratio habita fuit.

Clarius verò quoniam etiam in materiis civilibus, vel profanis, præfate juris civili cognitis, & quæ cum ejus dispositione regulantur, ob morum, & temporum, ac etiam Religionis, & pietatis immutationem in melius, ista mala præsumptio in praxi non attenditur; nullaque

istius voti suspicio, vel ratio habetur, dum illa intrare deberet in qualibet successione necessaria filiorum, vel agnatorum, aliorumque conjunctorum, cum ordine primogenituræ, seu majoratus, vel proximitatis sanguinis in Regnis, & Principatibus, nec non in feudis pacti, & providentiæ, & in primogenituris, ac majoratibus, & fideicommissis, aliisque similibus successionebus certis, & necessariis; Ac etiam in venditionibus prædiorum, aliorumque honorum ad vitam, & in censibus, aliisque juribus vitalitiis, nec non in donationibus cum reservatione usufructus, vel cum obligatione alterius præstationis ad vitam; Ideoque ea, quæ in dicto jure civili, & apud ejus interpretes theoreticè habentur, videntur potius proportionata Scholis, & Academiis pro Tyrone ingenii exercendis, quam foro practico, etiam respectu illarum concessionum, vel dispositionum profanarum, quæ per inferiores fiant, eidem juri civili subiectis; Multo igitur magis ad effectum, de quo agitur, tam ratione subiectæ materiæ Ecclesiasticæ, vel spiritualis, quæ dictum jus civile in nihilo recognoscit, quam ratione personæ facientis hujusmodi reservationes, qualis est privativæ, & singulariter Papa, qui exemptus quidem est, etiam à lege Ecclesiastica positiva, dum in ratione coactiva aliam non recognoscit legem, nisi Divinam, adhuc tamen ex quadam coactione directiva, derivante à lege congruentiæ, & honestatis, aut pro regulatione ejus voluntatis, & styli, quodammodo, & per modum loquendi, subjacere videtur legibus Ecclesiasticis, & beneficiis. At quoad leges civiles, & sæculares, de quarum genere sunt illæ Romanorum, quæ juxta compilationem Justinianæ efformantur jure civili, & commune, nulla penitus cadit ratio dubitandi, unde propterea de manifesto convincunt errore illi, qui ratiociniis neglectis, atque cum sola auctoritatem litteræ, vel cum regulis, & propositionibus generalibus procedentes, ad hujusmodi distinctiones, tam legum, & materiarum, quam etiam morum, & temporum non reflectunt, sed res, & casus confundunt.

Altera dubitandi ratio supplantationis successoris, & dispositionis pro tempore inhabili, & post expiratam jus disponentis, dependentiam habere videtur ab alia ratione, quæ refulat à natura, vel qualitate reservationis, an sit pura, vel conditionalis, ut infra, quoniam ubi verius esset illam esse conditionalem, tunc inanis esset hæc inspectio magis dubia, dum subisteret alter clarior, & solidior defectus, superius insinuatus, imperfectio, & resolutionis concessio ob mortem, vel aliam expiratam jus concedentis ante conditionis purificationem, sed quando probabilius dicendum esset (ut verè dicendum est) quod ista censenda sit gratia, vel concessio pura, & ab initio perfecta, cujus effectus ad certum casum protrahatur, tunc quatenus ad istam dubitandi rationem pertinet ad rem nostram, penitus inane, ac superfluum est assumere inspectionem in Regalium Sede, occasione officiorum, & in alia Sede Emphyteusis peractum f super distinctione inter supremos Principes, habentes potestatem derogandi legibus, & juri tertii, & inferiores Prælatos, vel Magistratus, quibus ista potestas non competat, quoniam certum est istam speciem reservationis fieri non posse ab Ordinariis, aliisque inferioribus Prælati, illamque singulariter, & privativè pertinere ad Papam, circa cujus personam licet aliqui feudistæ, præsertim Germani, g negent hanc potestatem; Attamen quidquid sit in temporalibus, puta circa investituras feudales, aliasque dispositiones, & concessiones, quas Papa faciat uti Principes temporalis ditionis Ecclesiæ, & in quibus etiam in Curia magis recepta est contraria opinio, ut ejus provisionibus iste defectus non obstat ad causandam earum nullitatem, sed solum, ut id præbeat justum motivum Successori illas revocandi h non exinde inferri potest ad casum, vel effectum de quo agitur, beneficiorum scilicet Ecclesiasticorum, ac pensionum, aliorumque onerum super eis, dum in his, aliisque similibus materiis Ecclesiasticis, & spiritualibus Papa disponit uti Papa, id est Christi Vicarius, & Universalis Ecclesiæ Caput, non autem tanquam Princeps, magna siquidem differentia dignoscitur inter unam, & alteram potestatem, ex iis, quæ alibi pluries deducta sunt, atque præsertim in beneficiis, ut supra cap. 3. insinuatum est, juxta opinionem in Curia passim receptam, & ubique apud Catholicos recipiendam, quod Papa est absolutus Dominus, & dispositor etiam de ipsis beneficiis eorumque substantia, multo magis circa istud onus, quod verè substantiam non afficit, ut supra in cap. 2. & 3. ac etiam infra pluries.

Considerando quoque quod, ut præsertim in materia

emphyteotica advenitur, etiam respectu Prælatorum, aliorumque inferiorum ista ratio prohibet supplantationis successoris non causat in validitate actus ab initio, & ipso jure, cum dicatur esse in statu validitatis, donec vivit Prælati, vel alter inferior ob possibilitatem, quod ipso adhuc vivente casus fiat, solumque operatur ut non afficiat Successorem, qui possit revocare, vel nolle stare actui, & è converso volens potest acquiescere, & non impugnare, & sic in gratiam ipsius Prædecessoris, non autem tertii, quod magis in Papa dicendum est; Ideoq; concludendum videtur, quod actus dicti non debeat infectus, sed quod ista consideratio justum tribuere possit motivum Successori illum re integra revocandi, & quidem valde commendabiliter, quando fiat, ob plura inconvenientia, quæ ista moderna introductio producit. Quemadmodum enim, juxta stylium, præsertim initio sæculi currentis introductum, & continuatum, novus Pontifex initio Pontificatus solet facere Constitutionem revocatoriam exemptionum, & franchiciarum, aliarumque Cameræ præjudicialium concessionum, factarum per Prædecessorem, quando non sint ex causa verè onerosa, & correspectiva, magis autem proximè, & ad rem, antiquior est stylium per Regulas Cancellariæ, cujuslibet Pontificatus initio, revocandi uniones, quæ effectum adhuc non sint sortitæ; juxta ea, quæ super hac regula unionum revocatoria habentur in Sede Beneficiali, ita multo magis debet fieri hujusmodi abusivarum reservationum, adhuc effectum non sortitarum, generalis revocatio, ob quamplura inconvenientia, quæ ista parum commendabilis moderna introductio producere solet, & præsertim (ut nostra ætate praxis non semel docuit) quando per cessum, vel decessum illius, in cujus provisione facta est hæc reservatio, cui ipse consensus præstitit, juxta stylium, in pluries enunciata Sede insinuatam, vacat Ecclesia, adhuc antiquis pensionibus, vel antiqua fructuum reservatione onerata, eo quia istius novæ reservationis eventualis, non de facili habetur notitia, exinde sequitur, quod viri conspicui, & qualificati ad hujusmodi Ecclesiarum regimen suscipiendum de facili inducuntur, ob spem probabilem cessationis ant iquarum pensionum, vel reservationis fructuum, regulatam à gravi ætate, vel mala valetudine pensionariorum, seu reservatariorum, postmodum verò, facto casu ab eis sperato, defectusque hujusmodi novis, & occultis oneribus, decepti remanent, Ecclesiarum aliàs regimen non suscipiunt. Et quod magis est, quandoque casus accedit, quod per mortem pensionarii, per quam onus, vel in totum cessare; vel in parte minui, pro frequentiori contingentia, debet, & solet, ita potius augetur, & fit majus, ut puta, juxta casum, quem tu super expertus. Gravata erat quædam Ecclesia Metropolitana (aliàs antiquioribus temporibus valde pinguis, & solita supportare majus onus) in favore cujusdam Cardinalis, qui bene informatus de diminutione reddituum, & antiqui status Ecclesiæ, ore tenus benevolam praticabat cum Archiepiscopo reductionem notabilis partis, contentus solum scitis mille; decedens autem dictus Cardinalis, in vim soliti indulti, transtulit dictam pensionem pro eadem rata scutorum mille, atque translatio effectum habuit, dum receptum est, quod hujusmodi eventuales reservationes non præjudicant antiquis pensionariis, in facultate transferendi, ut infra Cap. 2. Detecta verò fuit nova pensio eventualis scutorum quingentorum monetæ. Unde propterea onus Ecclesiæ, & Titularis actum fuit, eique expediebat, quod antiquus pensionarius non decessisset, quod à aliquo scandalum produxit, ideoque multo commendabilis videtur dicta revocatio.

Demum quoad tertiam dubitandi rationem, in qua principaliter insistebat pluries enuntiatus modernus, qui doctus quidem, & ingeniosus hujus Curie primus Ordinarius vocatus, in controversiis enunciatis in sua Sede fuit promotor, & accerrimus propugnator motivum, ut patet ex ejus jam enunciata consultatione. Theoreticè scribendo hinc inde concordabamus in principiis, vel conclusionibus in abstracto, discordabamus verò in concreto, sive in applicatione. Si quidem admittebam ego tamquam verissimam conclusionem ab ipso deductam, lateque exornatam, quod gratia, & quæcumque alia dispositio conditionalis, vel alias imperfecta, expectans perfectionem à purificatione conditionis, vel ab alio actu perficiente, nihil de præsententi ponit in esse, nullumque jus tribuit, quodque attenditur tempus, in quo sequitur perfectio, quod etiam

in feudis, aliisque prohibitis receptum habetur, ut attendatur tempus assensus, vel alterius actus perficientis, ut etiam dictum est supra in Cap. 4. de Clericatu, ut in pensionem voluntaria, quamvis non addit de tempore reservationis, sufficiat adesse de tempore consensus Titularis, quoniam iste perficit actum alias conditionalem, & imperfectum, cum similibus; Discordantia verò erat in applicatione ad factum, quoniam verius est hujusmodi reservationes, quoad substantiam, esse puras, & perfectas ab initio, atque solum differri executionem, vel executionem, eodem modo, quo habetur in donationibus inter vivos, quæ collatæ sint in tempus mortis collatoris, quoniam aliud est ubi post mortem confertur substantia, & aliud est ubi differtur exequutio, vel effectus; Quod magis proximè habemus in eadem materia beneficiis in unionibus, vel suppressionibus, aut dismembrationibus, vel super immutatione naturæ beneficiorum, post cessum, vel decessum possessoris, quoniam ipsamet superius enunciata regula revocatoria unionum, quæ adhuc effectum sortitæ non sint, clarè comprobant istam veritatem, quoniam si unio collata post mortem possessoris esset conditionalis, utique mortuo Pontifice, qui eam fecit, inanis esset regula revocatoria, dum revocatio præsupponit præexistentiam actus jam perfecti, cum similibus.

Prout etiam concordabamus in altera propositione, ab eodem scribente nimium inculcata, de qua etiam supra Cap. 2. quod subiectum pensionis non est beneficium, neque ejus bona, sed sunt ejusdem beneficii fructus, super quibus pensio imponitur, unde manet quod pensionarius nullum jus in re, neque ad rem in beneficio acquirit, nullamque habet participationem in administratione; Discordabamus autem pariter in applicatione, seu verius fallacia est in consequentia, qua exinde deducitur, quod scilicet impossibile sit subtrahere reservationem puram, & perfectam sine subiecto, dum tunc non aderant fructus, qui sunt pensionis subiectum, dum Papa disponere non potest super non ente, neque concedi, vel conferri potest id, cujus substantia non est in esse de præsententi o. Verum in hoc consistere videtur fallacia, quoniam tunc ista impossibilitas, vel implicantia intraret, quando super ipsis fructibus illius temporis jam aliis pensionariis, vel reservatario assignatis, ista nova reservatio fieret, cum eadem res non possit duobus in solidum eodem tempore concedi, secus autem, ubi agitur de fructibus futuris, & percipiendis in tempore habili, quando cessatis antiquis impedimentis, commodè potest cum eis istud novum onus adimpleri, cum nulla videatur subesse ratio, quæ id prohibeat. Si quidem etiam reservationes primæ, & omnino puræ subtraherent non possunt super fructibus illius anni, vel temporis, in quo fiunt, sed adhuc intelliguntur factæ super fructibus futuris, qui singulis annis maturabunt, ex propositione, de qua pluries infra, quod tot sunt anni pensionis, quod tunc recolletur fructuum, addeat quælibet recolleta deserviat quolibet anno, ideoque, si vera esset consequentia, non posset prima, & pura reservatio subtraheri, nisi pro primo anno, & super fructibus tunc extantibus, quod utique vanum est asserere.

Subiectum itaque pensionis non consistit in ipsis fructibus tunc extantibus, sed consistit in illa, quæ dicitur fructuum commoditas, habens tractuum successivum, etiam longævum, abque eo, quod scindi, vel diminui, aut aliàs tangi dicatur ipsum corpus, vel ipsa substantia, seu causa productiva fructuum, ut receptum habemus in feudis, & officiiis, aliisque prohibitis, & in libero privato commercio non existentibus p & in hac specie pensionum Ecclesiasticarum habetur infra Cap. 14. ideoque non videtur, quid prohibeat ut illa commoditas, quæ alicui vendita vel aliàs concessa est ad vitam, vel ad certum tempus, non possit ex nunc purè, & perfectè vendi, vel concedi alteri ad ejus vitam, pro eo tempore, quo prior commoditas cessaverit, eodem modo, quo vendito uni prædico ad vitam, juxta illum contractum, de quo in sede Emphyteusis, & Venditionis q possit ex nunc fieri alteri consimilis venditio, si, & postquam prima cessaverit; Idemque in concessione officii vacabilis, vel in constitutione census vitalitiis, cum similibus, cum implicantia constat, quando eadem fructuum commoditas, contemporaneè pluribus in solidum concederetur, illic effectum sortitura, neque super hoc idem scribens videtur bene satisfacere, quamvis enim exciter responsonem objecto, ut potè contentam in meo discursu jam publicè luci edito r.

Card. de Luca de Statut. Success.

Attamen adæquatè non satisfacit, quia reverà non videtur posse satisfieri; Unde propterea post contraversiones in utroque discursu, hinc inde enuntiatas; Cum aliorum consimilium reservationum casus essent purificati, nil oppositum fuit, sed Titulares acquieverunt. Cessabit autem ista quæstio, quando Successores Pontifices agant ita, quod superius dictum est in Cap. 2. quod scilicet imitentur nostrum Legislatorem Inn. XI. ejusque sequantur vestigia, dum ab ista reservationum specie hæctenus omnino abstinent.

Quando autem antiquæ pensiones, quarum cessatio posita est in conditione, pro effectuatione istius novæ reservationis eventualis, non cessant in totum, sed in parte, putà quia aliqui pensionarii decedant, alii verò supervivunt, five quia pensionarii decedens partem pensionis transfulerit, unde propterea cessaverit in parte, intrat dubium an pro rata cessante debeat nova pensio effectum sortiri, vel potius requiratur, ut cessatio sequatur in totum, atque verius, magisque in praxi receptum est, ut sufficiat cessatio in parte, in qua nova pensio pro parte cessata subintrare debet, & sortiri effectum. f

a De pensio. disc. 1. & 2. & 82. b De feud. disc. 1. n. 23. de benef. disc. 47. n. 10. de fideic. disc. 18. n. 6. & alibi sæpius. c De regal. disc. 3. & 198. de Emphyteus. disc. 1. & 2. de feud. in summa n. 117. & seqq. Annot. ad Concil. Trident. disc. 45. & alibi. d Apud Turr. de pactis futur. success. in fine pagina 526. n. 16. & seqq. & disc. 1. de pensio. n. 13. & seqq. e De Emphyteus. disc. 1. n. 16. & seq. f De emphyteus. disc. 1. & de Regal. disc. 3. & in annotat. ad eundem, & disc. 198. & in tractat. de offic. vental. c. 14. g Plenè relati ab enuntiato moderno scriptore apud Turr. de pact. futur. success. pagina 526. n. 21. & enuntiat eundem disc. 1. de pensionibus. h d. disc. 1. de pensio. n. 24. & in d. tract. de offic. vental. c. 14. i d. disc. 1. de emphyteus. k de isto casu disc. 3. de pensio. l d. disc. 1. & 82. de pensio. m Impress. post Turr. de pact. futur. success. in fine pagina 524. & seqq. n De feud. disc. 78. de donation. disc. 61. de cred. disc. 13. & 151. & alibi pluries. o In consil. superius citata n. 4. & 5. p de feud. d. disc. 76. & 110. de emphyteus. disc. 98. de Regal. disc. 16. de officis ventalibus c. 7. & alibi. q de empr. & vend. disc. 1. r d. disc. 1. de Pensio. n. 18. & seqq. s De Pension. disc. 3.

De Apostolica reservatione pensionis voluntariæ, & sine causa super beneficio pleno.

S U M M A R I U M.

- 1 Papa potest reservare pensiones super beneficio pleno, etiam sine causa, & sine consensu possessoris, sed non solet.
- 2 Potest concurrere cum quolibet ordinario collatore, illumque prævenire in collatione beneficiorum, sed non solet.
- 3 De reservatione, beneficio pleno, voluntaria, & sine causa.
- 4 Recipit perfectionem à consensu titularis.
- 5 Verificari debet integer valor narratus, aliàs reservatio corrui in totum.
- 6 De decreto annullativo, ubi non doceatur de veris, & effectivis solutionibus integris.
- 7 An sufficiat observantia 30. annorum.
- 8 Defectus istius justificationis non attenditur in possessorio manutentionis, & quid in judicio exequutivo litterarum.
- 9 Consensus Titularis de quo tempore, vel in quo statu intervenire debeat.
- 10 Quid de receptione solutionis, an fieri possit ab infirmo, ad satisfaciendum decreto, de quo n. 6.
- 11 De differentia inter privationem juris quæ sit, & exclusionem à jure querendo.
- 12 An justificari possit fieri per testes, ac aliàs, quam per publicum instrumentum.
- 13 An justificari debeat solutio illorum terminorum, in quibus Titularis nullos fructus percipit.
- 14 Solutiones debent esse factæ ab ipso titulari, non à tertio, & ipsi pensionario, non autem tertio; & quid si factæ sint patri legitimo administratori.
- 15 De pensione voluntaria, beneficio pleno, sed cum causa, etiam minus odiosa, quæ non debeat dictum decertum irritatum.
- 16 Quales rigores attendantur in hac specie.

M 2 17 De

- 17. De probatione valoris beneficii adhuc effectum, remissive.
- 18. An titularis, qui huic pensioni consensit, vel ejus successor habeat actionem indemnitate, vel relevatam contra illum, in cujus gratiam id agit.

C A P. VIII.

Quamvis, ex jam insinuatis in superiori Cap. 3. possit Papa reservare pensiones, etiam super beneficio pleno, absque consensu, imò cum positivo consensu possessoris, ac etiam sine causa, quoniam, qui potest facere plus, potest absque dubio facere minus, ideòque si potest privare possessorem in totum ipso beneficio, illudque alteri conferre, vel aliàs de ipso disponere, multò magis potest imponere aliquod onus, non super ipso beneficio, ejusque substantia, sed super fructibus excrecentibus, qui erogari debent in subventionem indigentium, aliaque pia opera, adeòque ex insinuatis in Cap. 2. quando cum debita discretione pensionum reservationes fiant, aliud non importent nisi destinationem personarum, vel usum. Nihilominus id Papa non solet praticare, adeòque nulli, vel nimium rari sint casus, in quibus hanc exerceat potestatem, eodem modo, quo habemus in collatione beneficiorum, nullam habentium Apostolicam reservationem, vel affectionem, quoniam etiam in istis Papa potest concurrere cum ordinario collatore, eumque pravenire, sed non solet, nisi valde raro, & ex magna causa, ac cum similibus. Adhuc tamen incertum est de quo tempore, & ex quo initio, vel qua occasione quidam inolevit stylus, non tamen uniformis, sed varius pro varietate genii, & sensuum Pontificis pro tempore, quod alii sunt faciles, alii verò difficiles, istaque posterior pars commendabilior dicenda videtur, denegando hujusmodi reservationes beneficio pleno, quæ voluntariè dicuntur, & sine causa, quod scilicet ipsomet possessore beneficii supplicante, vel ad supplicationem petentis reservationem, cum presupposito consensu Titularis, fiat pensionis reservatio, quæ propterea triplicem continere dicitur conditionem, unam nempe consensum Titularis, à quo gratia essentiam, & perfectionem recipere dicitur, cum sine illo non dicatur adesse assensus Papæ. Unde propterea, ut pluries insinuatum est, quamvis regulariter capacitas pensionarii requiratur de tempore factæ gratiæ, & datæ supplicationis, nihilominus in hac specie sufficit illam adesse de tempore præstiti consensu, nisi obstat aliàs insinuata difficultas quod pensionarius in supplicatione narretur clericus, ut supra Cap. 4. n. 12. b. Altera est conditio pariter insinuata superius in Cap. 5. verificationis valoris narrati per assensum, adeòque ab ista verificatione gratia corrumpat in totum, neque sustineatur pro rata, ratione individuae voluntatis Papæ, quem eatenus illam concessisse censendum est, quatenus subsisteret narratus valor, ex quo Papa cognovit adesse excrecentiam fructuum, super quibus, absque incommodo Ecclesie, & Successorem in beneficio, istud onus imponi potuit, ista namque pensionum species dicitur in jure odiosa, utpotè sapiens quomodam speciem hæreditatis, quam beneficii possessor in eo sibi constituere voluit, ideòque non intrat illa æquitas, quæ infra in cap. 10. urget ad favorem resignantis contra resignatarium, vel ejus successorem, ut non verificato narrato valore in totum, sustineatur pensio pro rata in dicto cap. 10. habetur differentia inter unum casum, & alterum.

Tertia demum est conditio, quæ frequentius litibus, & controversiis occasione præbere solet inter pensionarium, & successorem illius Titularis, de cujus consensu ista species pensionis voluntariæ, beneficio plena, reservata est, quòd scilicet ad occurrendum fraudi, & collusioni, cujus suspicio nimium est probabilis inter Titularem, & pensionarium, maxime si sint sanguine conjuncti, ut istud onus adiciatur absque incommodo Titularis, donec beneficium obtineat, ad supplantandum successorem, & tanquam per speciem hæreditatis in parte, idcirco in hac specie reservacionis adici solet decretum annullativum, ut donec vivit, vel possidet ille Titularis, sequi debeat vera, & effectiva solutio omnium terminorum à primo usque ad ultimum, adeòque defectus justificationis unius termini, vel ejus partis irritet, & annullat gratiam, quamvis constaret de vera, & effectiva solutione multorum terminorum per longum, & notabile tempus, neque sufficiunt confessiones de recepto, vel quietantia, & computationum solidatione, etiam juratæ, & per publicum instru-

mentum, nisi confessio aliunde, per veras, & legitimas probationes justificetur, ex eadem superioris insinuata ratione, quòd scilicet agitur de materia odiosa, nimiumque de fraude suspecta, in qua propterea rigorosè proceditur, atque verificatur vulgare Juristarum diciturum, ut qui cadit à syllaba cadat à torso. Solumque in facti contingencia aliàs motivabam, an sufficeret justificatio rigorosa per ultimum longissimum tricennale tempus, quamvis non doceretur de veris, & effectivis solutionibus aliorum terminorum præcedentium, ex illa ratione, quòd per istud longissimum tempus gratia præsumitur justificata, ut ex iis, quæ habentur in Sede Beneficiali, & alibi d. Adhuc tamen in praxi id obtinere non potui, eo quia in hac materia non solet admitti præsumptio, sed requiritur veritas, ideòque neque admittitur illa præsumptio probatio, quæ resultat à tribus ultimis continuatis apocis de recepto, juxta notissimum text. in l. quicumque C. de apoc. public. lib. 10. e. atque videri non debet exorbitans iste stylus ita rigorosus, propter materiam odibilitatem, & suspensionem fraudis, ac etiam quia justificatio gratiæ, quæ resultat ab observantia longissimi temporis 30. annorum est præsumptio, contraria probatione, imò fortioribus præsumptionibus elidibilis, ideòque dici non potest probatio vera, perfecta, & concludens. f. Istius tamen justificationis defectus non attenditur in sumario possessorio judicio manutentionis, ubi pensionarius sit in possessione, ob possibilitatem justificationis in petitorio. Idemque probabiliter in judicio executionis litterarum Apostolicarum. g.

Ex prædicta item suspicio fraudis resultat, ut consensus Titularis huic: reservacioni debeat esse præstitus de tempore, in quo verisimiliter fraus adesse non valeat, quia nempe sit in statu valido, & verisimiliter per notabile tempus duraturo, secus si in statu infirmæ valetudinis, vel quando cogitabat statum conjugalem, sui militarem assumere, aut aliud beneficium incompatibile affectu, vel quod aliàs proxima esset vacatio. b. Ad quod conferunt quæ habentur in sede feudorum. i.

Cadit verò dubium, an id, quod dicitur de consensu non suffragante in statu infirmitatis, vel quod aliàs imminet vacatio, procedat etiam in receptione unius, vel plurium terminorum vera, & effectiva, cum actuali numeratione, ut supra, quæ facta sit ab infirmo, vel aliàs vacatione beneficii imminente; & quamvis aliquæ adsint auctoritates, quæ istos casus confundunt, vel parificant, probabilis tamen videtur contrarium, quoties alia non accedant fraudis, & collusionis argumenta, vel præsumptiones, ex illa differentia ratione, quòd consensus, qui reservacioni præstat, illam perficit, sive informat, & animat, cum sine illo desit quoque voluntas Papæ faciendi, & per consequens requiritur validus, & sincerus ab omni fraudis, & collusionis suspicione alienus, atque infectio actus, qui ex aliquo ejus defectu resultat, dici non meretur odiosa, & pœnalis, sed potius favorabilis, quoniam liberat Ecclesiam ab illo onere, & servitute, & è converso nullum infert præjudicium, & dampnum positivum illi, ad cujus favorem reservatio facta sit, quoniam nihil amittit de proprio, nullamque patitur juris quæriti privationem, sed solum ardetur, ob non purificatum conditionem, à lucro, & à jure quærendo: E converso autem, quando agitur de defectu probationis solutionis, præsupponitur jam validè, & perfectè facta reservatio, & quæsitum jus pensionario, qui propterea ob neglectam veram, & effectivam omnium terminorum exactiorem, juxta incurrit pœnam formalem amissionis, vel privationis juris quæriti, pro qua pœna evitanda, suoque jure conservando potius, quam pro fraude, & collusionione, non videtur prohiberi esse sollicitus in adhibendo istam cautelam, atque ita supplere propriam negligentiam, & per consequens, utpotè in pœnalis requiritur major, magisque exacta, & concludens probatio fraudis, & collusionis, neque sola suspicio, vel præsumptio sufficit juxta receptam distinctionem inter impedimentum ad requirendum, & privationem, vel amissionem juris jam quæriti, ut priori casu sit repelli à lucro, ideòque facilius admittatur, posteriori autem sit pari dampnum positivum, & sentire pœnam formalem privationis juris quæriti, quod longè difficilius admittendum est, ut habetur in Sede Beneficiali, & aliis frequenter. Ideòque clarus videtur error, istos casus confundere, & pariformiter tractare, atque auctoritates, quæ priorem percutiunt posteriori applicare.

Super ista verò probatione solutionis veræ, & effectivæ, quamvis Doctores, loquendo pro frequentiori usu,

ac pro majori, & tutiori cautela, præsupponant illam sequi debere per publicum instrumentum, quod contineat veram, & effectivam numerationem pecuniæ, coram Notario, & testibus, nihilominus non videtur ista probationis forma præcisè, & taxativè desiderata, sed sequi potest etiam per depositionem testium, aliaque species probationis, quæ concludens, & perfecta dici valeat, ut in specie in sua fide advertitur. m.

Rigor item istius decreti adici soliti super concludenti probatione veræ, & effectivæ, & integræ solutionis omnium terminorum, adeò extensus est, ut capiat etiam illos terminos, qui maturant de tempore, in quo Titularis, pensionis debitor, nullos percipit fructus, ex quibus hanc solutionem facere debet, ut ex: gr. contingit in illo primo termino, qui maturat ad breve tempus post reservationem, quando Titularis nullos accepit fructus, vel in illo ultimo termino, qui maturat paulò antè, quam sequatur mors Titularis, vel quod ille designat esse possessor, licet isto posteriori casu, cum aliqua majori æquitate, & circumspèctione procedendum videatur. n.

Debent quoque istæ solutiones esse factæ ab ipso Titulari, vel ejus legitimo Procuratore ad id deputato, non à tertio, ac etiam debent ferri ipsi pensionario, non autem tertio, adeòque, nisi agatur de infante, non sufficiat eas factas esse Patri, qui de jure civili sit legitimus administrator, quoniam ista legalis administratio non admittitur in beneficiis, & spiritualibus. o.

Hactenus quoad illam pensionem, quæ beneficio pleno reservata, dicitur voluntaria, & sine causa. Adest autem alia species reservacionis pensionis, etiam voluntariæ, & beneficio pleno, sed cum causa, istaque verificatur, quando sequitur aliquis beneficii resignatio ad favorem, cum reservatione pensionis, penè absorbentis integros fructus ad favorem resignantis, vel alterius ejus intuitu, & contemplatione, quoniam cum Dataria stylus ordinarius sit, non admittendi has reservationes ultra medietatem fructuum beneficii resignati, licet quandoque etiam pro duobus ex tribus partibus, idcirco, ille, qui cupit mediante resignatione illud beneficium assequi, curare solet, ut alterius beneficii possessor consensum præstet reservacioni super ejus beneficio illius majoris pensionis à resignante desideratæ, quæ super beneficio resignato reservari non potest, quod quidem neque commendabile dicendum est, unde propterea Noster Legislator, valde in hoc difficilis est, rarique sunt casus, in quibus id admiserit. Ista igitur pensio super diverso beneficio dicitur quidem voluntaria, & beneficio pleno, sed non dicitur sine causa, dum pensionarius quoad se obtinet hanc pensionem ex causa respectiva fructuum beneficii resignati, quos amittit. Unde propterea non solet adici præfactum rigorosum decretum annullationis, quando non doceatur de integra, vera, & effectiva solutione omnium terminorum p. solumque in hac specie pensionis locum habet idem rigor, de quo supra in alia specie, tam circa sinceritatem consensu in tempore non suspecto, quam circa necessitatem bene justificandi valorem q. de qua justificatione, tam ad istum effectum, quàm ad alios in hac materia pensionum, habetur infra cap. 10. & seq.

Sed quoniam ille, in cujus gratiam alterius beneficii possessor patitur super eo pensionis partem reservari, se obligare solet relevare indemnem amicum, qui hoc officio sibi præstitit, atque de facto ipse integrum solvere pensionem resignandi, vel alteri, perinde ac si tota super beneficio resignato, per eum obtento, imposita esset, hinc duo resultat dubia, unum nempe, an intret confidentia illicita, ideòque punibilis, & irritativa, & de hoc agitur generaliter in cap. seq. Et alterum, an successor in hoc beneficio ita onerato actionem habeat revelationis adversus resignatarium possessorem beneficii resignati, cujus gratia, & contemplatione prædecessor hoc aliud beneficium oneravit, atque per Congregationem particularem à Sanctissimo deputatam in una Romana Beneficiatus S. Petri sub die 2. Junii 1681. prodit resolutio ad favorem obligati, ut non teneatur, stante quod ejus obligatio concepta erat ad favorem illius, qui consensum præstitit, ideòque tanquam personalis esset extincta cum persona, mihi autem videbatur primo aspectu, quod intraret revelationis obligatio contra personam, non autem super beneficio, non quidem jure actionis ratione expressæ obligationis, quæ ad certam personam restricta erat, sed officio Judicis, & ex juris ratione, vel ex non scripta æquitate, sive quod persona, cujus favore conce-

pta erat obligatio, staret demonstrativè, contemplata ratione possessoris beneficii gravati: maturum tamen iudicium deluper efformare non potui, cum non viderim scripturas, ideoque opportuniore tempore hujus quæstionis examinem reservo.

- a De benefic. disc. 23. b Disc. 10. de pensio. & alibi.
- c De pensio. disc. 5. & seq. ad disc. 10. disc. 84. & 90.
- d Disc. 9. de pensio. & disc. 90. de benefic. n. 45.
- e Disc. 7. n. 4. de pensio. & d. disc. 84. n. 11. & alibi.
- f De alien. & contract. prohib. disc. 1. & alibi pluries.
- g Disc. 84. & 90. de pensio. h Disc. 5. de pensio.
- i De feud. disc. 1. & in annotat. ad eundem.
- l Dist. disc. 5. de pensio. m De testam. disc. 73. de benefic. disc. 70. & 71. de matr. disc. 14. & alibi.
- n Disc. 7. de pensio. ubi allegantur Tondut. cap. 3. decisi. 306. part. 10. recent. Dunozett. disc. 880. & alia.
- o Dist. disc. 7. de pensio. p Disc. 84. de pensio.
- q. Ut in casu de quo disc. 6. de pensio. r Eod. disc. 6. & seq. De his aliqua disc. 6. de pensio.

De pensione fiduciaria, qualis dicatur, & quantum fiducia illam irritet.

S U M M A R I U M.

- 1 DE pensionibus confidentiariis Hispaniarum.
- 2 In feudis, & officis non imrat simulatio, & attenditur rubrica Plus valere quod agitur.
- 3 Per quorum mortem istæ pensiones cessant.
- 4 De usu Cedula Bancarie, & quomodo censipi solet.
- 5 An cesset obligatio cedulæ, quando provisus de beneficio est impeditus istud assequi.
- 6 De clausula Habita, vel non habita possessione.
- 7 An istæ pensiones sint temporales, vel perpetuæ, & quid referat esse perpetuas.
- 8 De licita reservatione fiduciaria, etiam in Italia.
- 9 De confidentia illicita, & criminosa, dantur exempla.
- 10 An Constitutiones Apostolicæ, loquentes de confidentia in beneficiis, locum habeant in pensionibus.
- 11 De fiducia licita inter plures Titulares beneficiorum gratuarum.
- 12 De fiducia in translationibus pensionum.
- 13 Non potest fieri translatio sub conditione, ut duret pensio in vita transferentis.
- 14 Ubi fiat contra dictam conditionem, an vitietur conditio, vel potius vitietur translatio, & amittatur pensio.
- 15 De fiducia tacita, & præsumpta, vel conjecturali.
- 16 De illa fiducia, per quam commodum pensionis sit pensionarii transferentis etiam post ejus mortem.

C A P. IX.

Pluries sunt casus, in quibus in reservatione, vel in translatione, fiducia, seu confidentia in pensionibus considerari solet, quorum primus est magis frequens in praxi, & quotidianus in illis pensionibus, quæ per Papam reservantur super beneficiis liberè collationis Regnorum Hispaniarum. Cum enim ex quibusdam præfatorum Regnorum legibus exteri prætendantur incapaces illorum beneficiorum, ac etiam pensionum super eis, hinc antiquus, & inconcusse observatus, inolevit stylus, quod per Datariam deputatur quidam nationalis, & capax fiduciarius, vulgò nuncupatus Testa di Ferro, in cujus persona sunt reservationes omnium pensionum, quæ imponuntur super beneficiis illius Regni, vel Provinciæ, ad commodum tamen Italarum, vel aliarum diversarum nationum, quibus Papæ gratificari placeat, adeòque revera, isti sint pensionarii, dicta verò persona sit simulata, pro dicta necessaria, & honesta, non autem criminosa, & fraudolenta simulatione. Et quamvis in feudis, officis, beneficiis, & aliis hujusmodi in libero privato commercio non existentibus, locum non habeat rubrica, Plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur, ut in sede officiorum, & alibi pluries firmatur, dum ille dicitur feudatarius, vel officialis, qui descriptus est in libris publicis Principis, non autem ille, cujus sit commodum, & utilitas. In hac tamen specie, in qua eadem ratio intrare videtur, in oppositum se res habet, quoniam non fiduciarius, sed commodatarius jus, & actionem habet petendi in judicio, & exigendi pensionem, cujus duratio, & respectivè cessatio regulatur à persona Commodatarii. Unde propterea si iste moriatur naturaliter, vel civiliter non cessat pensio, quoniam

quoniam ejus morte imminente stylus est transferendi omnes pensiones, in ejus persona captantes, ad alium similem fiduciarium, ejus loco subrogatum, & sic successively de uno in alium, absque eo quod ex istorum personis essent pensiones, quarum cessatio regulatur a personis commodatariorum, contra regularem naturam officiorum, aliorumque; jurium ad vitam, in quibus res est in oppositum, ut in suis Sedibus advertitur. Solumque aliqua dubitandi ratio quoad excitationem fuit in casu, quo mors fiduciarii sequatur, Sede Papali vacante, quando clausa est Dataria, dictaque subrogatio, sive translatio generali praticari non potest, adhuc tamen in casuum, contingentia probabiliter visum est, cessationem non intrare, ut particulariter agit in Theatro, in hac eadem pensionum Sede, potius ad instantiam Cedulistarum, quorum magis quam Titularium id interesse videtur h cum enim in Beneficiorum locis non de facili sit practicabilis Titularium coactio ad pensionum solutionem, hic inolevit etiam usus, quod pro hujusmodi solutionem arctantur provisi de beneficiis prestare cedulam bancariam probati negotiatoris in Urbe, per assiduationem solutionis sex annatarum, seu duodecim terminorum, & quae cedulae concipiuntur sub duplici conditione resolutiva obligationis, Una scilicet mortis provisi, qui propterea desinat esse beneficii possessores, cum ista dicatur obligatio causativa, quae cessat, cessante causa; Et altera mortis illius, ad cujus favorem cedit pensio, quae ita cessat.

Et quoniam quandoque provisi recipienta impedimenta adipiscendi pacificam possessionem beneficiorum, & percipiendi fructus, vel quia possessio sit plena per provisos ab Ordinario, vel a Nuncio Apostolico, vel quia per Capitulum opponatur de non verificatione requisitorum, per illorum statuta, privilegia, vel consuetudines; hinc non infrequenter disputari solet, an docto de isto impedimento, cesset quoque credulitas obligatio; atque ob dictam rationem obligationis causativae regula videtur assistere resolutioni, quoties ad sit concludens, & legitima impedimenti justificatio, super qua cadere solet questio, quae propterea dicitur potius facti, quam juris, ideoque ubi aliquam habeat ambiguitatem, adeo ut sit exceptio auctoritatis indaginis, atque probatio habeat aliquam contrariam possibilitatem, tunc non retardatur processus exequutivus qui pensionario competit contra Cedulistam.

Et nihilominus ubi etiam detur plena, & concludens probatio, adhuc sufficere non solet, quando adhibita sit quadam cautela, quae theoreticè, & in abstracto nimium aspera, & exorbitans videtur practicè autem ob experientiam fraudum, quae desuper committi solent, rationabilis, & quodammodo necessaria censenda venit, quod scilicet adiciatur clausula *vel non habita possessione*; quae tamen discretè, non autem Judaicè intelligenda est, per aliquod scilicet tempus congruum, arbitrio Judicis, pro facti qualitate, & usquequo consistet, quod per provisionem omnes possibiles diligentiae adhibita sint cum sinceritate, adeo ut omnino tollatur suspicio fraudis, & collusionis, ut pariter in enunciata sede, occasione casuum particularium habetur.

Stante autem dicto stylo restringendi hujusmodi cedulas ad sex annatas, vel ad duodecim terminos, vulgi opinio est quod istae pensiones sint temporales, cujus contrarium est verius, quoniam revera juxta aliarum pensionum regularem naturam, sunt perpetuae, sed de facto, juxta frequentiore contingentiam, reputantur temporales ob impossibilitatem cogendi in partibus Titulares, ubi isti apprehendantur in Curia, vel in Statu Ecclesiastico, sive in alio loco, in quo exercibilis sit coactio, ad istam deveniri potest pro aliis terminis postea decursis, & pro renovatione cedulae, qui tamen casus est nimium rarus, magis autem contingibilis est ille novae vacationis ejusdem beneficii, quod ratione reservationis, vel affectionis Apostolicae de novo conferendum sit per Datarium, adeo ut non provideatur ab Ordinario, quoniam noviter provisi arctatur prestare novam cedulam pro eodem consueto tempore sex annorum, & sic successively; Damnum vero pensionarii sequitur, quando beneficia provideri possunt per Ordinarios.

Alter fiduciariae pensionis casus est licitus, & validus, ob Apostolicam auctoritatem, etiam in Italia, qui in aliquibus Rotae decisionibus legitur nostra vero etate praticari non solitus, quod scilicet habent in animo Papa de aliquo subsidio providere persona in capacem, reservat pensionem ad favorem personae capacis, quae ad in-

star antecedentis casus sit demonstrativè, commodum autem sit praefatae personae incapacis, principaliter contemplatae, ad instar eorum, quae in regalium, & in officiorum sedibus habentur de officis vacabilibus, quae personae capaci conferantur ad commodum aliqui mulieris, vel alterius personae incapacis. e Istoque casu questio est potius facti, & voluntatis, quam juris, an scilicet de ista Papae voluntate consistat, ista namque concurrente, nulla cadit questio potestatis, ut ex eisdem mox citatis decisionibus liquet.

Tertius est casus confidentiae illicitae, & criminose, quando scilicet ille, qui cupit pensionem, non est ejus capax, aut est talis, quod ad ejus favorem Papa facturus non esset reservationem: Undè propterea porrigit praeces, vel instat pensionem reservari ad favorem alicujus ejus confidentiarii, qui nudum nomen sit habiturus, ejus verò debeat esse commodum, ut ex gr. verificari potest in illis Beneficiis pinguibus ordinariae collationis, super quibus ad hunc effectum capitur nova provisio Apostolica, cum reservatione pensionis ad favorem personae gratè ipsi ordinario, juxta superius deducta Cap. 3. sive ubi idem sequatur ad instantiam, vel praeces patronorum super Beneficiis de jure patronatus, aut ubi agitur de pensione voluntaria, sine causa, beneficio pleno, de qua cap. praecedenti, quia idem Titularis ad ejus, vel suorum commodum hanc simulatam, & fiduciariam reservationem procurat, cum similibus; Istoque casu intrat questio, an locum habeant Constitutiones Apostolicae, illa praesertim Pii IV. super confidentia in Beneficiis, atque probabilius videtur, ut ad effectus penales praefatae Constitutiones locum non habeant in pensionibus, à quibus ad Beneficia, vel è converso in pœnalibus arguere non licet, bene tamen intret nullitas, & infectio actus, non tam ex dispositione dictarum Constitutionum, quam ex illarum ratione, seu verius ex deficienti voluntate Papae.

Quartus fiduciae casus est ille, qui insinuatus est in cap. praecedenti, & qui respicit potius simulationem Titularis, vel respectivè beneficii gravati, quam simulationem personae pensionarii, quia nempe cupiens spei obtinere qualificatum beneficium per viam resignationis ad favorem, cum reservatione, ad favorem resignantis, magnae pensionis, penè adaequantis valorem beneficii resignati, stante quod Dataria non solet admittere pensionem ultra medietatem valoris, fuerit aliam partem reservari super alio beneficio alicujus ejus benevoli, qui simulatè consensum praestat, animo non subiacenti tali oneri, quod integrum suppartari debeat ad resignatario, cum praestat hoc benevolam officium, & à quo obtinere curat promissionem indemnitas, adeo ut de facto resignatarius integram solvat pensionem, & tunc quoad resignantem, quamvis consciam, haec fiducia non videtur habenda in consideratione, dum est inter Titulares, non autem super veritate pensionis, & quoad pensionarium, talisque videtur praxis frequens, parum tamen commendabilis, ut eodem cap. 3.

Quintus casus fiduciae, aliis (excepto primo) frequentior, est ille; qui verificatur in pensionum translationibus; quod scilicet habens indultum transferendi, duplici passus desiderio, uno scilicet prorogandi pensionem post ejus mortem ad vitam alterius juncti, vel familiaris, aut aliàs benevoli, juxta ea, quae infra in cap. 15. habentur de hac materia translationis, altero autem, se non privandi hoc emolumento donec vivat, ita fiduciariam facit translationem, ut Translariatarius patriatur ipsum transferentem in pensionis commoditate continuare; Ipse verò commodum obtinet post illius mortem, istoque casu dicenda est questio potius facti, & probationis, quam juris, scilicet an consistat de ista lege, & conditione adjecta translationi, quae sub ista lege, & conditione facta sit: Ubi enim consistet, non dubitatur de invaliditate talis legis, vel conditionis, quam receptionem est adici non posse, dum ita esset species successioneis, vel hereditamentum. g Intra verò dubium, an ista conditio vitietur, non autem translationem vitiet, ut propterea illa firma remaneat, vel potius è converso eadem conditio vitiet actum translationis, quae propterea habeatur pro non facta, & quatenus ista vitatio intret, cadit aliud dubium, an adhuc pensio continuare debeat penes transferentem, vel potius iste indignus illa reputari debeat, ut propterea cesset pensio, atque Ecclesia libertatem acquirat; Quamvis hujusmodi quaestiones ideales videantur, cum non de facili detur casus, quod ista lex, vel conditio expressè adiciatur, ideoque non de facili habentur de hoc disputantes.

Pro vitiatione omnimoda, ut scilicet non solum vitietur translatio ita pactio, sed etiam ipsa pensio, quae ita amittatur, facere videtur ea, quae aliqui Doctores volunt in materia usus fructus, cujus termini symbolizant, quod scilicet si usufructarius illegitimè, & absque consensu proprietarii credit alteri usufructum, non solum invalida sit cessio, sed amittatur etiam usufructus h è converso pro vitiatione conditionis, non autem pro vitiatione actus translationis, quae valeat, & firma remaneat, facere videtur ea, quae una feudistarum opinio considerat in feudi refutatione pactio, ut vitiatum pacto, vel conditione, ipsa refutatio valeat. i Probabilis autem videtur, eidem feudalibus terminis retentis, & juxta opinionem magis receptam, ut ipse actus principalis, ob individuum voluntatis vitietur, ideoque habeatur pro non facta, l juxta primam opinionem, agendo de usufructu, insinuatam, non autem ut exinde sequatur effectus poenalis amissionis pensionis, dum etiam in usufructu dicta rigorosa opinio non recepta est. m Siquidem esset dare gravem poenam à jure non inductam pro actu, qui potest non esse criminofus, & dolofus, dum non omnibus istae jurisdictionis subtilitates innotescunt, ideoque opinari potuit faciens, quod id esset licitum, & quo magis ista conditio expressè adicitur, eò magis pro meo judicio arguitur bona fides, & excluditur dolus, qui magis in actibus occultis, de quibus infra, suspicari potest, dum ex jam insinuat, probabilius est, quod poenae contentæ in Apostolicis Constitutionibus, agentibus de confidentia beneficiis, non intrent in pensionibus. n

Ubi verò talis conditio expressè adjecta non sit, sed fiducia tacitè deducatur ex actibus facti, eo quia commodum pensionis post translationem fuerit ferentis, qui illam exegerit, & tunc dupliciter id contingere potest, & solet, primò nempe, quia translariatarius, nullo praecedente pacto, de quo consistet, constituerit transferentem Procuratorem in rem propriam ad exigendam pensionem, ad ejus commodum: Unde propterea exactio mandatariorum, vel cessionario jure sequuta sit; Et secundo quia retenta in occulto ipsa translatio, transferens jure, & nomine proprio, sicuti prius, in exactioe continuavit donec vixit, ideoque post mortem translatio detegatur, propterea in utroque casu tacita, vel praesumpta per Titularem vel utroque fraud, vel simulatio, ad instar eorum, quae habentur in materia donationis, vel alterius alienationis, ipso donatore, vel alienante continuante in possessione rei donatae, & fructuum perceptione. Utroque autem casu principaliter videtur reflectendum ad circumstantias facti, quae potius, quam juris ista questio, vel materia videtur, an scilicet adfit, nec ne aliqua justa causa, vel probabile motivum id faciendi, ut ex: gr. in priori casu, vel modo, quod scilicet translariatarius praebat transferenti mandatum in rem propriam, donec vivat, ex aliàs insinuatò superius motivo gratitudinis, & congruentiae, quia illa gravi preffus infirmitate, credens se moriturum, pensiones transferentis ad favorem familiarium, ut eos aliquo qualiter provisos relinqueret, postmodum verò convalescens magnum incommodum, & angustias pati cogetur, ob illorum reddituum amissionem, ut quandoque praxis docuit. Et in altero casu, vel modo occultationis translationis, & continuationis in exactioe, jure, & nomine proprio, quia nempe in ea regione, vel Principatu non admittantur translationes, nec eis detur executio, cum similibus justis, & probabilibus causis, quibus è converso deficientibus, magnum fraudis, & doli argumentum subest videtur, quod scilicet ita fub duplicis vitae a pensio retineri voluerit, ad hoc, ut praebente casu praemortenti mandatum translariatarii, superflète transferentis, pensio non amittatur, atque in hoc proprio consistere videtur punctus, quoniam quando ita se res habeat, quod ab una sola vita pendat cessatio pensionis, illa scilicet translariatarii, tunc nil Titularis interesse videtur, an unus, vel alter exigit pensiones, quoniam si translariatarius cuilibet extraneo istud mandatum in rem propriam concedere potest, eique cedere commoditatem, multò magis id facere potest ad favorem transferentis, cujus conditio, quando cesset dicta suspicio fraudis, non debet esse deterior, ut in propria hujus materiae sede, occasione casuum particularium advertitur.

Sextus demum est casus fiduciae in eadem mox insinuat. Card. de Luca de Statut. Success.

ta Sede peractus, quòd scilicet pensionarius cupiens cum emolumentis pensionis, etiam post ejus mortem perfici aliquid opus à se inceptum, vel aliud à se desideratum ex integro fieri in aliqua Ecclesia, vel pio loco, cum quo non sit practicabilis translatio, ista fiduciarie fiat ad favorem alicujus Clerici, vel Ministri ejusdem Ecclesiae, vel pii loci, istoque casu verius videtur, translationem non subterni, atque pensionem per mortem cessare, perinde ac si translatio facta non esset, quoniam ita esset dare casum quod pensionarius etiam post mortem pensione potiretur, atque de illa, durante vita terti, merè fiduciarie, pro libito disponeret, ut latius in dicta Sede, occasione casus particularis, advertitur. o


- a De officis venalibus cap. 6. n. 16. & de Regal. disc. 17. n. 9. disc. 38. in sine disc. 40. n. 4. & in aliis.
b De his in disc. 73. de pension. c Disc. 32. de pension.
d Burat. decis. 724. & 835. enunciatis disc. 66. de pension.
e De officis cap. 11. f Disc. 65. & 80. de pension.
g Disc. 64. & 65. de pension. h De dote disc. 148. n. 2.
i De feud. disc. 76. l Eodem disc. 76. de feud.
m Eodem disc. 148. de dote. n Dict. disc. 65. de pension.
o Dict. disc. 66. de pension.

Quando, & in quibus casibus reservatio pensionis ab initio, & in radice sit ipso jure nulla.

- S U M M A R I U M.
1 A Titulus de reservationibus Apostolicis.
2 Distinguntur termini, seu species nullitatis ab initio.
3 De nullitate ob defectum Clericali.
4 De modo reservandi ad favorem non Clericali.
5 De quo tempore requiratur Clericali.
6 De justificatione Clericali.
7 An censuræ causent incapacitatem, & per consequens nullitatem.
8 Nulla est reservatio nova, non facta mentione antiquarum pensionum.
9 Intelligentur de pensionibus validis, non autem nullis.
10 Neque id procedit in pensionibus perpetuis.
11 Vel ubi ad sit clausula, etiam si alia.
12 Sive ubi constat aliunde de voluntate Papae.
13 Si fiat mentio in parte, pro illa rata substituitur.
14 Reservatio facta super beneficio curato, non facta mentione cure, est nulla.
15 Idem de reservatione super beneficio de Jurepatronatus.
16 De nullitate ob falsam narrativam valoris.
17 Quid de ista nullitate, ubi agitur de reservatione ex causa resignationis.
18 Quare ista nullitas ob falsam narrativam valoris rara sit in praxi.
19 Nullitas provisionis beneficii gravati non causat nullitatem pensionis reservatae.

C A P. X.

Retento eodem themate, seu praesupposito, cum quo in toto hujus operis progressu proceditur, quod agatur de reservatione Apostolica, ita ut non intret illa infectio, quae resultet a defectu potestatis, ut in Praelatis, & Collatoribus ordinariis, & inferioribus sequitur, cum istorum respectu satisfactum sit supra in cap. 3. plures impugnavi termini cadunt, quorum primus est nullitatis actus ipso jure, & ab initio. Alter nullitatis, vel irritationis actus ab initio validi, & perfecti, sed ex post facto, & ob aliquod accidens nulli, & irriti. Tertius potius modificativus, quam impugnavivus, diminutionis nempe, vel reductionis, & quartus cessationis, aut amissionis pensionis jam valide, & perfectè reservatae, & quaesita. Aliud enim est irritatio, sive annullatio, & aliud est extinctio, cessatio, privatio, & amissio, ideoque isti termini non sunt invicem confundendi. De primo termino nullitatis ab initio agitur in praesenti cap. de secundo & tertio in cap. seq. & de quarto infra in cap. 13.



nes super beneficiis, præterquam illis proprii Ordinis, ut eodem cap. 4. vel quod matrimonio legitime contracto esset in statu conjugali, vel aliis in statu irtractabili, incompatible cum clericatu, nisi Papa expressè declaret velle reservare pensionem tanquam laico, quod fieri non solet, quoniam quando ille, ad cuius favorem reservationem facere intendit, non est Clericali charactere insignitus, concipi solet reservatio sub conditione futuri Clericatus, & cum clausula *si, & postquam Clericali charactere insignitus fuerit*, sive cum qualitate alicujus militiae per Sedem Apostolicam approbatæ, puta ut in casu peracto in hac pluries enunciata sede, quod reservatio facta fuit ad favorem pueri sæcularis militis Lauretani *a* cum similibus.

5 Quamvis autem, & præmissis, requiratur Clericatus de tempore signatæ supplicationis, quando gratia substantiari, & perfici dicitur, adeo non sufficit illum supervenisse ante expeditionem litterarum, cum istum non requirantur ad substantiam, & perfectionem gratiæ, sed solum pro executione, *dism* pensio sine illis exigi non potest, ut in cap. sequenti, & alibi, atamen, ut in insinuato cap. 4. advertitur, id procedit in reservatione pura ex tunc perfecta, secus autem in conditionali, & imperfecta, quæ expectat perfectionem ab alio actu subsequenti, quoniam tunc sufficit Clericatum adesse de tempore, quo sequitur actus perficiens, juxta exempla in eodem cap. 4. tradita, ubi scilicet agitur de pensione voluntaria beneficii pleno, in qua, tanquam conditio necessaria requiritur consensus Titularis, vel super Beneficio de jurepatronatus, cum requisito consensu patroni, quoniam sufficit, quod Clericatus superveniat, & præexistat de tempore, quo actus perficiens sequitur, ut eodem cap. 4.

6 Super justificatione autem Clericatus nil peculiare habetur in hac materia pensionum, sed proceditur cum illis generalitatibus, quæ habentur in materia beneficii super eadem justificatione, pro executione litterarum Apostolicarum privilegiarum, vel Immunitatis, cum similibus, ideoque est questio facti potiùs, quam juris, ex singulorum casuum qualitate, & circumstantiis regulanda, & decidenda, & in specie pensionum in eadem consuetudine adverteitur. *b*

7 Dubitari quoque solet, an sicuti in iis, qui Clericali charactere jam insigniti sunt, incapacitatem, & per consequens nullitatem ipso jure, & ab initio causæ professio in aliqua Religione, vel Status conjugalibus, aut alter irtractabilis status incompatibilis, ut supra, ita etiam causentur excommunicationis, vel suspensionis, aut irregularitatis, atque, ut in enunciato Cap. 4. insinuatum est, modè, qui super ista materia pensionum tractatum edere professus fuit eloquendo solum de excommunicatione, opinatur, illum non causare incapacitatem, ob clausulam, *Teque absolventes &c.* in litteris Apostolicis aditici solitam. Verum istud videtur nimium leve fundamentum, quoniam ista clausula percipit solum effectum executionis litterarum, ne illa impediatur sub prætextu censurae, de quibus per oppositores obicitur, non autem tollat incapacitatem, quam aliàs excommunicatio causaret, quoniam ita esset dare implicitam dispensationem, quæ non admittitur. *d* Ideoque salvo maturiori judicio, quod respectu excommunicationis formari non potuit, dum occasio non præbuit de hoc formiter agere in foro, neque status præsens patitur formalem dispensationem assumere, dicendum videtur, quod, cum incapacitas sit speciei pœnæ, atque in pœnalis, ut aliàs dictum est, & advertitur etiam infra in cap. 20. non liceat arguere à beneficiis ad pensiones, nisi in casibus, in quibus ita suadet stylus, idcirco difficultas oriri videtur potiùs à verisimilitudine deficiente voluntate Papæ, faciendi gratiam excommunicato, & pro qua voluntate regulanda insipientia est qualitas excommunicationis, an scilicet illa proveniat solum à rigore, & dispositione juris, abique eo, quod clat declarata, vel è conversò agatur de illo, qui jam declarat, & per solitos cedulones publicè denunciatus est excommunicatus, vel quod sit notoriè talis, ut ex gr: contingit in notorio Clerici percussore, ut priori casu non intret defectus voluntatis, secus autem in posteriori, cum verisimile non sit, quod Papa talem gratiam huic facere voluerit, dum excommunicatio præsupponit delictum positivum. In suspensione autem, & irregularitate probabilis dicendum videtur, ut incapacitatem, & per consequens nullitatem non causent, ex illa ratione, quod

ista capacitas non est naturalis, & intrinsecus effectus, vel fructus Clericatus, dum ex deductis supra cap. 4. n. 3. solum ex antiquo, ac inconcusso stylo Ecclesiæ, vel Romanæ Curie, ac ex notoria Constitutione 92. Sixti V. requiritur character Clericalis, quem sufficit adesse de facto, quamvis impediti sint ejus effectus, vel fructus, ut latius pluries in enunciata Sede, ubi de hoc magis ex professo agitur e nisi tales sint facti circumstantiæ, quod verisimiliter cessare faciant voluntatem Papæ.

8 Altera item nullitas, quæ forensibus controversiis frequentior præbet occasionem, est illa, quæ resultat à non facta mentione antiquarum pensionum, quibus eadem Ecclesia gravata reperiatur, ista namque mentio sub pœna nullitatis actus reputatur necessaria pro regulatione voluntatis Papæ, qui si scivisset alia gravamina, verisimiliter aliud novum non adjecisset. *f* In plerisque tamen casibus cessat ista nullitas; Primò, nempe ubi antiquæ pensiones essent invalidæ, cum conclusio intelligenda veniat de pensionibus validis, ex beneficiarum propositio, quod actus nulli, & inefficaci non oportet facere mentionem, quia nullum, & nihil æquiparantur. *g*

9 Secundò, ubi antiquæ pensiones, una, vel plures non essent temporales, & vitalitiæ, juxta illarum consuetam, & regularem naturam, sed essent perpetuæ, puta juxta frequentem praxim, ad favorem Sacristiæ, seu fabricæ Ecclesiæ, vel Seminarii, aut alicujus Dignitatis, vel Collegii, sive alterius manus mortuæ, quamvis enim apud nostros majores, etiam nostra ætate de hoc non leviter dubitatum fuerit, hodiè tamen extrà controversiam id receptum est. *h* Et quidem non videtur, quod punctum esset tanta dubitationis dote dignis, quoniam licet hujusmodi perpetuis oneribus pro loquendi usu, pensionis nomen, seu vocabulum tribuatur; Nihilominus verè, & propriè tales dici non merentur, sed potiùs onera fixa, & perpetua, attendenda pro regulatione valoris, ejusque diminutione, eo modo, quo sunt Canones, Livelli, Census, & similes annuæ, vel aliàs temporaneæ præstationes, quorum onerum non oportet facere mentionem.

10 Tertiò, ubi reservatio contineret clausulam *Etiam si alia &c.* quæ aditici solet in pensionibus favore Cardinalium, & Familiarium Papæ, ideoque Papalium dicuntur. *i* Et quartò, ubi aliundè constaret de Papæ voluntate, qui aliorum onerum consensu esset, dum ista conclusio fundata est in præsumptione juris, quæ tollitur per contrariam probationem, etiam præsumptivam, & adminiculis, vel mentionibus, quæ requiritur in Concilii Generalibus, præterquam in Tridentino, quoniam si aliundè defumat voluntas derogandi, non est necessaria specialis mentio, vel derogatio, cum similibus. Idque comprobatur ex eo, quod si aliquarum, & non omnium pensionum mentio fiat, vel unius in parte, tunc pro illa rata sustinetur nova reservatio. *l*

11 Nulla quoque in radice est illa reservatio, quæ fiat super Ecclesia, vel Beneficio habente curam Animarum, non facta istius mentione, ex eadem ratione præsumptionis deficientiæ voluntatis Papæ, quæ præsumptio pariter cessat ubi contraria, & expressa, vel etiam præsumpta probatio accedat. *m*

12 Quod tamen intelligendum venit juxta ea, quæ generaliter habentur in materia beneficii, in provisionibus de Beneficiis Curatis, non facta mentione curæ, sive de ætate, aut ordinibus; ut intelligatur in iis, quæ sunt principiè curata, secus in illis, in quibus cura sit accessorie annexa, idemque ex eadem ratione, & cum eadem declaratione, quando agitur de nova reservatione pensionis super Beneficio de Jurepatronatus laicorum, magis verò ubi sit de Jurepatronatus Regio, sine istius qualitatibus mentione, & cum explicita, vel saltem implicita, & virtuali derogatione. *o*

13 Aliis frequentior deberet in praxi esse illa nullitas reservationis, quæ resultat ex mala expressione valoris, quæ ut superius insinuatum est in Cap. 5. & in aliis, nullitate causat, non quidem in pensionibus motu proprio reservatis, etiam si sint reservationes conditionales cum clausula *dimmodo*, vel alia æquipollenti, cum ista causet reductionem, non autem nullitatem, sed in illis casibus, in quibus ad supplicationem fit narrativa per ascensum, quoniam illa videtur fundamentum gratiæ, regulum, quoniam illa videtur fundamentum gratiæ, regulum, quoniam illa videtur fundamentum gratiæ, regulum, quoniam illa videtur fundamentum gratiæ, regulum, quæ sunt ad preces Ordinarii, seu provisi ab eo, vel ad preces Patroni, & ejus gratiam, quoniam ubi narrati-
va

va non sit vera de tempore factæ reservationis, quod ad hunc effectum attendi debet, non curato supervento augmento, vel decremento, non intrat dividualitas, sed actus corruvit in totum, ita ut utile per inutile vitietur. *p*

Cadit autem questio, an iste rigor individualitatis, & omnimodæ irritationis (adeo non sublineatur reservatio pro illa rata, cuius Beneficium sit capax) procedat in illa reservatione, quæ pariter ad supplicationem fiat ex causa resignantis, vel alterius ejus intuitu, & contemplatione, atque aliquid procedendo pro consueto more pragmatico cum dicta regula generali reservationum ad supplicationem, opinatur idem quoque in isto casu dicendum esse, fortiùs verò ubi in consensu resignantis, vel in mandato per eum dato ad resignandum, adjecta sit aditici solita, & non aliàs &c. quoniam tunc duplex adesse dicitur voluntatis individuum, Papæ scilicet, & resignantis, & per consequens ut non detur reductio ad ratam veri valoris. *q* Verum ut occasione casus particularis in consuetudine hujus materiæ Sede advertitur id clarum æquivocum continere videtur quoties ista nullitas allegetur ex parte Titularis contra Pensionarium resignantem, vel ejus translatarium, sive alium, qui ipsius resignantis intuitu, & contemplatione obtineat pensionem, cuius reductionem ad ratam capax acceptet, & petat, tunc enim quoties, præsertim ex ejus parte, non concurrat dolus positivus, qui nimium rarò, forteque nunquam verificatur, omnino verius, & rationabilius videtur, ut dicta nullitas in totum non intret, dum omnis justitiæ, & æquitatis ratio nimium apertè repugnare videretur, lataque aperiretur via fraudolentiis, & callidis beneficiorum captatoribus, affectando alteratam narrativam veri valoris, expiscandi aliorum beneficia, sine onere pensionis, ita annullandæ, siquidem dictus rigor individualitatis, & non admittendi reductionem, potissimè ubi accedat, dicta clausula, & non aliàs, procedit in oppositum, ad favorem scilicet resignantis contra resignarium, vel successorem, ad effectum obtinendi regressum ad Beneficium, juxta ea, quæ habentur infra in Cap. 16. agendo de regressu, vel ingressu, istaque pro meo judicio videtur certa veritas, cum aliàs ipsa ratio naturalis, ipseque humanus discursus nimium repugnare videantur.

14 Rari verò sunt casus, in quibus in praxi hujusmodi questiones audiantur, ob cautelam insinuatum supra Cap. 5. & pluries in toto progressu operis repetitam, quod scilicet Titularis consensum præstet pensioni, cum assertivam se esse informatum de valore, in se suscipiendi onus probandi contrarium, vel cum beneficio possessionis, quoniam in unius, vel alterius cautelæ casu, ob magnas iam insinuatæ difficultates, rari sunt casus, in quibus Titulares hujusmodi suscipiant lites, vel quod susceptas prosequantur, atque ad finem reducant.

15 Si verò collatio beneficii, cuius occasione fiat etiam reservatio pensionis, ob aliquem defectum invalida sit, non exinde inferri potest ad invaliditatem reservationis pensionis, quæ in eodem actu facta sit motu proprio, solumque infectio pensionis intrare potest quando ista sit ad supplicationem, tanquam consequutiva provisionis beneficii, & cum præsupposito quod ista fortior effectum. *f*

- a Disc. 2. de pension.
- b Disc. 82. de pension.
- c Tonus. de pension. cap. 67.
- d Disc. 81. n. 28. de pension.
- e Ait. disc. 81. de pension.
- f Disc. 4. n. 7. & disc. 5. n. 8.
- g Disc. 5. n. 8. & disc. 80. n. 4. & disc. 89. n. 4.
- h Disc. disc. 4. n. 3.
- i Disc. 4. n. 10.
- l Disc. disc. 4. n. 7. de pension.
- m Disc. 38. n. 2. & disc. 43. n. 4. de pension.
- n Disc. disc. 38. n. 4.
- o Disc. 1. n. 11. disc. 58. num. 3. de pension.
- p De pension. disc. 6. 11. 12. 91. & 93. de Benef. disc. 90. n. 37.
- q Disc. 12. de pension.
- r Eod. disc. 12.
- f Disc. 33. n. 3. de pension.

De casibus, in quibus Apostolica reservatio validè facta, ex post facto annullatur, vel reducat, seu aliàs modificationem patitur.

S U M M A R I U M.

- 1 Annullatur pensio voluntaria beneficio pleno, quando non deceatur de vera solutione omnium terminorum
- 2 Item annullatur, quando exigatur ante expeditionem litterarum.

- 3 Post litteras possunt exigi termini antea decursi.
- 4 Declaratur an id procedat in dispensatione, ad effectum retinendi cum statu incompatibili.
- 5 Ad quid requiratur litteræ super dispensatione.
- 6 Quando fieri debeat exactio, ut intret decretum annullativum.
- 7 Pensio reservari non potest ex privata partium conventionione.
- 8 An pensio perpetua diminutionem pati debebat. ob fructuum diminutionem.
- 9 Distinguntur plures species beneficiorum, ad effectum dignoscendi an diminutio fructuum causet diminutionem pensionis.
- 10 In Beneficiis simplicibus non excusatur tenuitas fructuum à solutione pensionis.
- 11 Quid in Canonibus, & Beneficiis servitorii Cathedralium, & Collegiarum.
- 12 Quid in Commendis Monasteriorum Regularium.
- 13 Et quid in Cathedralibus, & Parochialibus.
- 14 De Cautela, ob quam clausula dummodo remanet inanis.
- 15 Ad effectum congruè attenditur tempus præsens, non autem præteritum.
- 16 De derogatione expressa, vel virtuali congruè Conciliaris.
- 17 Quid operetur processus Consistorialis.
- 18 De congrua alimentaria.
- 19 Non laudatur taxa uniformis congrua.
- 20 An congruè alimentaria possit renuciari.
- 21 An Titularis offerre possit pensionis administrationem bonorum Ecclesiæ.
- 22 An Episcopus pro congrua pretendere possit assignationem tot bonorum.
- 23 Quæ emolumenta imputentur in congruam.

C A P. XI.

PRæsupposita ab initio valida, & perfecta reservatio, dantur etiam casus, quod ex post facto, ob aliquod accidens pensio annullatur in totum, sive diminutionem patiat, ac reducat in parte. Resultat siquidem annullatio in totum per accidens, & ex post facto illius pensionis, quæ voluntaria, & sine causa, beneficio pleno dicitur, quando ex parte pensionarii non justificatur solutiones veræ, & effectivæ omnium terminorum decursorum de tempore, quo fuit possessus Beneficii ille, qui tali pensioni consensum præstitit, ex iis, quæ habentur supra Cap. 9. ad quod sufficit relatio.

Altera est nullitas, quæ pariter ex post facto, & per accidens resultat, quamvis ab initio sit valida, & perfecta, ob exactioem pensionis ante expeditionem litterarum Apostolicarum, & aliàs quam illarum vigore, non quidem ex aliqua dispositione juris, vel ab natura pensionis, cum litteræ non sint necessariæ ad substantiam, vel perfectionem gratiæ, sed ob decretum irritativum, quod aditici solet. *a* Postquam verò sunt expeditæ litteræ, pensionarius licite potest exigere terminos intermedio tempore post gratiam, & antè litterarum expeditionem decursos. *b*

Cadit verò dubium quid sit dicendum, quando pensionarius assumit statum irtractabilem, & quem absque Apostolica dispensatione pensio deberet amitti, juxta deducta infra Cap. 13. si obtinet quidem gratiam dispensationis cum supplicatione signata, sed ante litterarum expeditionem super ista dispensationem exigat aliquos terminos, non per hoc intrat annullatio, dum decretum annullativum adjectum est in prima reservatione, ideoque subintelligendum non est repetitum in ista dispensatione, quæ nihil dat de novo, sed solum tanquam per motionem obstaculi præservat à caducitate, vel amissione litterarum verò expedito, etiam super hac dispensatione, requiritur ad effectum ut pensionarius cogere possit Titularem invitum ad solutionem pensionis, ob dispositionem regulæ Cancellariæ 53. ut non suffragetur dispensatio litteris non expeditis, sed si Titularis sua sponte solvat, & pensionarius exigit, non videtur huic annullationi locum esse. *d* Quia verò agitur de actu pœnali, opus est ut exactio fiat ab ipso pensionario, vel ab ejus procuratore, cum mandato speciali, secus autem ubi exactio fiat per generale mandatarium, seu negotiorum gestorem, abque eo, quod constet de sui principalis sententia, & rathabitione, ex regula, quod mandatum non censetur datum ad delinquendum.

7 Hinc verò liquet, quam certa sit conclusio apud Beneficialistas recepta, quod pensio Ecclesiastica privatis conventionibus (quamvis justam habeant causam) imponi, vel reservari non potest absque Apostolica auctoritate & etiam si ex causa transactionis ob componendam litem super ipso beneficio, quoniam si accedente etiam Apostolica auctoritate ista non sufficit, nisi expendantur litteræ, multo magis privata conventio potest in hoc esse operativa.

Frequentiores autem sunt casus diminutionis, vel reductionis pensionis, aliis validè, & perfectè reservatæ, ob aliquod accidens, quod postea superveniat, quod sequitur ob superventam diminutionem fructuum Ecclesiæ gravatæ, sive ob cessationem causæ, ob quam reservatio facta est; id autem duplicem habet inspectionem, unam scilicet super irregulari, & insolita pensione perpetua, quæ ad favorem alterius Ecclesiæ, vel fabricæ, aut Sacristiæ ejusdem, sive ad favorem alicujus Collegii, vel alterius manus mortuæ reservata sit: Et alteram super ordinaria, frequenti, & regulari pensione, quæ juxta solitum reservatur ad vitam certæ personæ, & quam præsentis adnotationis verè, & propriè percipiunt; Habendo autem se relativè ad ea, quæ super prima specie pensionis perpetuæ, ad favorem manus mortuæ, habentur deducta in consuetâ pluries enunciata hujus materiæ Sede, ubi concluditur pro negativa. f Quatenus pertinet ad alteram speciem pensionis ordinariæ, & regularis, distinguendæ veniunt quatuor species beneficiorum, quarum: Prima est merè simplicium, nullum residentiæ, vel administrationis onus habentium. Altera illorum beneficiorum, quæ sunt servitoria, & habent alicui servitiî, ac etiam residentiæ onus, quamvis nullum in eis consideretur spirituale conjugium, ut ex: gr. sunt Canonicatus, Dignitates, Cappellanîæ, aliæque beneficia in Cathedralibus, & Collegiatis; Tertia est in illis beneficiis, quæ in titulum, vel in commendam collata, habeant annexam aliquam administrationem, aliæque onera, ut exempli gratia Monasteria Regularia, quæ commendari solent Clericis secularibus, cum aliquo onere pensionum, ad favorem etiam Clericorum Secularium, habent verò annexam aliquam administrationem, ratione jurisdictionis spiritualis, & temporalis, quæ illis annexa sit, ac etiam onus alendi Religiosos, qui in eo Monasterio vivunt, & subministrandi necessaria pro Ecclesiâ, & Monasterii restauratione, ornatu, & cultu. Et quarta est species Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium, ac Parochialium, habentium curam Animarum, Sacramentalem, & jurisdictionalem respectivè, & in quibus inter Episcopum, vel Rectorem, & Ecclesiam consideratur conjugium spirituale.

10 In prima specie beneficiorum simplicium receptum est, diminutionem fructuum non attendi, neque ob eorum tenuitatem Titularem excusari à solutione pensionis, restatque procedit vulgare Beneficialistarum dictionem, vel solvas, vel dimittas, dum nullum adest conjugium spirituale. g Idemque regulariter apud eodem Beneficialistas est receptum in secunda specie Canonicatum, aliorumque beneficiorum in Cathedralibus, & Beneficiatis, ex eadem ratione, quod in libertate possessoris, ob non existentiam matrimonii spiritualis, repositum est dimittere, ad eum nulla per Beneficialistas constituitur videatur differentia inter istam beneficiorum speciem, & primam, non admittendo terminos congruæ privilegiatæ. Verum ab aliquo moderno tempore inolevit, rationabiliter quidem, usus cujusdam congruæ improprie, non habentis certam taxam, quantum scilicet sit congruum, & necessarium pro substantiatione personæ possessoris beneficii, ut vacare possit servitio Ecclesiæ, & sic non in gratiam ipsius Beneficiati, & ejus lucrum, sed in gratiam Ecclesiæ, & ne ista Ministris, & servitiis aliis destituta remaneat, quod tamen certam non habet taxam, vel regulam, cum ista pendeat à qualitate, & moribus loci, & Ecclesiæ.

12 Pariter idem dicendum videtur in tertia specie Abbatiarum, seu Commendarum, quoniam intrat eadem ratio libertatis dimittendi, ideòque intrat idem dictionem, aut solvas, aut dimittas. Adhuc tamen consideratur eadem congrua impropria, pro supplendis superioribus enunciatis oneribus, quæ Ecclesiæ, & Monasterio incumbunt. Ecclesia si quidem est Domina fructuum, qui primario erogari debent in ea, quæ sunt necessaria pro ejus cultu, & substantiatione Ministrorum, ad Rectorem autem, &

respectivè ad pensionarios, aliquam in fructibus participationem habentes, juxta superius deducta in cap. 2. & alibi, pertinent fructus excrementos, ideòque pro solvendis pensionibus deductanda non est ipsa Ecclesia Domina, quoniam ita esset dare casum, quod pro alendis, & vesticendis extraneis, quandoque, & frequenter locupletibus, & ad luxum, ipse bonorum Dominus cogeret famem, sitim, & nuditatem pati, quo nil absurdius, nilvè irrationabilius, & tamen faxit Deus ut id frequenter non contingat.

Demum quoad quartam speciem illarum Ecclesiarum, 13 in quibus consideratur matrimonium spirituale, quales sunt Ecclesiæ Cathedrales, & Metropolitanæ, ac etiam Parochiales, ex pluries insinuatis, jam provismè est per Concilium Trident. ut salva remanere debeat congrua, in Cathedralibus nempe mille pro Episcopo, & in Parochialibus centum pro Rectore, quamvis per Titularem consensûs expressus pensionibus præstitus fuerit, quoniam habet in se, ubi etiam explicitè non dicatur, hanc implicitam conditionem, dummodò salva remaneat congrua, quæ est præcipua, & privilegiata, ut antè omnia deduci debeat. h Verum, ut pariter aliàs dictum est, moderna 14 cautela desuper adinventæ, ut Titularis non solum præstet consensum pensionibus, atque ad illarum solutionem se obliget, sed etiam se afferat bene informatum de valore, & capacitate, assumendo in se onus probandi contrarium, dictam Conciliarem provisionem penè inanem reddidit illa operatio, quæ attribuitur possessioni, quod licet non transferat dictum onus in Titularem, adhuc tamen pendente judicio ordinario, & appellabili, ideòque terminando per tres conformes super valore, interim Titularis cogatur in judicio possessorio manutentionis solvere; quod operatur, ut cogantur Titulares gemere, & succumbere sub jugo.

Quando verò Titularis judicium prosequi velit, ad hunc 15 effectum congruæ, & diminutionis pensionis respectivè, attendendus venit valor prærens in singula tempora, quamvis de præterito, & de tempore reservationis effect major, vel respectivè minor. i In hoc enim differunt annullatio pensionis ob falsam narrativam valoris, per assensum, juxta deducta in cap. præcedenti, & ista diminutio, ratione diminutionis fructuum, & deductionis congruæ, quoniam priori casu attenditur tempus reservationis, non curato, an postmodum valor creceat, vel decrecat; in posteriori autem attenditur tempus prærens.

Adhuc tamen (fortè parum commendabiliter) præfatæ 16 congruæ Conciliari solent expressè derogari, ac etiam Beneficialistarum subtilitas introduxit jam insinuatam tacitam, & subintellectam derogationem in Cathedralibus, & Metropolitanis, ob scientiam valoris, quam in Papa præsupponunt, ratione processus Consistorialis, quod utique medicam, fortèque nullam habere videtur probabilitatem, ob experientiam annorum sex in munere Auditoris Papæ, per cujus organum hæc negotia pertractantur, quod isti processus quodammodo, saltem circa valorem, sunt cæremoniales, malèque fundati, & quandoque etiam astringuntur provisi ad expressè renunciandum huic congruæ, quod pariter parum commendabile dicendum videtur: Undè propterea Episcopus hoc præsidio ita destitutus recurrere cogitur ad congruam alimentariam, quæ occasione casus particularis peracti in consuetâ hujus materiæ sede, statuta fuit in cutis, vel ducatis monetæ Regionis 700. l atque pro consueto vitio pragmaticorum procedendi more pecudum, ex isto exemplo, inolevit communis opinio, vel usus, ut generaliter ista sit taxa congruæ alimentariæ, quod manifestum continere videtur errorem, à quo neque immunis esset congrua Conciliaris mille, nisi ille detur huic novæ legi intellectus, multum 19 taxativa, adeò ut majorem summam non sit præcisa, & quidem probabilis, quod hæc summa non sit præcisa, & tenentur irrationabile, atque irrisone dignum esset asserere, quod illa congrua alimentaria, quæ taxata fuit pro Episcopo parvæ civitatis Sancti Severi, in qua Episcopus non præmitur honorificis, & decorosis tractamentis, & in Regione Apuliæ multum fertili, & ubi vilis est victualium valor, deservire debeat pro congrua Archiepiscopi Mediolanensis, vel Archiepiscopi Neapolitani, & similiarum magnorum Prælatorum, magnarum, & conspicuarum Urbium, quodque pariformiter congrua Conciliaris convenire debeat hujusmodi magnis, & conspicuis Præerogari debent in ea, quæ sunt necessaria pro ejus cultu, & substantiatione Ministrorum, ad Rectorem autem, &

Montis Marani, & similibus, revera facientibus potius 20 figuram Parochorum, habentium usum Pontificalium, & quorum Ecclesiæ vix habent in fructu medietatem, & minus præfatæ taxæ alimentariæ; & tamen quandoque practicum fuit, et provismè de Ecclesiâ renunciaret etiam huic congruæ alimentariæ, cum obligatione se alendi de proprio, quod de stricta juris censura subtrineri, (non obstante regula, quod alimentis renunciari non possit, quoties revera de istis esset provismè de proprio) tanquam Advocatus, probavi in eadem consuetâ hujus materiæ sede. m

21 Quando itaque Episcopi, vel respectivè Parochi sunt ita pensionibus gravati, quod revera neque pars congrua pro eis superest, inhabiles verò sunt litem dispendiosam desuper subtrahere, offerre solent pensionariis omnes Ecclesiæ redditus, per se ipsos administrandos, & percipiendos, contenti congrua Conciliari, vel alimentaria, & minus, ut quandoque praxis docet sequutum esse, ex insinuatis in eadem consuetâ sede; n Sed Rota, & Curia, contradicentibus pensionariis, id admittere, & practicare noluit, & quidem non improbabiler, quoniam per Episcopos habentes jurisdictionem, & potestatem in loco, multæ fraudes committi possent, ita penè omnes fructus absorbendo, nimisque incommodom id esset pensionariis absentibus, & ut plurimum residentibus in Curia; Sed è converso præfati rigores maxima producant scandala, & inconvenientia, superius insinuata in Cap. 2. & alibi, ideòque melior dari non potest modus, quam ille, qui servatur per nostrum Legislatorem. Atque ex his, quæ dicta sunt super congrua Conciliari, vel alimentaria in ista quarta specie beneficiorum, annexum habentium spirituale conjugium, cum sua proportionem, inferri potest ad illam congruam improprium, quæ superius considerata est in secunda, & tertia beneficiorum specie.

22 Posito autem, quod pensionarii assumant in se curam, & administrationem bonorum, & reddituum Ecclesiæ, præstando Titulari ejus congruam in quantitate, cadere solet dubium, an Titularis prætereunde possit, ut pro ejus congrua sibi assignari debeant tot bona, per se ipsum administranda, & ex quibus sua manu fructus, & proveniunt percipiatur, de quo occasione casus particularis, in eadem hujus materiæ Sede peragitur. o

23 Prout etiam, præsertim in Parochialibus, magis verò in Vicariis illarum Parochialium, quæ alicui Capitulo, vel Collegio unitæ sunt non infrequenter esse solent quæstiones super quibusdam emolumentis, an in congruam imputari debeant, nec ne, de quo in Parochorum sede peragitur. p

a De pensio. disc. 22. num. 3. disc. 29. nu. 3. disc. 30. nu. 9. disc. 44. num. 9. & sequis. b Locis proximè citatis. c Disc. 44. de pensio. d Eodem disc. 44. e Disc. 11. nu. 7. disc. 30. n. 11. de pensio. & sequis. f Disc. 21. de pensio. num. 7. ubi allegatur decis. 107. part. 10. recent. g De pensio. disc. 21. de Benefic. disc. 90. n. 36. h Disc. 2. de pensio. & alibi plures. i De pensio. disc. 8. num. 6. & disc. 14. num. 15. de Benefic. disc. 90. num. 46. l Disc. 16. & 17. de pensio. m Disc. disc. 16. n Disc. 18. de pensio. o Disc. disc. 18. p Disc. 22. de Paroch.

De justificatione valoris, quomodo ad hunc effectum pensionum facienda sit, & an distribucionem, & aliorumque factorum ratio habenda sit.

S U M M A R I U M.

- 1 Constitutio Innocentiana susculit in magna parte istas quæstiones valoris.
- 2 De inspectioibus desuper cadentibus.
- 3 De probatione valoris narrati in reservatione pura, & motu propria super beneficio vacante.
- 4 Quid ubi agitur de reservatione Consistoriali, cum clausula dummodo.
- 5 Et quid ubi Titularis assumpti in se onus probandi deservientiam valoris.
- 6 De pensione ex causa resignationis.
- 7 De distinctione generali super ista probatione.
- 8 De pensione voluntaria super beneficio.
- 9 Ad probationem perfectam necessarius est calculus decennalis.
- 10 Fructus dicuntur illi, qui supersunt deductis oneribus.
- 11 Quales debeant esse Testes deponentes de valore.

- 12 Et quomodo debeant eorum depositiones coarctari, tam circa fructus, quam circa onera.
- 13 Quando incerta veniant in valore datur distinctio.
- 14 Et quid de distributionibus quotidianis, an super eis censetur imposita pensio.
- 15 De domibus Canonicalibus, vel Parochi, & Ministrorum.
- 16 De eodem, de quo num. 13.
- 17 Si pensio imposita sit etiam super distributionibus quotidianis, an id intelligatur in subsidium, quatenus fructus, vel præbenda non sufficiant.

C A P. XII.

Majorem partem forensium controversarum cadentium in ista materia valoris, ad effectum, de quo agitur, subtrahendi, vel respectivè impugnandi pensiones, susculit nostra Constitutio Innocentiana moderatiora Constitutionis 20. Urbani Octavi, quæ illis frequentiora præbebat occasionem, ut insinuatum est supra in cap. 1. proæmiali. Adhuc tamen ad alios effectus, jam superius insinuatos, & inferius in toto operis progressu insinuandos, de eadem materia peragere opportunum est, tam scilicet circa modum probationis, & quando ista dicatur sufficienter facta, nec ne, quam circa ejusdem valoris qualitatem, quid scilicet sub ejus, & fructuum nomine veniat, ad effectum, de quo agitur, & quænam onera sint ab eis deducenda, ideòque duæ sunt inter se distinctæ inspectiones, ambræ tamen difficiles, & altè indaginis, unde proveniunt superius enunciata inconvenientia, Titularibus, & respectivè Pensionariis nimium præjudicialia.

Quatenus itaque pertinet ad primam inspectionem probationis, & quando ista dicatur sufficienter facta, nec ne, per illam partem, cui juxta jam enunciata distinctio tales onus incumbit, reflectendum est ad plurimum casuum distinctionem, traditam in Sede Beneficiali super materia valoris in genere. a Ubi enim agitur de justificatione valoris narrati in supplicatione, & litteris reservationis puræ, & perfectæ super beneficio vacante, ipsa vacatione durante, vel in actu providendi, atque sit reservatio motu proprio, & tunc si Pensionariis pro executione litterarum, & gratiæ, ex malo consilio ejus directoris, vel ad satisfaciendum parum perito exequutori, assumere velit hoc onus, cujus nulla premitur necessitate, tanquam per abundantem justificationem omnium narratorum, intrant eadem, quæ habentur in dicta materia Beneficiali super justificatione valoris narrati beneficii, de quo agitur, ac etiam valoris pariter narrati obrentorum, ut sufficiat justificatio talis qualis, etiam per testes de judicio, vel de communi existimatione, & statim, absque illis rigorosis requisitis, quæ desiderantur in aliis casibus, de quibus infra, redolentibus materiæ objectivam.

Ubi verò, etiam ad eundem effectum justificationis, & executionis gratiæ, agitur quidem de consimili reservatione, motu proprio, & beneficio vacante, durante vacatione, vel in actu providendi, quæ tamen non sit pura, sed conditionalis, cum clausula dummodò remaneant mille pro Episcopo, vel centum pro Rectore, vel cum alia clausula dummodò omnes pensiones, computatis antiquis, non excedant tertiam, vel respectivè quartam partem fructuum, & tunc ubi justificatio faciendâ sit à pensionario prætente executionem gratiæ, quia nempe adhibita non sit pluries enunciata cautela, per quam hoc onus transferretur in Titularem, istoque casu non sufficit quidem illa probatio levis, & vaga, & quæ tanquam non necessaria fiat in priori casu, de quo supra; Non tamen requiritur illa probatio rigorosa, & exacta, quæ necessaria est in casu impugnationis, & quando fiat tanquam objectiva, ideòque admittuntur etiam præsumptiones, & adminicula, & alia, quæ in materia potius favorabili, quam odiosa, & objectiva admitti debent, & solent cum terminis generalibus, ideòque materia non est capax regulæ certæ, & generalis, sed in prudentis Judicis arbitrio, juxta generalem probationum regulam, totum repositum esse videtur.

Si autem in hoc eodem casu probatio faciendâ est per Titularem, quia nempe, juxta cautelam moderno tempore adinventam, se afferuerit bene informatum de valore, quodque propterea salva sibi remanet congrua, adducendo in se onus probandi contrarium, & tunc videtur distinguendum, quod aut non impugnando propriam confessionem allegat superventam diminutionem valoris, &

fructuum: Unde propterea non tunc, sed nunc non verificetur clausula *dimmodo*, & per consequens petatur reductio ad proportionem, atque tali casu videtur dicendum idem, quod proxime supra dictum est, quoniam non agitur de materia objectiva. Sed si pretendant impugnare propriam confessionem, illamque erroneam probare, & tunc pariter non intrat ille rigor omnimodus, qui procedit in materia objectiva, sed bene intrat obligatio cuiusdam magis concludentis, magisque perfectae probationis, ex eisdem regulis, & propositionibus generalibus, quando agitur de impugnanda propria confessione, & de probando errore, quinon est presumendum, adeo oporteat excludere contrariam possibilitatem.

6 Alter est casus illarum reservationum, quae fiunt ad supplicationem, non tamen sint odiosae, & exorbitantes, ut sunt illae, quae occasione resignationis ad favorem, super ipso beneficio resignato, fiunt ad favorem resignantis, vel alterius, ejus intuitu, & contemplatione, & tunc quia iuxta magis probabilem opinionem ista species pensionis dicenda non est odiosa, minusque ob malam narrativam valoris intrat annullatio in totum contra Pensionarium, sed solum ejus favore, & quatenus iste, nolens acquiescere diminutioni pro rata, intentare velit regressum ad beneficium resignatum, probabilius videtur dicendum idem, ut rigor non procedat. Et in summa ut intrat distinctio inter casum, in quo probatio fiat pro executione gratiae, & casum, in quo eadem probatio fiat pro annullatione, & impugnando, tanquam per speciem objecti, ut ex uno, vel altero casu pendeat resolutio, an magis, vel minus concludens, perfecta, sive magis, vel minus rigorosa requiratur.

8 In illa vero specie, quae absque dubio exorbitans est, & odiosa, qualis est illa reservatio, quae ad supplicationem fiat, voluntarie, & beneficio pleno, cum jam deducta distinctione inter casum, in quo dicatur sine causa, & casum, in quo aliquam habeat causam, respectu pensionarii, & tunc magis concludens, magisque rigorosa probatio accedere debeat, ut magis distincte in enunciata Sede Beneficiali, ubi latius videri potest.

9 Praesupposita itaque necessitate concludentis, & perfectae probationis, cum illo majori, vel minori, rigore, quem maior, vel minor pensionis odibilitas exigit, non dicitur probatio concludens, & perfecta illa, quae fiat fructuum, & proventus unius, vel duorum, aut trium annorum, quoniam iuxta contingentias temporis belli, vel pacis, aut ubertatis, & respectivae sterilitatis, aliorumque accidentium, saepe casus praebet magnam soliti valoris accidentalem alterationem, plus, & minus, idemque iuxta regulam Beneficialiarum, quae in aliis materiis est etiam recepta, ideoque attenditur pro firmando vero valore, ponendi sunt in calculo fructus decem annorum, illorumque distributio, vel perquisitio in singulos annos facienda est, ut facta computatione, vel compensatione annorum uberium cum sterilibus, ita firmiter status uniformis, cum accidentalibus alterationibus non attendantur, ad instar eorum, quae habentur in censibus consignativis, quando praetenditur incapacitas fundi censiti ob fructuum diminutionem, cum similibus.

10 Ponendi autem sunt in isto calculo omnes fructus, qui ex praedictis percepti sunt, & quantum fuerit in temporum pretium, sed deducenda sunt onera, tam consistencia in cultura bonorum, & in ipsa perceptione, & custodia fructuum, quam in aliis expensis, quae Ecclesiae, vel Beneficio incumbunt, ex regula, quod fructus dicuntur illi, qui ad commodum Beneficiati super sunt, deductis oneribus.

11 Atque hinc sequitur, quod ad istam perfectam, & concludentem probationem non sufficiunt illae vagae, & tales quales depositiones testium habentium aliquam peritiam in regione, ac deponentium de communi fama, & reputatione, quales praeritum esse solent illi processuum Consistorialium, unde propterea, ut aliis dictum fuit, prorsus vanum videtur in isto processu aliquid solitum constituere fundamentum, cum ad summum deservire solum possit pro adminiculo, cum aliis conjungendo, cum prohibito non sit aliqua exceptio, quas in persona, vel dicto patiente testes, per adminicula supplere, ut in jam enunciata Sede Beneficiali in specie advertitur, sed Testes debent esse bene informati, saepeque informati, vel scientiae probabilem causam, etiam non interrogati debent allegare, puta quia fuerint economi, vel ministri bene informati, quoniam debent facere dupli-

cem coarctationem, unam affirmativam, deponendo de omnibus fructibus, alteram negativam, quod scilicet non adsint, neque adeste possint alii fructus, quos ipsi non sciunt, & tertiam pariter mixtam de affirmativa, & negativa circa onera, quod scilicet sciant omnia onera, quae extant, cum exclusione aliorum, & circa onera cadere solent non infrequenter quaestiones, quod non sint talia, ut deduci mereantur, atque proceditur cum distinctione inter necessaria, & voluntaria, ut priora deducantur, non autem posteriora, ut magis distincte in enunciata Sede Beneficiali.

12 Frequentiores autem, & indifficiliores in ista valoris materia solent esse quaestiones super qualitate fructuum, & proventuum, quam scilicet computari debeant in valore, & de quibus ratio haberi non debeat, idque duas habet inspectiones, unam scilicet super incertis, & alteram super illis, quae speciem, vel naturam habeant distributionum.

13 Quatenus itaque pertinet ad proventus incertos, magis, & frequentes dignosci videntur errores, vel aequivoca illorum, qui in sola doctrinarum littera, vel cum regularum generalium superficie procedunt, applicando omnibus casibus illas regulas, vel propositiones, quae sunt quidem in suis casibus verae, nullatenus autem adaptantur ad illos casus, de quibus est quaestio; Si quidem ad effectum regulae de valore, & pro evitanda nullitate gratiae, ob malam valoris expressionem, sive ad effectum evitandi solutionem annatae, cum similibus effectibus odiosis, & praedicialibus, vera est regula, quod incerta non veniunt in valore, vel sub nomine fructuum, non tamen exinde inferendum est ad effectum, de quo agitur, inspicendi scilicet, an beneficium sit illius pensionis capax, nec ne; quoniam notoria praxis docet, quod pleraeque Ecclesiae nulla possident praedia, & bona, vel iura fructifera, sunt divites, atque considerabiles, habent redditus provenientes ab incertis, mereque voluntariis oblationibus, & elemosynis, iuxta exempla tradita in eadem Sede Beneficiali, & alibi b, & tamen non exinde dicendum est, quod tales Ecclesiae non habeant fructus, & redditus exuberantes ultra necessaria, ut proinde sint pensionis incapaces, atque dicantur non habere valorem, dum in hoc attenditur effectus, vel finis, non autem formalitas verborum, vel terminorum; Potissimum vero ubi non agitur de temporalibus, & accidentalibus proventibus, sed de illis, qui ex diuturni temporis observantia, vel experimento dici possunt certi, & perpetui, ita & taliter, quod si Ecclesiae Rector velit illos locare, seu concedere in appaltum, eo modo, quo conceduntur gabelle, & decimae, aliaque similia jura, inveniet conductorem pro certa annua, vel alias temporanea pensione, eodem modo, quo sequitur in praedictis, & in aliis bonis vere fructiferis, ideoque habentur pro certis.

14 Clarius vero, & cum longe minori dubitandi ratione id procedit quando non agatur de illis incertis mere voluntariis, quae proveniunt a Populorum devotione, iuxta casus superius recensitos, sed agitur de proventibus proventibus a jure certo, & radicato de praerito, imo necessario, ut exempli gratia sunt illa emolumenta, quae licite per Parochum percipiuntur, occasione administrationis Sacramentorum, vel funerarum, & sepulturae (quavis contra juris regulas sequatur, quia nempe, ex privilegio, vel antiqua consuetudine, sive ex concordia denotat loco decimarum) quoniam ista dicenda sunt emolumenta certa, dum pernece esse homines degentes in Parochia nascuntur, baptizantur, contrahunt matrimonium, moriuntur, & tumulantur, idque privatim pertinet de necessitate ad Parochum, cum in hoc consistat jus parochiale circa mutuum necessitatem Parochi erga Parochianos, & Parochianorum erga Parochum in iuribus de sui natura Parochialibus. Idemque in Ecclesia Cathedrali, vel Metropolitanana circa illa emolumenta, quae juridice pertinent ad Episcopum, cum similibus, ideoque ad has distinctiones est reflectendum, & sine quibus clarus est incurfus errorum, & aequivocorum, ac etiam illorum inconvenientium, quae in sede Juspatronatus insinuantur, quod ita cum satis exigua dotatione posset acquiri juspatronatus divitum, & insignium Ecclesiarum, & Beneficiorum, d

14 Idem errores, vel aequivoca magis dignoscuntur in illis proventibus, & emolumentis, quibus potiuntur Canonici, & Beneficiati Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiarum, ratione servitii actualis, quod praestant per puncta-

punctaturae in divinis, procedendo cum regula in suis casibus vera, & recepta, sed confusa, maleque applicata, quod sub valore, sive sub nomine fructuum non veniunt distributiones quotidianae, quarum specialis, & expressiva mentio necessaria sit, tam in reservatione, quam in facultate transferendi, ut propterea distributiones huic oneri non subjaceant, quoniam, & in hoc procedendum est cum eisdem distinctionibus, quod scilicet aliud est agere ad effectum regulae de valore, inductae pro interesse Annatarum, & ad evitandam solutionem annatarum, quae habent quidem aliquid probabile rationis fundamentum, ut in eadem Sede Beneficiali advertitur, quidquid vulgus imperitorum, & non informatum obloquatur, adhuc tamen continent quoddam onus, a quo admitti debet excusatio, quo magis fieri potest: Et aliud est ad nostrum effectum capacitatis pensionum, sive ad alterum acquirendi jus patronatus ex causa donationis, vel augmenti dotis, ut scilicet, quoad istos posteriores effectus attendi debeat de facto finis, vel ratio, ob quam ista regula, vel propositio inolevit, qualis est illa, quod distributiones non sunt lucrum, quod Beneficiarius faciat ratione Beneficii, ejusque tituli, sed sunt merx, & salarium laboris personalis, quod in servitio Ecclesiae, vel in alia functione Ecclesiastica facere oporteat, ad mensuram tamen, & proportionem servitii, & laboris, non autem in magno excessu, qui ultra id percipitur. Ideoque pluries in casum contingit ad istum effectum pensionum efformabam tres distributionum species, quarum una est illarum, quae vere, & de facto sunt quotidianae, quia eas (exemplificando in Basilicis Urbis,) obtineant illi, qui cantant missam, vel Evangelium, sive Epistolam cum praemio, seu mercede duorum, vel trium juliorum pro qualibet functione, abque eo, quod alii Canonici, qui tales functiones facere non curant, quamvis praesentes, & in interestes, de aliquo participent, ut ego in duobus annis in Basilica Lateranensi, & in aliis duobus annis in Basilica Libreriana, seu Sanctae Mariae Majoris, usque ad promotionem ad Cardinalatum sum expertus, quia dictas functiones peragere non cupiebam, atque Collegae nimium benigni, & urbane meam admitterent excusationem, abque necessitate recurrendi ad Breve exemptionis, solum concedit Palatinis, & aliquibus Officialibus Papae.

15 Altera est illarum distributionum species, quae consistunt in anniversariis, & quibusdam aliis servitiis, & functionibus, de quibus participat omnes Canonici praesentes, & interestes, ac etiam illi absentes, qui habent exemptionem Brevia, quae tamen nunquam placuerunt, eorumque abolitioem laudarem, & consulere, & quae distributiones solent redigi in aliquam massam, certis soliti temporibus dividendam, atque in ista, & in priori specie vera est dicta propositio, etiam ad effectum, de quo agitur, quoties illarum quantitas revera proportionata sit servitio, & labori, prout frequentius solet fieri.

Tertia demum est species illorum emolumentorum, quae vere, & de facto, inspecta naturali veritate, non autem legalibus subtilitatibus, & superstitionibus, sunt fructus, consistentes in pecunia, vel frugibus, aliisque proventibus Casalium, & Tenentiarum, aliorumque Praedictorum Urbanorum, & rusticorum, vel censuum, & canonum, aliorumque familiarum jurium, sive, ut frequentius praxis docet in Hispaniis, consistunt in decimis, pertinentibus ad Episcopum, & Capitulum, ratione curae universae totius Dioecesis, ut in Decimarum Sede advertitur; Ix motus vero commendabili lege scripta, vel non scripta, introductum est, ut percipi, & lucrari debeant ratione servitii, & interestis per punctaturas, ad formam distributionum quotidianarum, ut in enunciatis Basilicis Urbis, & in dictis Ecclesiis Hispaniarum sequitur, & tunc dicuntur distributiones quotidianae improprie ad istum effectum, non autem ut dicatur merx, & salarium proportionatum labori personali; Prorsus enim fabulosum videtur dicere, quod pinguissimi, et conspicui Canonici Basilicarum Urbis, vel Ecclesiarum Toletanarum, Hispaniarum, Compostellanarum, et similes, dici debeant Beneficia nullius, vel tenuis valoris, adeo ut sint incapacia pensionum, vel sub istis non veniat ista ultima species distributionum abque speciali mentione, tanquam a verisimiliter deficiente voluntate Papae, ut cuique ad sensum patet, ideoque inter leguleicas superstitiones, ne dicamus ineprias, id semper recensui. f

Cum autem post haec jam scripta casualiter ad manus

obvenerit quaedam moderna Rotae decisio in qua pro distinguendis certis ab incertis, ad hunc effectum pensionis, datur quaedam distinctio, quae dicitur communiter a Doctoribus tradita, et a Tribunali recepta, quod alii sunt fructus incerti habentes principium, seu obligationem certam, et fixam, licet in quantitate variabiles, ut decimae, primitiae, fructus naturales, et etiam alia emolumenta, vel mere voluntaria, quae tamen ex stylo, vel consuetudine Regionis, mediantibus arrendamentis, solent ad certitudinem reduci, et isti computantur in fructibus beneficiis, alii autem sunt fructus mere incerti, vel ratione principii, et quantitatis, ut oblationes, et elemosynae, vel ratione eventus, ut sunt emolumenta baptismatum, matrimoniorum, et funeralium, quae omnia Sacramenta licet ex necessitate naturalis, civili respective quotidie ad ministrantur, nihilominus cum dependant, vel ab impercrutabili Divinae dispositionis iudicio, vel a mera voluntate Fidelium, seclusa consuetudine arrendi, et illos ad certitudinem redigendi, dicuntur omnino incerti, et isti contra non calculantur ad augendum valorem Beneficii.

Siquidem quidquid sit de justitia dictae ultimae resolutionis in co casu, in quo agebatur de pensione reservata super certis, et incertis Ecclesiae Parochialis, cum clausula, *dimmodo remaneant centum ducati auri de Camera pro Rectore*, Unde quaestio erat an emolumenta provenientia ex anniversariis, et funeribus, aliisque emolumentis Parochialibus in dies obvenerint, calculanda venirent, necne in dictam congruam quaestionem alias disputatam, et in Parochorum sede peractam, inter Parochum habitualem, et Vicarium deputatum ad exercitium Curiae, et super quo locus veritatis relinquatur, dum non visis iuribus hinc inde deductis, meum efformare non valeo iudicium, quod ubi etiam possem, non tamen facere deberem, ne in casu particulari, qui adhuc pendet sub iudice, uni partium fiat praedictum, atque loquendo generaliter, et in abstracto praefata distinctio non bene efformata videtur, sed fallaciam potius continere, quoties agatur de pensione imposita etiam super incertis, quoniam sub istorum nomine nullatenus calculari debet illa species fructuum, quae continentur in prima parte distinctionis, dum isti fructus dicendi veniunt certi, adeo, ut quamvis pensio imposita esset super fructibus certis tantum, istorum ratio sine dubio habenda sit, dum calculatur etiam ad longe fortiores effectus regulae de valore pro invaliditate gratiae, et ad alterum solutionis annatae, cum isti proprie dicantur fructus certi, utpotè radicati in solo, vel in alio certo, et indefinito jure, seu causa productiva; Unde propterea adest certitudo in substantia, vel in genere, quamvis etiam in aliquo anno ob sterilitatem, vel aliam calamitatem accidentalem nulli percipiantur, cum in aliis annis natura suppleat, vel praecedentur suppleverit, ideoque intrat compensatio anni uberis cum sterili, neque accidentalis deficientia unius, vel etiam plurimum annorum (dimmodo salva remaneat substantia, et causa productiva) facit, quod res certa fructifera non sit, iuxta ea, quae habemus in censibus consignativis impositis super certo fundo fructifero, ad formam Constitutionis Pianae, qui cessant si fundus census pereat, vel infructifer fiat, sive essent in parte fructus fundi, aut minuantur, atque reddantur insufficientes, quoniam non attenditur deficientia accidentaliter unius, vel plurimum annorum cum similibus. Ideoque ad rem, hujusmodi fructus in substantia, vel in genere dicuntur certi, sola vero incertitudo consistit in quantitate, quae singulis annis est varia, sed ad hunc effectum inducta est perquisitio decennialis, de qua supra, ut ita calculatis annis uberibus cum sterilibus firmetur certitudo, quoniam alias nulli darentur fructus certi, & per consequens non solum sustineri non possent pensiones impositae super foliis fructibus certis, sed neque unquam esset locus regulae de valore, vel solutioni annatarum, cum certitudo solum circa quantitatem verificari videatur in fructibus civilibus, sed neque in omnibus, quoniam illi, qui consistunt in pensionibus domorum adhuc dici merentur incerti, et varii, vel quia non inveniuntur conductores, vel quia pro temporum qualitate oporteat pensionem minuire, aut quod domus indigeat refectione, qua durante, sit inhabitabilis, idemque in illis fructibus civilibus, qui consistunt in gabellis, & vectigalibus, aut pedaggiis, aliisque similibus jurebus, in quibus etiam datur accidentaliter variatio, & diminutio, unde ad summum certitudo non verificaretur nisi in canonibus, & livellis, aut censibus

centibus referatis, vel consignatis habentibus certam taxam invariabilem singulis annis, vel statutis temporibus persolvendam, & nihilominus etiam in istis dari potest incertitudo ob deficientium fructuum illorum bonorum, quae sunt huiusmodi praestationum subjectum.

16 Et quoad alteram speciem incertorum, de qua in secunda parte distictae distinctionis, quando emolumenta proveniunt à causa certa, & necessaria, ut est illa iurium Parochialium, ratione illarum functionum, quae per se necesse faciendae sunt, ut superius animadvertimus est, adhuc intrant eadem considerationes, de quibus supra in altera specie, quod scilicet in genere, vel in substantia adest sine dubio certitudo, solumque incertitudo verificatur in quantitate, quae singulis annis est varia, sed pariter haec incertitudo tollitur cum eadem decenniali praerogatione, ideoque sola difficultas cadit in preventibus, & emolumentis merè voluntariis, & convenientibus à sola pietate, & devotione Populi, absque aliquo iure necessario, & radicato, & nihilominus etiam in hac specie emolumentorum attenditur illa certitudo, quam inducit longa plurium annorum experientia, ob quam conductor pro certa pensione inveniri potest, juxta exemplum praeticum, quod in Urbe habemus Ecclesiae S. Antonii Abbatis in Exquilis, cum aliis Venetiarum, & Florentiae, quae per antiquos Doctores adduci solent, ut in locis superius relatis advertitur, atque in Civitate Neapolis adest Ecclesia S. Joannis Majoris, quae habet duodecim hebdomadarios, quorum emolumenta consistunt in associationibus defunctorum ad sepulchrum in funere, & tamen, quando praestimit iste usus erat frequentior, reputabantur valde pingua beneficia, notabilibus pensionibus gravari solita, cum plerisque similibus exemplis, quae deduci possunt; Ideoque ista materia regulanda videtur à fine, vel ratione, ob quam congrua Titularis remaneat ab onere pensionis immunis, quoniam quando iste finis, vel ratio adimpletur non est in rigorosè immorandum in modo, vel in qualitate proventuum, atque eatenus in Vicariis Ecclesiarum Parochialium unitarum alicui Capitulo, vel Dignitati aliqua incerta deferri solent Vicario, quatenus istius congrua, juxta frequentiore praxim, sit modica, & non sufficiens ad sustentationem, ut propterea incerta sit pars congruae, atque cum ista regula procedendum videtur, attendendi scilicet substantiam veritatis, ac finem, seu rationem legis, non autem legale formas formalitates, & superfluitates, aut vocabulorum, & verborum corticem, & grammaticales significationes, ut scilicet Titularis praeservetur à damno, non autem ad lucrum, & locupletationem.

Super domibus verò Parochialibus, vel respective Canonialibus, vel illis colorum, & laboratorum, cadunt etiam quaestiones, super quibus non de facili certa regula dari potest, cum decisio pendeat à singulorum casuum qualitate, & circumstantiis, ideoque de his, & aliis ad hanc materiam pertinentibus videnda sunt, quae habentur in consuetis, & propria istius materiae sede, ac etiam in alia materia Beneficiali. b

17 Posito autem quod etiam super distributionibus pensio imposita sit expressè, quia nempe dicatur etiam super distributionibus, vel quia verborum amplitudo, aut aliàs desumpta Papae voluntas id importet, tunc ubi verificatur discretio inter fructus, & distributiones, quod praesertim contingit in beneficiis collegiatis, & servitoriis, ut sunt Canonici, aliisque Beneficia Cathedralium, & Collegiarum, probabili censendus videtur sensus aliorum modernorum, ut distributiones gravatae censentur in subsidium, & secundario, quatenus praebendae fructus non sufficiant, & pro rata deficiente. Tum ex regula generali, quod quando conceditur aliquid exorbitans, & irregulare ita interpretandum est, ut quo minus fieri potest admittatur exorbitantia, & recessus à regula. Tum etiam ita suadente probabili ratione. Si quidem ubi praesupponimus casum, ut possessor Canonici, vel alterius Beneficii resideat, & intersit divinis, adeo integrum percipiat utrumque emolumentum praebendae, & distributionum, & isto casu nil refert an una, vel altera emolumentorum species affecta sit; dum si ex una, si vè ex altera proprium solvere tenetur. Ubi verò praesupponimus casum, quod possessor beneficii non interserviat in divinis, ideoque non lucratur distributiones, quae juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini accrescunt verè interservientibus, non autem iis, qui ex privilegio Apostolico, vel ex justo impedimento habentur sicè

pro praesentibus, & interservientibus, quoniam id prodest ad effectum lucrandi distributiones proprias, non autem illas, quae accrescunt ob deficientiam aliorum, ut docet rationabilis quidem, & commendatione digna consuetudo trium Basilicarum Patriarchalium, aliarumque Collegiarum Urbis, atque isto casu iustum, & rationabile non videtur, ut ille beneficiarius, qui malè se gerit, suoque muneri non satisfact circa servitium Ecclesiae, obtinere debeat fructus praebendae exemptos pro rata ab onere pensionis, in praerudicium illorum, qui interserviant, ipsiusque Ecclesiae, cui debentur id servitium, sed debet prius ex eisdem fructibus solvere integram pensionem, & si quid superest percipere, dum ex causa lucrativa, & sine onere servitii id obtinet in concursu illorum, qui interserviant, fovendum causam onerosam. Idemque in altero casu ex identitate, imò majoritate rationis dicendum venit, quando Beneficium vacat, ideoque fructus toto tempore vacationis praetendantur per successorem in Beneficio, juxta Constitutionem 7. Julii Tertii, vel respectivè per Cameram Apostolicam, ejusque Collectorem, talisque fuit sensus Sacrae Congregationis Concilii in una Lauretana sup die 5. Decembris 1682. Ideoque oneris impositio, etiam super distributionibus facta, censetur solum in gratiam pensionarii, & ne Titularis possit ab eo se excusare in parte, sub praetextu insufficientiae fructuum praebendae, non autem in gratiam Titularis, vel successoris.

a De Benefic. disc. 90. ex nam. 53. ubi copiosè allegantur auctoritates ibidem commode videntur. b De jure part. disc. 10. num. 17. de praeminent. disc. 11. num. 10. ubi concordantes auctoritates. c Di. disc. 11. de praem. & in aliis locis proximè citatis. d De jure part. disc. 10. & 55. & disc. 90. de Benefic. in quibus concordantes. e De Benefic. disc. 89. ubi de ista materia annatarum, ac etiam in trad. de officii venal. cap. 4. & seq. f De his disc. 61. & 91. de pension. g Romana pensionis 12. Junii 1682. cor. Rondinino revocatoria alterius coram eod. impressè dec. 333. part. 19. rec. h disc. 6. & 5. de pension. & d. disc. 90. de Benefic. & alibi. i Moneta de distrib. part. 3. quæst. 8. num. 11. cujus allegatione solum, abque alio discursu contentus est Tondut. de pension. cap. 42. num. 13.

De pensionis extinctionione, cessatione, & amissionem; Et de dispensationibus desuper concedi solitis ad id evitandum.

S U M M A R I U M.

- 1 DE cessatione per extinctionem de consensu, & quando requiritur beneficium Apostolicum.
- 2 Non sunt necessariae litterae, sed sufficit sola supplicatio.
- 3 An iste modus extinctionis expediens reputari debeat.
- 4 De alio modo acquirendi commoditatem.
- 5 De extinctione, seu cessatione per mortem pensionarii.
- 6 Quod etiam in ista specie introduci non sit abusus.
- 7 De cessatione per matrimonium.
- 8 Pensio cessat per professionem regularem.
- 9 Quid in Societate Jesu.
- 10 Episcopatus causat amissionem pensionis, quod declaratur, non autem Cardinalatus.
- 11 De militia seculari, & de officii secularibus.
- 12 Irregularitas, etiam ex homicidio, non causat amissionem pensionis.
- 13 Quid de feudo, & de Dignitate Ducis, Marchionis, & Comitiss.
- 14 An pro delictis ista amissio sequatur.
- 15 De non incestu in habitu, & tonsura.
- 16 Quod dispensationes non faciant sequi dictum effectum.
- 17 De privilegio militum Lauretanorum.
- 18 De aliis militibus.
- 19 De dispensationibus particularibus.
- 20 Dispensationes suffragantur re integra, & ante factum casum.
- 21 Ubi dispensatio re integra accedat, est eadem amissa pensio, & non nova, & de effectibus.
- 22 An cesset pensio reservata Cardinali, vel alteri habenti certam qualitatem, ob istam cessationem.
- 23 Et an cesset ob immutatum statum Ecclesiae.
- 24 Dispensatio item pro statu conjugali regulariter intelligenda est de primo, non ulteriori, nisi dicatur.

C A P. XIII.

Verus, connaturalis, & favorabilis, non autem odiosus, & penalis modus, qui propriè convenit terminis extinctionis, vel cassationis, est ille, qui procedit à legitimo, & non vitioso pensionarii consensu, circa quem, quando sit legitimus nec nè; nil peculiare in hac materia statutum videtur, sed proceditur cum illis terminis generalibus, qui habentur in materiis beneficialibus, aliisque spiritualibus, in quibus intrat inspectio, an servari debeant, nec ne solemnitates demandatae per statuta laicalia. Et quando iste consensus est gratuitus, absque aliqua recompensa in pecunia, vel in alia re, sufficit abque aliqua Papae auctoritate, quae de stylo necessaria reputatur, quando dicta recompensa accedat. Quamvis enim de stricta Juris censura nulla desuper habeatur probatio, dum, ex pluries insinuatis, pensio est quid temporale, habens solum aliquam mixturam spiritualitatis ad certos effectus, ut in cap. 2. num. 4. ideoque verè, & propriè non intrant termini Simoniaci, nihilominus quia Curiae stylus, & saepe citata Constitutio Sixti V. induxit distinctionem inter pensionem Ecclesiasticam, & temporalem, atque in illa, quae Ecclesiastica dicitur induxit aliorum incapacitatem, atque idem stylus Curiae in plerisque illas exaequavit beneficiis, vel cum istorum regulis eas ordinavit, introducendo etiam spoliū, & incamerationem in non exactis, juxta inferius deducta in cap. 20. idcirco reputantur quid annexum spiritualitati, & per consequens ut sine Apostolica auctoritate, quoad substantiam, non sint in privato commercio, ut advertitur in cap. sequenti, ideoque, licet in proprio adhibentur etiam termini Simoniaci, quamvis revera non intrent. Sed si de facto fiat extinctio absque benedictio Apostolica, valida quidem erit ad favorem Ecclesiae, ut libertatem acquirit, invalida vero erit quod ipsam pensionarium, qui illam pecuniam retinere non poterit, sed fideus eam avocabit, quoniam actus criminofus, quamvis invalidè gestus, in odium facientes habentur pro validis. a

Pro dicta vero auctoritate, vel benedictio non sunt necessariae litterae, ut sunt in reservatione, aliisque gratiis Apostolicis, sed sufficit sola supplicatio signata manu Papae, vel Praelati habentis officium nuncupatum per consensum, per quam facultas tribuitur Titulari, & Pensionario respectivè, ut cum anticipata solutione aliquorum terminorum, pro quibus partes concordaverint, liceat istam facere cassationem, super qua cadere solet dubium, de quo agitur in cap. sequenti, an illa validè fieri possit, quando alteri pensionis commoditas cessa fuerit. b

3 Merito autem dictum est, quod iste modus est magis connaturalis, magisque favorabilis, & non odiosus, quoniam quando sincerè, & bona fide id sequatur, absque dubio favorabilis est Ecclesiae, quae absque ejus aliquo sumptu, vel damno eximitur ab hac servitute, prioremque recuperat libertatem, prout etiam favorabilis est pensionario, tum quia totum pender ab ejus electione, & libera voluntate, tum etiam quia (praesupponendo illum prudentem, & providum) ita ponit in tuto considerabilem summam, regulandam ab ipsius pensionarii aetate, & valetudine, juxta stylum, qui habetur in vitalitatis, in qua vita certa, & uniformis non cadit regula, ut in cap. sequenti, ad suos transmissibilem, vel in ejus necessitates, aut utilitates promptè erogabilem; Neque dici potest res odiosa, & praerudicialis Titulari, quamvis iste magis aetate, & periculo se exponat, dum nemine compellente, voluntariè, & tanquam per speciem negotiationis, agat, licet Titulari magis expedire videatur se eximere ab onere pensionis per viam acquisitionis commoditatis, ob rationes, de quibus in cap. sequenti.

5 Frequentior autem, magisque proprius, & naturalis cessationis casus est ille per obitum pensionarii, quamvis iste omnimodum pensionis commoditatem alteri cessisset, ut in cap. sequenti, praeter quam in illis pensionibus fiduciariis Hispaniarum, aliarumque Regionum, de quibus actum est in cap. 9. Merito autem adhibetur vocabulum, seu terminus obitus potius, quam mortis, eodem modo, quo in Beneficiis, ad ita distinguendum istam speciem vacationis ab aliis speciebus, quae mortem civilem in proposito important, stante aequivoca significatione istius vocabuli mortis. Adhuc tamen super isto modo irrepit abusus, adeo ut de facto mors non causet hoc beneficium Ecclesiae, sed servitius, vel onus continet, vel cum translationibus, de quibus infra capitulo decimo quinto, vel

cum reservationibus eventualibus, de quibus supra cap. 8. Per statum conjugalem, quem Pensionarius assumat, illic, & ipso jure cessant quoque pensiones, eodem modo, quo vacant vera Beneficia, in titulum conferri, vel commendari solita, ideoque nil refert an matrimonium sit cum unica, & virgine, & an profiteatur velle continuare in statu Clerici conjugati, quoniam sufficit cessare capacitem desuper necessariam, non quidem ut exinde liceat arguere à beneficiis ad pensiones, sed quia sic exigit alius insinuatus Curiae stylus jam receptus, ac propterea habendus pro lege, exindeque manat differentia inter Beneficia, & Pensiones, quod pro Beneficiis juxta antiquum, & irrefragabilem Ecclesiae Latinae usum, à Conciliis, & Canonibus canonizatum, Clericatus coelestis, dicitur requisitum connaturale, & essentialè, ac necessarium, sine quo nec obtineri, nec retineri illa possunt. In pensionibus autem est requisitum potius accidentale, quam naturale, & essentialè, ideoque huic solet dispensari, ut proximè infra, alteri autem non. Operatur autem dictum effectum matrimonium, de facto contractum, quoniam id non excusat contrahentem, praeterquam, ubi ageretur de nullitate naturali, & excusabili, proveniente à defectu consensus. c

Per solemmem professionem in aliqua Religione approbata per Sedem Apostolicam, adeo ut sequatur immutatio status de saeculari ad regularem, resultat in pensionibus ad amissum idem effectus, qui in beneficiis, cum eadem differentia, de qua supra, & per consequens in Religione Societatis Jesu, respe. ad professorum cum tribus vocis simplicibus, & ante emissionem quarti voti, nulla, cadit ratio dubitandi respectu pensionum, dum etiam in simplicibus Beneficiis, non habentibus curam Animarum, vel onus residentiae cum illo servitii personalis, receptum est quod ista professio non causet vacationem, ideoque in eo statu, usque ad emissionem quarti voti, illa retinet, quoniam licet quoad ipsos dicantur veri professi, quoad omnes effectus, eo modo, quo sunt professi aliarum Religionum, attamen quoad Religionem habentur pro scholasticis saecularibus, dum ad nutum Superioris possunt dimitti, & redire ad saeculum, idcirco tam quoad retentionem dominii, & possessionis bonorum, eorumque dispositionem, quam etiam quoad beneficia, & pensiones, non intrant in eis illae regulae, quae in aliis professis, ut saepius agendo de ista Societate in suis Sedibus advertitur. d

Actu verò, dum haec scribo, circa finem currentis anni 1682. exorta est haec dubitatio, fuit in Curia nova, quod cum Joseph de Guinifis proficeret Prioratum, qui est Dignitas principalis in Collegiata S. Joannis, & Reparatae Civitatis Lucan. ejus Patriae, cum cura animarum, ac etiam cum aliqua cura jurisdictionali Canoniorum, ejusdem Ecclesiae; ingressus verò in hanc Societatem; post solitum biennale novitiatum, professionem cum dictis tribus votis emisisset, & praetenderet quod ista non obstantè, adhuc praestatum Prioratum retinere posset, factaque per Sanctissimum D. N. gratia provisionis Apostolicae ad favorem Vicenitii Sesti tanquam de vacante per professionem regularem, subsecuta possessione, fuit à Sanctitate sua deputata Congregatio particularis nonnullorum Praelatorum, quae tamen huc usque non fuit tentata. Fundamentum autem provisio Apostolica, ut auditur, in hoc positum est, quod assertum privilegium Religiosorum Societatis Jesu retinendi Beneficia, etiam post emissionem trium Votorum, attendendum videtur in Beneficiis compatibilibus, non autem in istis, in quibus respectivè urget interesse, & praerudicium Ecclesiae, & animarum, dum dari posset casus, quod hic professus non curendo emittere quartum votum, in hoc statu perseveraret per annos etiam 50. vel 60. ut nostra aetate praxis docuit in plerisque, & praesertim in Urbe vidimus pissimum, & doctum Religiosum Patrem Pyrrhum Gherardum, qui octogenario major, longævam vitam annorum 60. in Religione duxit, & ita continuavit in munere jam diu valde commendabiliter exercito Procuratoris Generalis Religionis, ob ejusdem Societatis Constitutiones, quae impediunt quod istud munus esse non possit penes Professum quarti voti adeoque in Capitulo Generali hoc eodem anno celebrato provisum fuit, ut pro hac vice deputari possit in procuratorem Generalem Professus quarti voti, prout de facto deputatus fuit P. Joannes Andreas Serra professus quarti voti. At quidquid sit de ista quaestione, ita obiter insinuata, nil ad rem nostram illa facere videatur, dum agitur de pensionibus, in quibus dicta ratio non intrat, atque

atque talis est observantia, quae, ut pluries dictum est, in ista pensionum materia totum facit.

10 Eundem effectum, tam in beneficiis, quam in pensionibus producit promotio ad dignitatem Episcopalem, vel Archiepiscopalem. Dummodo tamen agatur de Ecclesia habente actualem administrationem, cum onere residentiae, secus autem, ubi agitur de Episcopatibus, vel Archiepiscopatibus Titularibus in partibus Infidelium, quoniam isti, utpote non habentes onus residentiae, & actualem administrationem, ex excepto Curiae stylo, non causant incompatibilitatem.

Super dignitate Cardinalatus id quandoque fuit in questione, ob Constitutionem Sixti V. sed per Constitutionem Urbani VIII. ea sublata fuit, ut vacare faciat tanquam incompatibilia solum Beneficia majora, consistentia in Cathedralibus, & Metropolitanis actualis administrationis, & alia quaecumque habentia onus residentiae, & curae Sacramentalis, secus autem in aliis Beneficiis, multo minus in pensionibus. Adhuc tamen ad omne dubium removendum dari folet retentio omnium, quae retinebantur, praeter quosdam Officiorum vacabilitatem.

11 Ex assumptione item militiae saecularis, ex quadam moderna opinione, quae irrepsit, idem resultat effectus, atque per moderniores extensus fuit ad omnia alia officia saecularia, & publica, habentia exercitium alicujus jurisdictionis, vel administrationis saecularis, atque super hac specie, pro meo sensu, moderni se nimium involuisse videntur, dum eorum aliquid respectu militiae considerare solent, an actu bellaverint in castris, & aeva exeruerint, atque respectu officiorum saecularium considerare solent, an illa essent talia, quod haberent exercitium jurisdictionis criminalis, etiam in causis capitalibus, & an ad istius exercitium tanquam iudex, vel tanquam Notarius devenirent, praerूपponendo, quod per irregularitatem contractam iste resuleret effectus. Verum haec, & similia pro meo sensu legaleas continent frigiditates, quoniam etiam vera, certa, & major irregularitas, quae contrahatur per homicidium voluntarium, dolosum, appenatum, & insidiosum, hunc effectum non producit; sed idemque id aliam non habet rationem, nisi illam cessationis clericatus, sine quo pensio Ecclesiastica retineri non potest, quoniam cum Miles Christi non possit esse miles saeculari, ac propterea militia saecularis sit omnino incompatibilis cum militia Ecclesiastica, hinc sequitur quod suscipiendo istum posteriorem statum militare, incompatibilem cum clericatu, istum ita implicite censetur dimittere, & a se abdicare, & sic propositio fundata solum est in voluntate tacita, & praesumpta, non attendenda quando constat de contraria voluntate expressa, vel majores habent praesumptiones. Multo vero minus ubi adesset etiam defectus potestatis, quia nec volens potest clericatum dimittere, ut contingit in illis, qui constituti sunt in Ordinibus sacris, utpote in statu irretactabili. Ac etiam de stricta juris censura non debet ista incompatibilitas locum habere in militibus Papae, & Status Ecclesiastici, dum eorum Princeps, & Dux est Ecclesiasticus, ut latius in consuetudine hujus materiae Sede, g ubi etiam in specie agitur, an feudum saeculare, quod pensionario supervenit, vel Titulus, aut Dignitas Ducis, Marchionis, & Comitatus eundem operetur effectum, ut ibi. b

12 Pro criminibus vero etiam gravibus, & majoribus iste effectus non sequitur, etiam in Beneficiis, illis casibus exceptis, in quibus ita a jure statutum sit, ideoque multo minus in pensionibus, in quibus longe minor dubitandi ratio viget.

13 Demum non inaccessus in habitu clericali, quando pensio excedat certum valorem praescriptum in Constitutione Sixti V. eandem producit amissionem.

14 Inter omnes autem causas inducentes hujusmodi effectum amissionis, vel privationis pensionis, in praxi, excepto casu obitus pensionarii, & excepto altero verae, & legitime cassationis de consensu, nimium rari, peneneque nulli sunt casus, in quibus id reducatur ad praxim, praeter quam in illis imprudentibus, quibus stultorum, vel fatuorum congruat titulus, ob dispensationes Apostolicas desuper concedi solitas, quae sunt de duplici specie. Una scilicet generalis privilegiativa, concessa alicui Ordini, vel generi personarum, & altera particularis, concessa certae personae, & pro certis expressis pensionibus, quoniam cum super potestate Papae dispensandi nulla penitus cadat ratio dubitandi, idcirco posita validitate dispensationis, omnia praemissa cessant.

Prima species generalis, & privilegiativae dispensationis, concessae alicui generi, vel ordini, non habet certam regulam generalem, cum pendeat ab existentia, & tenore singulorum privilegiorum, quae per Sedem Apostolicam concessa fuerunt aliquibus ordinibus, vel militiis, ut insinuatum est supra in Cap. 4. atque pro frequentiori praxi verificatur in illis militibus, qui Lauretani dicuntur, capacibus retinendi pensiones, usque ad summam 200. ducatorum auri de Camera, non obstante statu conjugali, etiam cum bigamia, & quod non cedant in habitu, & tonsura, absque tamen facultate militandi in castris saecularium, atque ad istud praesidium, ut plurimum recurri solet quoniam cum ex latius insinuat in tractatione Officiorum Cap. 2. istae militiae sint de tertia specie officiorum popularium, absque aliqua industria, & administratione, pro solo negotio burfali, ob aliqua emolumenta illis annexa, idcirco illi, qui obtinent pensiones, cupientes allumere statum conjugalem, & eximi ab obligatione incedendi in habitu, & tonsura, emunt istas militias, unam, vel plures, ad mensuram quantitatis, majoris, vel minoris pensionum, quas obtinent, adeo ut indulta particularia, quae majores habent difficultates, & pro quibus notabiles facere oportet impensas in Dataria, practicae soleant cum personis absentibus, valide qualificatis, & inter praesentes cum nepotibus, vel conjunctis Pontificum pro tempore, qui gaudent privilegio habendi expeditiones gratis, atque, ut dici solet, per viam secretam, similem privilegium obtinet ex concessione Pauli V. Religio, seu militia Sancti Stephani; m. 18 idemque probabiliter sequitur in aliis militiis, ut in eodem Cap. 4. insinuatum est.

Quoad alteram speciem dispensationum particularium, ista magis est incapax regulae certae, & generalis, quoniam pendet a genio, & stylo Pontificum pro tempore, quoniam alii sunt faciles, alii vero difficiles, praesertim circa facultatem militandi in bello inter Christianos, ideoque totum pendet a tenore dispensationis, quae ut plurimum, peneneque semper concedi solet promotis ad Cardinalatum, ac etiam, (licet non ita frequenter, & pro regula) promotis ad Episcopatum, adversus autem cessationem per professionem in Religione, concedi quandoque solet, sed frequentius denegari.

Illud autem pro regula certa, & generali statuumendum est in hujusmodi dispensationibus, ut debeant esse obtentae re integra, & antequam sequatur ille status incompatibilis, ob quem pensio de jure cessare debeat, quoniam ubi sequatur, post jam amissam pensionem, tunc non esset dispensare, sed de novo reservare, quod fieri non solet, neque praesumitur Papam facere voluisse absque consensu Titularis, dum ita esset facere reservationem pensionis super beneficio pleno, sine consensu Titularis, quoties non constet, quod Papa sciens, & volens id facere voluerit.

Ubi vero juxta solitam praxim obtineatur dispensatio re integra, & ante sequutam immutationem status, tunc dicitur eadem antiqua pensio continuare in eodem statu, quo prius, dum dispensatio nihil tribuit de novo, sed solum removet obstaculum, & operatur ne per subsequentem statum sequatur vacatio. Ac propterea licet in nova reservatione pensionis super beneficio curato requiratur mentio specialis curae, & super beneficio de jure patronatus requiratur consensus Patroni, vel derogatio juris patronatus, ac etiam si beneficium est aliis pensionibus gravatum, faciendi sit illarum mentio, prout etiam non possit pensio exigi, litteris non expeditis, cum similibus; Attamen haec omnia non procedunt in hujusmodi dispensationibus, quoniam istae non inducunt novum onus, novamque servitutem, sed relinquunt rem in statu, in quo erat; p Unde propterea cum in casus contingentia quidam Urbis probatus negotiator, in gratiam Titularis fessisset cedulam bancariam pro solutione cujusdam notabilis pensionis reservatae ad favorem Cardinalis, postmodum vero casus dedisset, quod ille Cardinalis dimisso Cardinalatu contraxisset matrimonium cum vidua, praevio indulto amplissimo in consueta Sede pluries enunciato, praetensionem excitavit Cedulista quod evanisset ejus obligatio, utpote facta ad favorem Cardinalis, & in eo statu, non autem in diverso per ipsum non cogitatur, sed rationabiliter quidem rejecta fuit praetensio, ideoque cedula plenum effectum sortita est. q

Consimilem praetensionem excitavit quidam Titularis 22 adversus pensionem reservatam ad favorem saecularium, tanquam

tanquam militis Lauretani, quod scilicet ob dimissam militiam praedictam cessasset pensio, quamvis postea clericalem characterem obtinisset, sed pariter haec praetensio rejecta fuit.

22 Prout etiam rejecta fuit praetensio alterius Titularis, quod pensio reservata super quodam Monasterio solito commendari, cessasset ex eo, quod idem Monasterium postmodum fuisset erectum in Cathedrali Sede, ideoque immutata fuisset ejus natura, sed immutatio tollere non debet jus tertio legitime quaesitum. f

23 Dispensatio item concessa retinendi pensiones in statu conjugali, ex declaratione B. Pii V. intelligitur de primo matrimonio, non autem de ulteriori, nisi alias expresse disponatur.

- a De benef. disc. 34. n. 11. & 56. n. 9. de Pens. disc. 80. n. 16.
- b In summa de pensio. n. 65. & disc. 68. & 69. eod. tit. & alibi. c disc. 45. 46. 62. & 78. de pens. d de ista Societate Jesu agitur de reb. disc. 63. de regul. disc. 63. in annot. ad Conc. Trid. disc. 34. & 35. & alibi. e Disc. 43. de pensio. ubi videri possunt auctoritates. f de pens. disc. 47. n. 11. & d. 49. n. 3. Ann. ad Conc. disc. 12. & 5. & 6. g disc. 46. & seqq. de pens. h disc. 48. de pens. i disc. 49. eod. tit. l de Lauretans. disc. 2. 58. & 78. de pensio.
- m de militibus S. Stephani disc. 62. de pensio. & de illis S. Jacobi, & de Calatrava disc. 45. eod. tit. n disc. 44. de pensio. super dispensatione adversus professionem regularem. o disc. 45. in fin. de pensio. & alibi.
- p disc. 1. & 2. de pensio. disc. 44. & 46. & in aliis.
- q eod. disc. 1. de pens. n. 8. apud Cels. dec. 353. & 395.
- r disc. 2. eod. tit. f disc. 67. de pensio.
- t disc. 45. eod. tit. ubi concordantur.

An, & quomodo pensiones Ecclesiasticae sint commercio, & de cessione commoditatis, quid operetur.

S U M M A R I U M.

- 1 Quod materia pensionum regulanda sit a stylo Curiae, potius quam a jure communi.
- 2 Unde indultus, & elicitus sit dictus stylus.
- 3 Qualis in ista materia commercii sit receptus stylus.
- 4 Quinam sint capaces hujus commoditatis.
- 5 Quod etiam acquiri possit per ipsam Titularem.
- 6 Est melior cautela se liberare ab onere pensionis cum acquisitione commoditatis, quam cum extinctione.
- 7 Cedens erga cessionarium tenetur ad quanti interest, si ex ejus facto voluntario, vel culpa pensio cesset, etiam per mortem per manus justitiae.
- 8 An creditores cedentis habeant actionem ad istam commoditatem.
- 9 Cedens an possit in praesudicium cessionarii transferre pensionem.
- 10 Quando cessio sit de substantia, vel de commoditate.
- 11 De lesione, an intret in his cessionibus.

C A P I V.

Cum ista materia tota reguletur, & pendeat (ex pluries enunciatis) a Romanae Curiae stylo potius, quam a jure communi, cui penitus ignota est, hinc inaniter labor videtur assumere hunc punctum interdicti, vel respectivae permissi commercii, cum interventu pecuniae, vel alterius aequivalentiae. Et quamvis idem stylus in magna parte, peneneque in totum inducitur, & regulatur fuerit ab illis, quae per Doctores in feudis, in officiis vacabilibus, in usufructu, aliisque juribus vitalitiis firmata, & recepta fuerunt, ut infra: nihilominus non possunt super hoc generaliter, & tute figi pedes, cum in casum contingentiis praxim me docuerit, quod aliquae propositiones, vel rationes juridicae, in praedictis aliis materiis receptae, in ista non fuerunt attentae, ob quamdam antiquati usus, vel ityli repugnantiam.

De stylo itaque receptum est (adeo de illo amplius non dubitetur) quod ad instar eorum, quae latius enunciata fuerunt in tractatione officiorum vacabilium, deistis, aliisque juribus vitalitiis agendo, ipse titulus, vel ipsa substantia pensionis nullatenus est in commercio, neque potest alteri cedere, vel ex alio titulo transferri, quamvis gratuito, multo minus aliquo pretio mediante, absque beneplacito Apostolico, quo deficiente actus habetur pro omnino infecto, & per consequens eodem modo, quo in officiis vacabilibus dictum est, pensio adhuc perseverat in

ipso alienante, vel cedente, ex cujus persona regulatur cessatio, vel vacatio, nullatenus curata persona cessionarii. Sed pariter eodem modo, quo in officiis, aliisque vitalitiis est receptum, quod sine beneplacito Apostolico cedi, vel alias alienari potest ejusdem pensionis commoditatis, quae consideratur tanquam facti, quod non tantum gatus, vel substantiam, eodem modo, quo in praedicta Sede officiorum, & in altera feudorum, & regalium habetur, & in specie pensionum in ejus propria, & consueta Sede; a Idem autem non est feudorum, vel officiorum, aliorumque jurum regalium peculiare, cum attendatur ipsa dispositioem juris communis idem procedat in usufructu, aliisque similibus juribus vitalitiis, quantumvis privatis. b

Istius autem cessionis commoditatis capax est, quicumque cujuscumque status, & sexus, & non requiratur illa capacitas, quae necessaria est in ascensione, vel retentione pensionis, dum non dicitur obtineri ipsa pensio, sed cessio importat solum quoddam mandatum in rem propriam, cujus vigore cessionarius mandatario jure cedentis terminos decurrere exigit. Quinimo prohibitum non est ipsimet Titulari, & possessori beneficii gravati istam cessionem reportare, non obstante incompatibilitate actionis, & pensionis in eodem subjecto, ob reduplicationem diversarum personarum formalium in una, eademque persona materiali, ut latius in eadem consuetudine hujus materiae Sede c istaque reputari solet longe melior, & tutior cautela se eximendi ab onere pensionis, quam illa procedendi per viam extinctionis, de qua actum est in Cap. praecedenti, quoniam si pensionarius praecedat, idem resultat effectus, sed si Titulari cedenti, vel decedenti supervivit, adhuc idem Titularis post dimissum beneficium vel ejus haeredes, post sequutam beneficii vacationem, per ejus obitum, continuare poterunt in perceptione emolumenti, dum non praestantur illa pericula, ob quae evitanda, reputari solet melior via extinctionis, ut in censibus, aliisque similibus habemus.

His autem sic stantibus, quod scilicet Titulus, & substantia pensionis resident in cedente, per cujus mortem naturalem, vel civilem pensio cessat, quoniam si matrimonium contrahit, vel professionem in Religione emittit, aut militiam saecularem assumit, aliisque similia facit, utique cessionarius damnus sentiet, ut actionem non habeat ad pensionem, quamvis contra ipsum cedentem, pro ejus factis voluntariis, & ad quanti interest habere possit, etiam ubi damnus sequatur per mortem, ubi ista sit per manus justitiae ob ejus crimina, quoniam istud factum voluntarium dicitur, ut particulariter in sua Sede advertitur; d Exinde sequi deberet quod creditores cedentis cum hypotheca eorum jura super ista commoditate cessat post contractam hypothecam, & super singulis annualitatibus, vel terminis experiri possent tanquam in re adhuc perseverante in dominio, & possessione debitoris, & tamen in praxi id non vidi admittum, eo quia forte idem stylus exigat istam commercii libertatem, quamvis praesupponatur quod aliquando creditoribus anterioribus pensionarii adversus cessionarium commoditatis concessa fuerit immissio in Salviano ad ipsam commoditatem, quod tamen ego non praestavi, sed est juridicum.

Prout quando cedens habet indultum transferendi, etiam in articulo mortis, loquendo per rationes, & principia, non videtur absque dubio prohibendum translationem facere ad commodum alterius, quamvis cessionarius esset idem Titularis, ex latius deductis in dicta ejus consuetudine Sede, e & tamen in casus contingentia, translatio admittitur non fuit, non quod aliqua probabilis ratio juridica id suaderet, sed potius ut stylo, vel cuidam naturali non scriptae aequitatis satisficeret, cum similibus.

Atque his stantibus, contingente causa obitus cedentis ante illum cessionarii, ne iste frustratus remaneret, excitata quandoque fuit praetensio, deducta, ex formulis verborum, & clausularum, ut cessio percuteret substantiam potius, quam commoditatem, sed frustra. Quoniam tunc ad verba, & clausulas recurritur, quando agitur de sola quaestione ambiguae voluntatis, absque aliquo potestatis defectu, secus autem isto concurrente, tam ex regula quod voluntas metienda est a potestate, quam etiam quoniam ubi etiam voluntas claret, & expresse percuteret substantiam, attamen ubi cumulative non concurrat Papae, & Titularis consensus, vel saltem eorum unius, adhuc est clarus inutilis. f

Non semel super hujusmodi cessionibus motum vidi

vidi lætionem, eo quod facta esset pro modico pretio, istud regulando ab illa taxa vite hominis, quam lex civilis juxta mensuram ætatis inducit. Verum nunquam, pro mæ diuturnæ forensis vitæ notitia, ad proximum id vidi deductum, tum quia generaliter in regulatione omnium contractuum ad vitam, quamvis in rebus prophanis, & indifferentibus, quæ cum dicto Jure civili regulantur, pro meo sensu clarus videtur error præfatam legalem, & uniformem taxam attendere, ut latius, & ex professo in suis Sedibus, g etiam in subjecta materia, ex insinuata ratione styli Curix, qui ejus omnimodus regulator videtur.

- a De pensio. disc. 68. & 69. & in aliis. b De dote disc. 148. ubi late videri possunt auctoritates. c d. disc. 68. de pensio. d d. disc. 69. e d. disc. 68. f disc. 70. de pensio. g de regal. disc. 30. de donat. disc. 54. & alibi.

De Translatione pensionis, ejusque materia, & quando dicatur translatio antiquæ pensionis, vel potius omnimò nova reservatio.

SUMMARIUM.

- 1 Pensio translata non est nova, sed eadem antiqua. Quando dicatur nova, & potius reservatio, quam translatio.
2 Quæ probabiliter fuerit introductio translationum.
3 An ista introductio commendatione, vel damnatione digna sit.
4 An translatio sit odiosa, & præjudicialis, nec ne.
5 Fieri potest etiam in articulo mortis.
6 Ac etiam per nutus, & signa, si loqui non potest.
7 Quod non debeat de facili admitti hæc translatio per nutus, & signa.
8 De infestatione translationis ob incertitudinem.
9 De formula translationis, & n. 24.
10 Non suffragatur indulgentia transferendi super distributionibus.
11 Indulgentia retinendi non suffragatur pro facultate transferendi.
12 De translatione confidentiaria.
13 In indulto transferendi intrinseca regula de viginti.
14 An facultas transferendi exerceri possit cum filiis, & descendentibus.
15 Translatarius competit eadem anterioritas, ac transferenti.
16 Gaudet eadem via exequiviva, ejusque actionibus, remediis, & privilegiis.
17 Juvatur possessio transferentis.
18 Defectus, qui obstant reservationi, obstant translationi, & translatario.
19 Super quo providit Constitutio Innocentiana.
20 Non alteravit alias Constitutiones Urbani VIII. in materia translationis.
21 Quomodo stante Innocentiana fiat translatio.
22 Valet conventio de non transferendo.
23 De variis formulis, & speciebus indultorum, à quibus translationes regulari debent.
24 An posteriora indulta abjoveant priora, vel potius importent multiplicationem.

CAP. XV.

Quamvis formula Indultorum, quæ concedi solent pro facultatem transferendi pensiones, & successive formula, quam Notarii adhibere solent in ipsis translationibus, quando fiunt, attento verborum sensu grammaticali, comprobet, quod translatio importet cassationem antiquæ pensionis, & efformationem, seu reservationem alterius de novo, quam exequatur, in litteris Apostolicis deputatus, vice, & nomine Papæ faciat; Unde propterea aliquorum est sensus, quod pensio translata sit omnino nova, & diversa ab antiqua, nihilominus quia substantia veritatis potius, quam formalitas verborum in omnibus attendi debet, verius, magisque receptum est, ut verificetur quidem aliqua novitas respectu personæ, quæ ita immutatur, ac propterea quoad translatarium, non immerito dici valeat nova pensio, sed quoad Ecclesiam gravatam, ejusque Titularem, atque ad effectus etiam ipsi Translatario favorabiles, & respectivè præjudiciales, dicitur eadem pensio antiqua, & continuativa, cum sola immutatione personæ, ex qua ejus vacatio regulanda sit. Sed

quoniam, quandoque (licet raro) casus præbere solet, quod hæc translatio pensionum de persona ad personam, de consensu pensionarii, directè, & immediatè fiat per Papam cum expeditionibus litterarum per Datariam, ad instar novarum reservationum, hinc non infrequenter dubitari contingit, an ista dicenda sit translatio, vel potius nova reservatio ex integro; Cumque de hoc puncto præciso à me agetur in consueta sede in tribus discursibus, qui videntur quodammodo inter se oppositi, revera tamen sunt potius diversi, atque congrua decisio pendet ex qualitate, & circumstantiis facti, ac etiam ex diverfitate effectuum, ad quos de hoc dubitari contingit, nimiaque digressio esset ibi deducta reassumere; Idcirco ad ea sufficiat relationem habere, dum ibi commodius poterit quis curiositati, vel opportunitati satisfacere; a De effectibus autem agitur infra in hujus rubricæ progressu circa onera, & præjudicia translataris, quibus novus, & immediatus reservatarius non subiacet.

Hoc itaque præcognitio, ut præcognoscendum esse, ne dum valde opportunum, sed necessarium videtur, ad evitanda æquivoca, & errores, à quibus immunis esse non potest, qui non benè distinguit, sed cum generalitatibus, vel cum auctoritatum littera procedit, atque præsupposito quod agatur de vera translatione, non autem de directâ, & omnimò nova, & independenti reservatione: Quatenus pertinet ad hanc materiam, quæ occasionem dedit nostræ legi, per quam jam Dei gratia abolita est major pars illarum forensium controversiarum, quas producebat correctâ, vel moderata Constitutio 20. Urbani VIII. ut in cap. 1. & alibi animadversum est. Incertum est de quo tempore, quæ occasione sequuta fuerit ista translationum introductio, quæ probabiliter justum, vel saltem, æquum, & honestum principium haberet potuit, quia nempe decedens aliquis Cardinalis, (ut frequentius contingere solet) in statu paupertatis, ac propterea non valens de proprio providere antiquos, & benemeritos familiares de aliquo vitalitio subsidio, & ne isti (cum ipsius dedecore novo servitio, ob gravem ætatem, vel infirmam valetudinem non apti) mendicare cogerentur, præces Papæ porrexerit, sive idem Papa misericordia motus illi spontè obtulerit indulgentiam, & facultatem eos providendi, cum aliqua modica, & honesta parte illarum pensionum, quas possidebat, & quæ per ejus mortem essent vacaturæ, idque ad mensuram, & proportionem meriti, & indigentix, eo modo, quo generaliter, agendo de introductione usus reservationis pensionum, consideratur est supra cap. 2. & alibi: atque ubi talis facultas intra istos limites exereretur, commendatione quidem potius digna censenda esset introductio; sed quoniam omne optimum, propter abusum, convertitur in pessimum, idcirco attentata magis communi, & frequentiori istius facultatis praxi, & usu, dicenda potius videtur damnatione, quam commendatione digna, dum experientia docuit, & docet, quod ita pensiones vitalitix, & personales efficiuntur transmissibiles, hæreditariæ, & perpetuæ de patre in filium, de patruo in nepotem, & sic successive in ulteriores posteros, ob ejusdem facultatis extensionem, longè magis damnatione dignam, concedi aliquando solitam transferendi etiam pensiones non solum semel, sed etiam bis, & ter, & pluries translatas, quo nil absurdius, adeo actualis praxis doceat adesse graves pensiones à centum annis, & ultra reservatas, quæ adhuc durant, atque diuturnam durationem imposterum habere poterunt.

Et quamvis nostrorum majorum simplicitas (usquequod de anno 624. prodiit sæpius enunciata Constitutio 20. Urbani VIII. crediderit, quod translationes dicendæ non sint odiosæ, neque Ecclesiis præjudiciales, ob possibilem, & quandoque contingibilem præmorientiam translataris, adhibendo in hoc illud vulgi diciturum, quod prius, vel plus moriuntur Agni, quam oves, post dictam verò Constitutionem sententiam mutaverit, illaque odiosas, & præjudiciales reputare cæperit, eo quia uti tales dicta Constitutio eas reputat, b Nihilominus id magnam continere videtur frigiditatem, tum quia non de facili datur, ut id quod est essentialiter, & intrinsecè unius naturæ, postmodum per quemdam novæ legis positivæ sensum efficiatur naturæ diversæ, imò oppositæ. Tum etiam quia lex, & natura clarè docent contrarium, ut transmutare de sene in juvenem, vel de minus valido, & verisimiliter minus durabilem in magis validum, magisque durabilem importet prorogationem, & quamdam speciem illius, quamvis imperfectæ, perpetuitatis, quæ in rebus corruptibilibus dari

dari potest; lex etenim odiosos, præjudiciales, atque de fraude suspectos reputat omnes illos actus, qui per infirmos, vel senes, aut alias minus validos fiant ad favorem juniorum, seu validorum, quando non pendeant ab omnimò libera voluntate, & dispositione facientis, sed habeant admixtum interesse, vel præjudicium tertii, ut passim receptum habemus in subinfestationibus, in resignationibus beneficiorum, & officiorum vacabilium, in nominationibus, aliisque dispositionibus, quæ permittuntur in vita, & in statu valido; Ideoque licet de stylo, qui secum habere videtur quandam speciem contractus in officii vacabilibus popularibus, nullam habentibus annexam administrationem, non possit, nec debeat, neque solet Princeps denegare admissionem resignationis, non tamen ad id tenetur si resignatio fieri velit ab infirmo, vel à sene, aut alias de fraude suspecto, ut in Officiorum Sede latius, cum similibus.

Idem quoque (lege comprobante, & demandante) docet natura in gregibus, armentis, vineis, arboribus, & similibus, quod pro conservatione, & perpetuatione curantur transmutationes, & subrogationes de sene in juvenem, & de veteribus in novas arbores, ut in usufructuario, in fideicommissario, aliisque legalibus administrationibus lex præcipit.

Quod autem aliquando subrogatus junior præcedat seni, in cuius locum suffectus est, insolito casui, vel accidenti referendum est, nullatenus attendendo, ex vulgari regula, quam in legalibus, moralibus, & prudentialibus receptam habemus, quod attendi debeant ea, quæ frequentius accidunt, & juxta consuetum, seu naturalem cursum, non autem ea, quæ raro, & accidentaliter contingunt.

Clarius autem, & extra omne dubitandi principium in subjecta materia, in qua lex non providit, ut exempli gratia fecit in beneficiis, cum regula de viginti, sive de infirmis resignantibus, cum similibus, quoniam hujusmodi indulta concipi solent, ut licitum sit facere translationes, etiam in articulo mortis, atque DD. & Tribunalium receptus sensus est, ut idem actus fieri posset, etiam ab eo, qui sit jam destitutus facultate loquelæ, qua mediante voluntas melius, ac plenius explicatur, ideoque id agat per nutus, & signa, sive cum simplici verbo affirmativo, ad alterius interrogationem, quoties non confiter de defectu intellectus, qui non præsumitur, eodem modo, quo in ultimis voluntatibus generaliter habetur, c propterea liquet ad evidens quod est species dispositionis per ultimam voluntatem tanquam per hæreditamentum, seu legatum; Ita quoque docente frequentiori, penèque omnimoda praxi, quod ad hujusmodi translationes non devenitur, nisi statim desperatæ salutis, adeo tum nimium rari, & insoliti sint illi casus, in quibus transferentes convalescant, ac propterea fabulosum, & irrisivum dignum videtur præfatam assumptionem, etiam ante Constitutionem Urbani, atque ineptum est diciturum desuper applicari solitum, quod plus, & prius moriuntur agni, quam oves, quoniam id non convenit à natura, vel à casu, sed ab industria, dum agni ad fructum voluntariè mactantur, ideoque non videtur quid commune id habeat cum casu proposito.

Stante autem hujus materie odiositate, & exorbitantia, jam saltem post dictam Constitutionem firmata, inferitur exinde ad plures rigores, in quibus etiam aliquis dignoscitur error, adhibendo scilicet rigores, in casibus, in quibus adhiberi non debent, & è conversò latè procedendo in casibus, in quibus debet rigorosissimè procedi. Siquidem ubi dubium, vel suspicio esse potest in transferentis pleno, & perfecto consensu, & in sinceritate actus, ut contingit in translationibus, quæ ut supra, fiant ad interrogationem, cum solo verbo affirmativo, sive per nutus, & signa, quoniam tale quale dubium desuper cadere valeat, cum summo rigore procedendum videtur contra translationem, non autem procedendum cum illis regulis, & terminis, cum quibus procedi solet in ultimis voluntatibus super bonis propriis liberæ dispositionis, ob majorem suspicionem fraudis, & supplantationis tertii, quod utinam non sequeretur nimium frequenter. Quinimò, pro meo sensu, debent cum expressa lege prohiberi, & damnari translationes ad interrogationem, vel per nutus, & signa, sive alias per constitutos in articulo mortis, quoties clarè, expresse, & sincerè non constaret de præcedenti præordinatione istius voluntatis in statu valido, quodque ista sit motu proprio, & ex libera de-

Card. de Luca de Statu. Success.

terminatione transferentis, non autem ad interrogationem vel suggestionem, idque non solum in gratiam Ecclesiarum, scilicet ne in earum præjudicium, & supplantationem, tot committantur fraudes, & falsitates, sed etiam in gratiam eorundem transferentium, qui pro frequentiori praxi sânt Cardinales, vel miltum qualificati Prælati, qui in statu bonæ valetudinis (commendabiliter quidem) abhorrentes ab hujusmodi translationibus, præsertim super Ecclesiis Cathedralibus, & Parochialibus nimium gravatis, atque commendantes styllum tentum per eos, qui transferrere noluerunt quando reperiuntur à morbo, & à mortis cogitatione turbati, & pressi, & quasi extra sensus, magnas recipere solent molestias, & perturbationes, imò violentias & concussiones, ne dum ab interesse habentibus, sed etiam ab indiscretis familiarium amicis, aliisque ægroto assistentibus, qui aliquando ut requirentibus mortem gerant, minus solent curare de salute animæ, & corporis eorum, quibus assistunt; Unde propterea constituti in articulo mortis, ad se liberandum ab illis molestis, annuunt iis, quæ nolebant, & abhorrebant, vel quòd præfecto discursu destituti, potius inter mortuos, quam inter vivos reputandi, ad omnes interrogaciones, vel suggestiones affirmative respondere solent, ut in Sede Testamentorum, & ultimarium voluntatum quoque advertitur, occasione agendi de testamentis, aliisque ultimis voluntatibus, ad alterius interrogationem, per nutus, & signa.

E conversò autem ubi non agitur de defectibus naturalibus, concernentibus veritatem, & sinceritatem actus, sed potius de defectibus provenientibus à subtilitatibus, vel superstitiosis juris, rigorosè procedi solet, licet actus bona fide, & sincerè initus esset, adeo illius validitas, vel invaliditas pendeat potius à formalitate verborum, & à pericia, vel imperitia Notarii, quam à substantia veritatis, quod non placet. Ut præsertim est illa infectio, quæ deduci solet ab incertitudine, seu non benè facta specificatione personarum, & summarum, & Ecclesiarum respective, ut in consueta Sede d five ubi servata non fuerit quadam formalitas exhibitionis facultatum, per quas exequatur certus reddatur de ejus potestate, e cum aliis formalitatibus, desuper considerari solitis. Aut quod facultas transferendi non suffragetur absque speciali mentione pro pensionibus, quæ sint super distributionibus quotidianis; f Vel quod eadem facultas amissa sit per matrimonium, vel bigamiam, obstante indulto retinendi, quod non suffragatur pro facultate transferendi, nisi ista repetatur, g cum similibus rigoribus, & subtilitatibus in consueta Sede recentis, quæ non placent, atque nimiam quandam juris metaphisicam redolere videntur.

De confidentiaria in translatione committi solita, jam actè est supra in cap. 9. ubi videndum. Atque dubitare quandoque contingit, an in hoc indulto transferendi intrinseca regule de infirmis resignantibus, quæ vulgò regule de viginti dici solet, atque verior est negativa, quoniam in odiosis, & restrictivis arguere non licet à beneficiis ad pensiones; h Dubitantur etiam aliqui an habens facultatem transferendi, possit illam exercere ad favorem proprii filii, vel descendents, quasi quod ita esset species successiois. Verum ubi non agatur de illis illegitimis, quibus obstant Constitutiones Apostolicæ; illa præsertim B. Pii V. verius est dubium non intrare, talisque est frequens, & quotidiana praxis.

Postea verò legitima, & valida translatio, verior, magisque recepta est propositio superius initio insinuata, quod pensio translata, non est nova, sed eadem antiqua, quæ, immutata solum persona, continuat ad omnes effectus, tam favorabiles, quam præjudiciales translatario, favorabiles scil. quoniam cum inter pensionarios detur concursus, & temporis anterioritas, juxta regulam, qui prior etc. ut infra in cap. 18. translataris potitur ejus anterioritate ex tempore reservationis, eodem modo, quo ipse transferens; Ac etiam ei competunt via exequiviva, aliæque actiones, remedia, & privilegia, quæ competent transferenti, præter quam circa possessorem mentionis, & circa regressum, ut in cap. sequenti. Prout juvatur eadem possessio transferentis ad plures effectus, ex illa resultare solitos, illum præsertim antiquissimæ, & tricennalis possessionis, quæ relevat ab onere justificationis gratiæ, & litterarum, quæ ex ista longissima observantia præsumitur, quoniam id suffragatur etiam translatario l cum similibus effectibus favorabilibus, & privilegiativis. Et è conversò ad effectus odiosos, ex regula, nemo plus juris etc. obstant etiam translatario, cui propterea

incumbit onus justificandi ipsam reservationem, quando ista sit condicionalis, & justificatione indigeat, vel alias defectiva sit.

20 Majores vero, (ut præmissum est) quæstiones in ista materia translationis præcedebat pluries enunciata Constitutio 20. Urbani VIII. super excessu mediæ tatis valoris, eas tamen substatuit nostra Innocentiana, quæ in hac sola parte providit, non autem in aliis defectibus, quos ipsa translatio patitur, dum in reliquis omnia remanent in suo esse, & præsertim circa alias duas ejusdem Urbani Constitutiones, quarum una disponit, ut indulta transferendi non suffragentur pro pensionibus alias translatis, nisi de consensu Titularis, & altera, ut non suffragentur pro pensionibus reservatis super illis Ecclesiis, quæ possideantur per Cardinales, absque speciali mentione, vel nisi accedat ipsius Cardinalis consensu, idque ex declaratione ejusdem Urbani facta in plena Signatura Gratiæ procedit, quamvis Cardinalis Ecclesiam dimississet, ejusque amplius possessor non esset, quoties tamen esset reservatarius fructuum, quoniam ipso facto effectu, vel ratione, idem censendus est casus.

22 Circa nostræ Innocentiæ initia exorta est apud debiles quædam dubitatio, quæ verè non intrabat, an scilicet ad effectum transferendi mediæ tatem præcedere deberet cassatio integræ pensionis, ut de facto per aliquos imperitiis prædictam, sed iste fuit effectus claræ, & grossæ imperitiæ, quoniam nil prohibet fieri cassationem ipsius mediæ tatis transferendæ, alia mediæ tate remanente penes transferentem, cum sola qualitate, ut non sit transferibilis, eodem modo, quo sequitur, quando adest pactum, & conventio cum Titulari, ut pensio in toto, vel in parte non possit transferri, quamvis habeatur indultum, quoniam de talis validitatis conventionem non dubitatur.

24 Sed quoniam variæ sunt formulæ indultorum, quæ concedi solent super ista facultate transferendi; Notarii verò, qui de translationibus rogantur, forteque etiam earum consultores, & directores, hujusmodi diversitates non callentes, vel ad eas non advertentes, frequenter procedere solent cum aliquo formulario translationis, bene factæ in suo casu, quia esset conformis indulto, de quo agebatur in omni alio casu, quamvis diverso: eandem adhibendo formulam dissonantem ab Indulto, cujus vigore actus explicatur; Hinc resultant quæstiones super nullitate translationis, non infrequenter per Judices, & Tribunalis admista, procedendo cum regula, quod potius, & quod voluit adimplere nequirit, ita deservendo formalitati verborum, potius quam substantiæ veritatis, cujus contrarium faciendum est, ut frequentissima est mea dicendi, imò declamandi consuetudo, quamvis hætenus inutiliter, dum forenses pragmatici ab hoc vitio discedere nesciunt, cum in proposito attendi debeat substantia veritatis, quodque transferens, cupiens facere illum actum, in animo habuerit illum faciendi eo meliori modo, quo fieri potest, neque imperitia Notarii, vel directoris hæc voluntatem destrueret debet, illamque reddere elusoriam.

Ad occurrendum itaque hujusmodi inconvenientibus, oportunum judicatum est in calce præsentium adnotationum registrare hujusmodi Indultorum varias formulas, ut in casuum contingentiis Notarii, vel alii faciendarum translationum directores, inspicere possint, quomodo concepta sit facultas illius, qui translationem facere intendit atque ad illius normam, non autem in formula diversa explicent actum.

De duplici si quidem specie sunt hujusmodi Indulta, quarum una est illorum, quæ generalia, & perpetua dicuntur, quia nempe per aliquam Constitutionem Apostolicam, sive aliam speciem concessionis competant alicui Collegio, vel generi personarum, ut exempli gratia sunt Indulta, quæ concessa sunt Collegio Protonotariorum Apostolicorum, de numero Participantium, ac etiam alteri Collegio Abbreviatorum Majoris Præsentis, & quibusdam aliis Officialibus Cancellariæ pro summis, vel quantitativis, quæ in eisdem concessionibus explicantur, quoniam eo ipso, quod quid obtinet dictum Protonotarium, sive Abbreviatoriam, aut aliud officium in hoc privilegiatum, eo ipso habere dicitur hanc facultatem, in vim indulti generalis, concessi illi Collegio, vel generi, aut officio, absque necessitate alterius Indulti particularis. Quæ quidem facultas transferendi pensiones competit eisdem Protonotariis, etiam dimisso officio, dummodo tamen illud, saltem per triennium obtulerint, ex Constitutio-

ne Urbani VIII. sub die 5. Septembris 1629. cujus particula ad finem præsentis tractatus registratur. Similiter de prædictis Abbreviatoribus dicendum est, qui dimisso officio, per quinquennium illud jam exercuerat ex Constitutione Clementis X. in Bullar. Constit. 16. tom. 6.

Altera verò species Indultorum particularium, seu personalium, subdividitur etiam in duas alias species subalternas, quarum una participat magis de præcedenti specie generali, quia nempe sint Indulta, quæ concedi solent omnibus de quodam genere, vel ordine personarum, sed in singulis necessarium est proprium, & particulare, seu personale Indultum, sine quo non competit hæc facultas, quamvis persona sit de illo genere, vel ordine; Ut exempli gratia sunt Cardinales quoniam omnibus Cardinalibus uniforme concedi solet Indultum, quod eorum nemini denegatur, transferendi usque ad summam mille scutorum monetæ Romanæ. Sed si ille Cardinalis negligit Indultum expellere, non ex eo, quod sit in ea Dignitate constitutus, translationem facere poterit. Idemque sequitur in Episcopis assistentibus, ac etiam in secretis Cubiculariis, aliisque veris, & actualibus familiaribus Papæ, & Conclavistis, aliisque similibus, quoniam non eo ipso, quod sunt Episcopi assistentes, vel familiares Papæ, seu Conclavistæ competit eis hæc facultas, nisi expeditur Indultum, quod tamen respectu familiarium, & Conclavistarum non solet esse singulare, vel personale, sicuti est in Cardinalibus, & Episcopis assistentibus, quoniam unicum pro omnibus concedi solet.

Altera verò species magis particularis est illorum Indultorum, quæ singularibus personis, quibus Papæ gratificari placet conceduntur, ut præsertim verificari solet in Nepotibus, aliisque Papæ conjunctis, vel alias ei gratis, & benemeritis, cum deluper certa statui non valeat regula, dum illa magis ampla, vel restricta concedi debeat à genio, & stylo magis facili, vel difficili Papæ regnantis pro tempore dictarumque diversarum speciesum, ad superius enunciatum effectum, ut insinuatum est registratur formulæ, seu particula in fine hujus tractatus.

Stante autem prædicta diversitate Indultorum, ac Titulorum, ex quibus illa concedi solent, sive jam concessa sunt, cadit dubium, an in eis intret necne multiplicatio, præsertim postquam per superventam majorem dignitatem Cardinalatus, cessant omnes aliæ inferiores Dignitates, & munera, vel potius facultas minor confundatur cum superventa majori, ut puta, familiaris Cardinalis, est ejus Conclavista, deindeque dicto Cardinali assumpto ad Summum Pontificatum, efficitur ejus Cubicularius Secretus, & verus familiaris actualis, deindeque creatur Episcopus assistens, ac demum promovetur ad Cardinalatum, ut non infrequens praxis in Romana Curia istam docet gradualitatem, an scilicet quatenus obtineat tot pensiones, ut exerceri possint discretive omnes istæ transferendi facultates, illas exercere possit, vel potius ob superventam majorem Dignitatem, per quam absque speciali Indulto cessant alia inferiora munia Cubicularii, & Familiaris, & Episcopi assistentis cesset quoque facultas prædicta, ita ut solum competat illa major, ratione Cardinalatus. In hoc autem puncto non de facili datur casus, ut illum disputare oporteat de jure, cum tenor Indultorum dirimere soleat quæstionem, quod scilicet in Cardinalitibus de stylo semper adiciatur clausula *ut ultra alias similes, vel dissimiles facultates* ideoque non mirum si in Cardinalibus praxis docet, quod illam quoque exercere soleant facultatem; quæ eis prius tanquam Episcopis assistentibus, vel Papæ familiaribus, aut Protonotariis competebat, ut patet ex casu referendo in Theatro & ac sæpius vidi in aliis casibus practiacari; In aliis verò Indultis decisio pendet ex facto, an scilicet in eis dicta clausula contingatur, nec ne; Si enim contingatur cessat omnis ratio dubitandi, sed si non contingatur, & tunc intrat inspectio compatibilitatis, vel incompatibilitatis, ubi enim munia sunt comparabiliter multiplicabilia, & quæ insimul eodem tempore possunt retineri, & exerceri, tunc omnia competunt, neque unum cessat per alterum, ut exempli gratia contingit in eo, qui sit Pape familiaris in munere Præfecti Palatii, vel Præfecti cubicularii, sive Auditoris, ac etiam sit Episcopus assistens, ut frequens praxis docet, quoniam si quis sit Doctor, & Notarius, atque utrumque munus exercerat, ut in plerisque locis practiacari solet, præsertim Bononiæ, Florentinæ, Novocomi, & in plerisque aliis Civitatibus, non prohibetur gaudere privilegiis, quæ competunt Doctoribus, & Notariis, cum

cum similibus, sed si sint munera incompatibilia, tunc ad instar beneficiorum incompatibilium, per assuetudinem secundi cessat primum, quæ tamen incompatibilitas, excepto Cardinalatu, non de facili verificatur in praxi præterquam per Episcopatum actualis administrationis, & residentiæ, per quem vacant beneficia, ipsæque pensiones, nisi concedatur dispensatio retinendi, quæ non sufficit ut concessa sit super sola retentione, nisi etiam speciale detur Indultum super ista facultate transferendi, ad quam à retentione arguere non licet, ut alias dictum fuit, dum Episcopus Titularis in partibus infidelium istam incompatibilitatem non causet, ut alias etiam dictum est. Ista verò incompatibilitas in praxi verificabilis est in familiaritate Papæ, quoniam si fuerit quis familiaris unius Papæ, deindeque sit etiam familiaris Successoris unius, vel plurium, an scilicet gaudere debeat tot facultatibus, quod sunt variæ familiaritates, variæque Indulta per quemlibet Pontificem concessa, istoque casu, si in præcedentibus Indultis consueverit adici dicta clausula, quæ in aliquo posteriori non sit adjecta, tunc signum est voluntatis Papæ, qui illam adicere noluisset, quod hanc multiplicationem noluisset, ut sequitur est sub nostro Pontifice Legislatore, quia expressè talem multiplicationem damnare consuevit; Si verò adest clausula, dubitari potest, quod illa intelligenda sit de similibus, vel dissimilibus facultatibus compatibilibus, ratione diversitatis titulorum, non autem ratione ejusdem tituli familiaritatis, quoniam ista non est multiplicabilis, juxta ea, quæ habentur in sede Beneficiali, occasione agendi de duplici reservatione, vel affectione, resultante ab officiis, & à familiaritate Papæ, ubi deducitur exemplum de Doctore, quoniam si in multis Universitatibus unus, & idem homo doctoratus gradum susceperit, non per hoc est multiplex, sed unus Doctor. Adhuc tamen relinquatur cogitandum, quoniam cum occasio non præbuerit id in praxi disputare, neque in hoc statu concedatur otium perquirendi libros, non de facili maturum judicium desuper efformari potest, satis tamen praxi, vel observantiæ deferendum videtur.

- a De penson. disc. 50. 51. 52. ubi referuntur decisiones, & auctoritates, & in quibus agitur de materia.
- b d. disc. 50. & seg. & disc. 56. de penson.
- c disc. 29. de penson. d. de penson. disc. 57.
- d disc. 58. eod. tit. & infra n. 24. l. eod. tit. disc. 61.
- e eod. tit. disc. 62. & 78. juxta decisiones Caputaq. 14. & 213. p. 2. h. disc. 56. eod. tit. i. disc. 60. eod. tit.
- f de penson. disc. 17. n. 5. disc. 61. n. 2. de Jud. disc. 44. n. 16. m. d. tit. de pens. disc. 52. n. 2. n. disc. 53. eod. tit.
- o disc. 63. eod. tit. p. disc. 68. n. 12. & 20. eod. tit.
- q disc. 75. in princ. de penson.
- r de benef. disc. 3. sub n. 12. de pens. disc. 46. sub n. 18.

De actionibus, remediis, & juribus competentibus pensionario, tam contra primum Titularem, quam contra Successorem, & in specie de regressu, vel ingressu.

S U M M A R I U M.

- 1 Pro assuetudine pensione competit via executiva.
 - 2 Quare sit parum proficua, & non practiacabilis in pensionibus habentibus aliquam conditionem.
 - 3 Et quare intret oppositio suspensiva, & judicium ordinarium.
 - 4 Quod etiam in pensione pura, ista via executionis litterarum non sit ita proficua.
 - 5 Melior est via obligationis Titularis, afferentis veritatem valoris.
 - 6 Ista via non prodest cum successore, qui se non obligavit.
 - 7 Quando successor noviter provisorius teneatur facere istam obligationem.
 - 8 Quo casu stylus faciendi dictam obligationem sit tolerabilis.
 - 9 De cautione cum cedula bancaria, vel simili.
 - 10 De proficuo remedio iudicii possessori mantentionis.
 - 11 Translatario competunt eadem remedia, & privilegia.
 - 12 Sed non illud mantentionis.
 - 13 Quando dicatur acquisita possessio.
 - 14 Quomodo pensionarii sint solliciti de possessione.
 - 15 An dicta remedia competant contra successorem in beneficio, & quando hic teneatur de terminis decursis tempore prædecessoris.
- Car. de Luca de Statut. Success.

- 16 Quare isto casu non sit practiacabilis processus executivus.
- 17 Quando processus executivus non detur.
- 18 Extinctio pensionis, vel inefficacitate probari etiam potest per præsumptiones, & argumenta.
- 19 An pensionarius teneatur cavere pro assuetudine iudicii.
- 20 De remedio regressus, quando pensionario competat, & quomodo, & de variis ejus speciebus.
- 21 De remedio ingressus.
- 22 An executor litterarum ad favorem pensionarii dicitur delegatus, & commissarius, vel ordinarius, præsertim ad effectum sportularum.
- 23 An pro pensione non soluta, deveniri debeat ad censuram.
- 24 Quando Papa debeat interponere ejus auctoritatem pro moderatione processus executivi.

C A P. XVI.

Triplex parata est via pensionario contra possessorem Ecclesiæ, vel Beneficii gravati, pro consecutione pensionum, seu terminorum decursum, quarum prima est alia executionis litterarum Apostolicarum ipsius reservationis, quas receptum est habere viam, seu processum executivum, & non admittentem appellationem suspensivam, vel exceptiones dubias, & altioris indaginis, quoties non obstat defectus illarum justificationis, qui est infructuosus, ideoque attenditur, etiam in iudiciis executivis, ut in Sede Judiciorum habetur, agendo de executione litterarum Apostolicarum ubi quod dupliciter pensio viam executivam habet, primo scilicet ex generali prærogativa litterarum Apostolicarum, & secundo ex ejus peculiari ratione, eo quia speciem habet alimentorum.

Verum ista via proficua quidem, & opportunè est in illis pensionibus, quæ motu proprio, & pure, absque alia explicita, vel implicita conditione fin reservata, juxta distinctiones, de quibus supra cap. 5. secus autem in illis pensionibus, quæ aliquam explicitam habent conditionem ut sunt illæ, quæ reservantur super Ecclesiis Cathedralibus, vel Parochialibus, cum clausula *dummodo remaneant mille pro Episcopo, vel centum pro Rectore, sive dummodo tertiam, vel quartam partem non excedant*, quoniam cum sit onus pensionarii actoris justificare implementum, seu purificationem conditionis, sub qua concessa est gratia, cujus executionem petit, ac propterea justificare debeat valorem, qui ex deductis supra cap. 12. & alibi, est difficilime probationis, hinc sequitur, quod non de facili practiacabilis est processus executivus, ob suspensivam appellationem, cadentem non quidem ab ipsis litteris Apostolicis, earumque executione, sed à liquidatione, seu canonizatione sufficientis probationis valoris; Unde propterea prius quam adveniret cautela, de qua proxime infra, & alibi pluries enunciata, rari erant casus, in quibus hujusmodi conditionales pensiones effectum fortiterent.

Idemque adamusim procedit in illis pensionibus, quæ licet non habeant conditionem explicitam, illam tamen habent implicitam, ut sunt illæ pensiones, quæ reservantur ad supplicationem, cum narrativa valoris per ascensum, quoniam intrat idem pensionarii actoris onus justificandi valorem narratum, & per consequens resultat idem effectus.

Et nihilominus, data etiam justificatione, sive quod ista necessaria non sit, quia nempe tractetur de reservatione pura, & motu proprio, adhuc tamen, cum in vim litterarum concedi soleat immissio, ejusque loco mandatum executivum, ad ipsius Ecclesiæ beneficii gravati fructus, idcirco super his tantum exercibilis est hæc via, non autem in persona, & bonis propriis Titularis, nisi pro fructibus per eum perceptis, & consumptis; quod exigit justificationem, non de facili practiacabilem, & quæ habet eandem difficultates super liquidatione, vel justificatione an adit sufficiens necne, ideoque ex pluribus ista via videtur involuta, parumque plana, & proficua ab obtinendum promptè intentum.

Alterà itaque via melior est illa, quæ resultat à cautione enunciata superius dicto cap. 5. & 12. & alibi, à præfatis difficultatibus exorta, obligationis nempe Titularis solvendi pensionem, etiam de proprio, & afferendo informatum de valore, & de capacitate, & per consequens de purificatione conditionis; affumendo in se onus probandi contrarium, quoniam tunc pensionario agenti pro executione obligationis, nulla ex præmissis difficul-

difficultatibus obstat, & per consequens licet iste consensus, & obligatio respectivè non tollat titulari facultatem probandi incapacitatem; Nihilominus interim non retardatur processus executivus, donec per rem judicatum, vel tres conformes finem habeat processus ordinarius ab ipso Titulari assumptus, cum isto casu intret propositio, actio clara, exceptio autem turbida.

Verùm ista via valde quidem opportuna, & proficua est, cum ipso Titulari, qui consensum præstitit, dictamque fecit obligationem in forma Cameræ, cujus vigore mandatum executivum competit, etiam contra personam, & bona propria, sine dicta restrictione ad immisionem super fructibus Ecclesiæ gravatæ, non tamen prodest cum novo Titulari successore, cum quo dicta cautela practicata non sit, ut etiam superius dicto cap. 5. & 12. & alibi dictum est. Unde propter contingente vacatione Ecclesiæ gravatæ pensionarii solent esse solliciti de eadem obligatione noviter provisi, quo renente cadere solet dub. am. an teneatur illam facere, atque resolutio pendere videtur a stylo, qui (ut pluries dictum est) dicendus venit istius materiæ principalis regulator, & qui istius præsupponitur vigere in pensionibus Cardinalitibus, & Palatinis. Adhuc tamen in aliquorum casuum contingentibus, præsertim circa initia mei muneris Auditoris Papæ, quando agebatur de Ecclesiis Cathedralibus, vel Metropolitanis (super quarum provisione præstatum munus in parte versatur) quas sciebam esse nimium gravatas, & verè incapaces illius pensionis, adeo ut neque remaneret medietas congruæ Conciliaris, nolui permittere hujusmodi styli praxim, quod ansam dedit, ut pensionarii inducerentur ad honestam diminutionem, seu reductionem. Siquidem iste stylus tollerabilis est, atque à probabilitate non alienus, quando sufficienti habeatur notitia capacitas Ecclesiæ, quodque ista cautela adhibeatur ad occurrendum fraudibus, & malitiis provisorum, qui postquam obtinuerunt intentionem, pro quo obtinendo faciles solent esse ad omnia, & non sine vehementibus instantibus procurant Ecclesias, quantumvis gravatas, curant postea cum litibus ab onere se eximere, & sic ubi agatur de justa, & honesta cautela, ad occurrendum fraudibus, & calumniis, non autem ubi revera consistet de incapacitate, quoniam tunc stylus dicendus est potius corruptela omnino damnabilis.

Eademque distinctio adhibenda videtur in illa cautione, ad quam provisi de Ecclesiis, & beneficiis cogi solent, cum præstatione scilicet cedulæ bancariæ, pluries in præcedentibus enunciata, sive præstationis fideiussoris, aut atterationis locorum montium, vel (ut quandoque vidi practitari) cum anticipata solutione alicujus notabilis summæ pecuniarum, loco cautionis, quoniam ubi hujusmodi cautiones justum, & probabile habeant motivum eo modo, quo habent, ubi agitur de pensionibus ultra montes ex deductis sup. cap. 9. puta quia provisor etiam intra montes non fit facilis coactionis, & tunc id admittendum sit, secus autem ubi sit ad effectum cogendi ad solutionem pensionis excessivæ, & cujus verè Ecclesia fit incapax, quoniam tunc dicendus est abusus, & corruptela.

Tertia via, pensionario magis etiam proficua, quam prima, est illa, quæ competit in vim possessionis exigendi, in qua per Titularem constitutus fuerit mediante solutione aliquorum terminorum, vel etiam unius tantum, imò, & partis, quæ sufficit ad constituendum pensionarium in hac possessione dummodò solutio partis facta sit in causam totius, secus autem ubi limitat ad illam partem. Ita namque possessio accedente, b competit pensionario summarissimum possessorem retinendæ, seu manutentionis, quod valde proficuum est, non quidem ut relevet pensionarium ab illo justificationis onere, quod sibi incumbat, sed quia interim non retardatur solutio, pendente judicio ordinario super justificatione, quod exigit rem judicatum, vel tres conformes, atque non admittuntur exceptiones respicientes petitorum, quantumvis relevantes, etiam illam inhabilitatis ob defectum Clericatus, vel illam non expeditiois litterarum, requiritur tamen, ut saltem consistet de supplicatione, de qua etiam constare debet in judicio executivo obligationis Cameralis, quando ista adit juxta aliam cautela adhiberi solitam, ut etiam alias animadvertitur est superius, ubi etiam insinuatum est, quod licet istud remedium non fit adeo proficuum, sicut est secundum obligationis, quoniam non relevat ab onere justificandi, sicuti relevat obligatio, nihilominus est magis proficuum, quam illud, ex eo, quod afficit etiam successorem, dum

in hoc judicio possessorio attenditur persona possessoris, & actoris.

Quamvis autem omnia hæc tria remedia, sive omnes istæ tres viæ sint communes tam primo reservatario, quam etiam translatorio, cui competunt eadem remedia, & privilegia, dum eadem est pensio, atque, ut insinuatum est in cap. precedenti, translaturus juvetur etiam possessorem transferentis ad alios effectus, & præsertim ad illum justificationis gratiæ, ubi possessio sit longissimi temporis, ideoque translatorio ex possessione transferentis competere deberet quoque præstatum remedium summarissimum possessorii manutentionis, nihilominus de eodem stylo Curie, hoc remedium sibi non competit, sed practicitur illud immisionis.

Quando autem acquisita dicatur ista possessio, necne, quæsitio est potius facti, quam juris, an scilicet solutio facta sit per ipsum Titularem, vel ejus mandatarium, qui ad hoc sufficiens habeat mandatum, expressum, vel præsumptum, sed quoniam magna, forteque naucautiva esset digressio, recensendo omnia, qua scribentes desuper involvunt, idcirco sufficit se referre ad ea, quæ late cumulat modernus Postius, qui elaboratum tractatum super hoc manutentionis remedio compilare profectus est, & quidem diligenter. Ut autem possessio hunc operetur effectum, acquisita esse debet congruo tempore, & in statu non suspecto de fraude, & collusionione, ideoque illam non inducunt in præjudicium successoris illæ solutiones, quæ per Titularem factæ sint postquam desit esse beneficii possessor, aut de tempore, quo imminerebatur sui juris expiratio per mortem naturalem, puta in statu infirmitatis, vel per mortem civilem, quia imminerebatur immutatio status conjugalis, vel alias incompatibilis.

Pro isto itaque proficuo remedio obtinendo solliciti esse solent pensionarii in ipso initio reservationis, & provisionis Ecclesiæ respectivè reportare solutionem unius termini, vel ejus partis, quamvis anticipatam, & licet adhuc provisor non esset possessor, nulloque percepisset fructus; quinimò licet adhuc pensio esset de futuro, effectum non sortitura, nisi post cessatas alias antiquas pensiones, juxta superius deducta in c. 8. agendo de pensionibus eventualibus, ut patet ex casibus recensitis in consuetâ istius materiæ Sede.

Procedunt hæc, tam contra primum Titularem, in cujus provisione reservatio pensionis facta est, quam etiam contra alios ejus successores in beneficio gravato pro terminis tamen decursis de tempore, quo ipse successor fuit possessor beneficii. Ubi verò pensionarius contra successorem agere velit pro terminis decursis tempore prædecessoris, & ab eo non exactis, tunc receptum quidem est istam actionem competere etiam contra successorem, & super fructibus futuris annorum sequentium, quod quidem in bona ratiocinatione asperum, parumque probabile videtur, siquidem cum è converso sit receptum, quod pensio non afficiat ipsum beneficium, neque substantiam ejus bonorum, sed solum importet quandam participationem fructuum singulorum annorum, & temporum, tanquam per speciem charitativæ subventionis alimentariæ pensionarii, ex deductis cap. 2. & alibi, hinc non videtur quomodo hæc possint simul stare. Sed quoniam dicta propositio recepta est cum illa qualitate, seu conditione, ut constare debeat de diligentibus per pensionarium adhibitis contra prædecessorem, & super illis fructibus, vel re collectis, ex quibus terminis tunc decursi debiti erant, adeo ut non exactio non possit ejus negligentia, vel culpa imputari, g idcirco, stante necessitate istius justificationis, non de facili practicabile est processus executivus, quoniam successor Titularis appellare poterit, etiam ad effectum suspensivum, non quidem ab ipsa obligatione solvendi terminos decursos, quæ à jure, vel à stylo resultat, sed à canonizatione, quam Judex facit de dicta probatione sufficientium diligentiarum, eodem modo, quo pluries dictum est de justificatione valoris, aliorumque narraturum.

Prout licet certa fit suprascripta regula processus executivi competentis pensionario, adeo ut per Signaturam Justitiæ rescribi solet cum clausula *Non retardat solutione*, quæ plus importat, quam clausula *sine præjudicio* adicij solita in aliis processibus executivis, ut in suis Sedibus habetur; nihilominus quando facti circumstantiæ aliquid probabilem inducant turbiditatem, solet ab eadem Signatura Justitiæ, & quandoque ab illa Gratæ rescribi *de appellatione*, sive cum clausula translativa executionis,

nis, vel quandoque per Signaturam Gratæ (cum potestas Signaturæ Justitiæ ad id se non extendat) ad evitandum rigorem superius enunciati summarissimum possessorii manutentionis, concedi cumulatario possessorii cum petitorio, quod tamen certam non recipit regulam, cum totum pendeat ad arbitrio, regulando ex singulorum casuum qualitate, & circumstantiis, præsertim verò de stylo id practicitur solet ubi accedat diuturnitas longi temporis, in quo pensionarius non solverit, neque pulsatus fuerit, dum id aliquam inducit præsumptionem extinctionis, vel annullationis pensionis, ob inverisimilitudinem hujusmodi negligentia, vel silentii, adeo longævi, dum etiam per præsumptiones, & aminicula probatio extinctionis, vel in effectuationis pensionis quandoque admittitur, ex deductis in hujus materiæ consuetâ sede.

Stantibus autem tot privilegiis, & favoribus pensionarii totque rigoribus contra Titularem, omnis justitiæ, & æquitatis ratio ex regula *secundum naturam* etc. exigere videretur ut Titulari dictum processum executivum, & rigorotum patienti, consulum esse debet super securitate recuperandi id, quod interim pendente judicio nullitatis, vel reductionis pensionis, cogitur solvere, mediante cautione præstantia pro pensionarium de restituendo interim exactum, & pro assecuratione judicii, & ne istud elusorium remaneat. Verum idem stylus, omnimodus istius materiæ regulator, id non amittit, & non practicat; Itaque est una ex rationibus, ob quas Titulares, quamvis excessivè gravati, coguntur gemere sub jugo, & abstinere ab assumptione, vel prosecutione hujusmodi litium, ut pluries in præcedentibus insinuatum est.

Aliud quoque ad favorem pensionariorum proditum est remedium, quando alia, de quibus supra non proficit, regressus nempe ad ipsum beneficium, quod tamen verificari solum videtur in illo pensionario, qui prius idem beneficium obtinebat, illudque resignavit cum reservatione pensionis; Unde propterea non prodest aliis pensionariis, qui beneficium non profuderunt, minusque ejusdem resignantem translatorio, dum pariter iste nunquam beneficium obtinuit, & per consequens in eo verificabilis non est terminus regressus, qui importat restitutionem, sive reassumptionem, non verificabilem in eo, quod nunquam habitum fuit. Quinimò frequenter datur casus, quod neque regressus practicabile remaneat in ipso resignante, ob assumptionem status incompatibilis, quia nempe beneficium dimiserit, ut assumeret statum conjugalem, vel regularem, cum Indulto retinendi pensionem, cum similibus.

Quando tamen iste regressus sit practicabile, ille de duplici est specie; quarum una dicitur, juxta formulam antiquam, & altera juxta modernam. De antiqua si quidem dicitur, quando pensionarius de isto remedio sibi consili sollicitus non fuit, sed ad illud recurrit ex dispositione, vel equitate juris, istaque species parum, forteque nihil proficua est, utpote nunquam, vel nimium raro ad praxim deducibilis, tum quia exigit formalem canonizationem in judicio ordinario per rem judicatum, vel tres conformes, tum fortius quoniam istud remedium fundatum est in malitia, & protervia Titularis, unde propterea quilibet justus, vel colorata causa excusat. De altera verò specie moderna dicitur, quando in ipsamet reservatione pensionis conceditur iste regressus in quocumque casu impugnationis, vel reductionis, aut denegationis solutionis, cum tunc id redoleat speciem conditionis, sub qua resignans dimisit beneficium, ideoque ubi etiam impugnatum aliquod habeat justum motivum, non admittitur excusatio, atque pro executione litterarum Apofolicarum continentium hunc regressum, conceditur immisso cum processu executivo. In autem regressus competat pro augmento sequuto post resignationem, videndum in eadem consuetâ hujus materiæ Sede.

In præmissis autem casibus, in quibus verificabilis non est regressus, quia nempe pensionarius nunquam possederit beneficium, moderni ad invenerunt quoddam aliud remedium, quod dicitur ingressus, non quidem pro meo sensu, ut pensionarius affequatur beneficium, cum id nullum videatur habere probabile fundamentum, sed ut pensionario ita concedatur quædam species tenentæ, & administrationis, ut ita possit sua manu fructus percipere, sibi que satisfacere, ac etiam ut ita beneficiis, privatis administratione, & fructuione beneficii, tradito affectus inducatur ad satisfaciendum, atque ita comprimatur ejus malitia retinendi beneficium, illiusque fructibus potiendi, & non solvendi onus.

Card. de Luca de Statut. Success.

Super Judice autem præfata remedia exequentem, & præstantem ad favorem pensionarii, cadere solet dubium, an censendus veniat Delegatus, aut juxta usum loquendi Curie, Commissarius, vel potius Ordinarius, idque præsertim ad effectum sportularum, quæ sub vocabulo propinæ in Curia solent explicari, dum tam ex dispositione juris communis, de qua plene agunt moderni, tractantes de materia, salarii, o quam ex Constitut. Pauli V. super reformatione Tribunalium, sportulæ debentur solum Judicibus Commissariis, non autem Ordinariis; Atque ubi agitur de executoribus specialiter, & expressè, deputatis in litteris, adeo ut alias per se ipsos cum eorum propria auctoritate non habeant jurisdictionem procedendi ad executionem, & tunc sine dubio sint Commissarii; Ubi verò agatur de illis Judicibus Ordinariis, qui talem habeant jurisdictionem jure proprio, etiam absque speciali delegatione, ut est in Curia Auditor Cameræ, qui est generalis executor litterarum Apofolicarum, & tunc non est expressè nominatus, & datus executor in litteris, absque dubio dicitur procedere tanquam Judex Ordinarius, ideoque propinam exigere non potest, sed si est deputatus executor specialis, tunc Congregatio Reformationis Tribunalium declaravit ipsum esse non debere inferioris conditionis quolibet alio Prælato, & per consequens ceteri Commissarius, & posse exigere propinam.

Procedunt autem hæc, in prima, & directa executione litterarum reservationis pensionis, quæ adhuc effectum sortitur non sint, quamvis hæc prima, & directa executione petatur per translaturum, quia non fuerit adhuc sequuta ad favorem transferentis, secus autem ubi exacta sunt, suumque effectum jam habuerint litteræ reservationis, translaturus autem insitet pro ejus immisione, pro qua exhibeat tam litteras reservationis, quam alias litteras super indulto transferendi, ipsamque translationem, quoniam hæc exhiberi dicuntur tanquam jura, & quilibet Judex Ordinarius potest desuper providere, & per consequens non intrat propina, ut ab eadem Congr. reformationis declaratum fuit, & ego feci practicare, etiam cum restitutione propinarum isto casu perceptarum.

Solent Judices in Curia in ista materia faciles esse ad relaxationem censurarum contra Titulares, ob non solutionem pensionis, verum in hoc dignosci videtur aliquis abusus, cum ad hoc remedium deveniri non debeat, nisi in subsidium, & quando verè consistet de calumnia, & protervia, atque nosse legislator, nunquam usque adhuc facultatem tribuere voluit ut contra Episcopos, etiam ad interdictum, vel suspensionem ob istam causam, deveniant, & quidem commendabiler.

Cæterum quamvis theoreticè, & practicè receptum sit assumptum, de quo supra, ut etiam in pensionibus, habentibus conditionem derivantem à clausula *Dummodo*, etc. sive quia sint reservatæ ad supplicationem, cum narrativa valoris per ascensum, adhuc intret processus executivus, atque cesset in pensionario necessitas justificationis, quando adhibita sit pluries enunciata cautela, quod Titularis afferendo se informatum de valore, & de capacitate præstet consensum, & se obliget ad solutionem, affumen in se onus probandi contrarium: Nihilominus quando facti qualitas, & circumstantiæ ita suadeant, justum, & rationabile videtur, ut Pontifex faciles, ac promptas præbendo aures Titularium nimium gravatorum recuribus, & conquestionibus, habitisque veritatis sufficienti informatione extrajudiciali, suam interponat ex officio supremam, & extraordinariam auctoritatem, cum que præfatus rigor temperetur, atque oppressarum Ecclesiarum indemnitas consulatur, committendo alicui Congregationi, vel magno Tribunali, ut suspendendo dicto rigore processus executivi; summarie, sola facti veritate inspecta, justitiam negotii principalis attendat, & terminet, eo modo, quo idem Papa in Signatura Gratæ, & quandoque etiam in camera concedere solet cumulationem petitorii cum possessorio, sive suspensionem, aut rejectionem purgationis attentatorum, vel spoli, ex deductis in Sede Judiciorum, & alibi, ut in facti contingentiâ practicanum consuebam. Cum enim defuncto quodam valde qualificato Episcopo, habitus esset cum supplici libello recursus ad Pontificem nostrum Legislatorem per novem, vel decem Parochos se conquerentes, quod nimium gravati essent pensionibus, reseratis ad favorem nepotis Episcopi, cum dicta cautela quam inviti, neque coacti effugerent non poterunt adeo ut non solum eis non remaneret congrua Co-

liaris, expressè reservata in litteris Apostolicis cum clausula dummodo centum, sed neque medietas illius minoris congruè scilicet 50. quæ debita est Vicarii parochiarum unitarum, referendo dictum supplicem libellum, tanquam Secretarium memorialium, dicebam, quod si iste recursus haberetur per unum Titularem, rescribendum veniret, quod videretur jure suo cum remediis legalibus, ut frequens est consuetudo rescribendi, sed quoniam iste videbatur eisdem recursus generalis, atque habebatur plena probatio, vel magnus fumus veritatis narratorum, & impossibilitatis recurrentium assumendi, & substituendi hanc litem in iudicio ordinario, quodque non poterunt dictam obligationem recusare, magnam apud me malam impressionem faciente illa circumstantia, quod omnes dictæ pensiones ad solum favorem divitis, & bene provisi nepotibus essent reservatæ, idcirco consului, ut negotium summarie, & sola facti veritate decidendum remitteretur Sacræ Congregationi Concilii, quod ansam dedit cuidam honesto temperamento concordari, ac propterea ut infinuatum est, commendabiliter agent Datarium, aliique Datarie Officiales non de facili admittendo hujusmodi reservationes, nisi prævia diligenti informatione valoris, aliunde, quam ex Episcopi, vel provisi assertionem, cum præfata cautela sit affectata, potiusque in provisis coacta, quam vera, & voluntaria.

- a De jud. disc. 43. n. 17. & seq. de pens. disc. 38. & 57.
- b disc. 30. 36. & 37. eod. tit. c disc. 30. n. 5. eod. tit.
- d disc. 17. n. 5. & disc. 61. n. 2. eod. tit. de pens. & de jud. disc. 44. n. 16. e disc. 5. de pens. f disc. 1. de pens.
- g disc. 19. n. 5. & 14. disc. 31. n. 8. & 9. eod. tit.
- h disc. 67. num. 5. & disc. 70. num. 8. eod. tit.
- i de pens. disc. 31. n. 5. & de jud. in Annot. nu. 44.
- l disc. 12. de pens. m disc. 85. eod. tit.
- n Eod. disc. 12. o Zaccb. de Salar. q. 72.

De solutione pensionis tam circa locum, quam circa monetam, & tempus, vel terminos, in quibus facienda sit.

S U M M A R I U M.

- 1 DE loco, in quo fieri debeat solutio pensionum.
- 2 De temporibus, in quibus eadem solutio fieri debeat.
- 3 Præscriptio terminorum non percutit substantiam, sed solum ordinem, & commoditatem solvendi.
- 4 Possessor beneficii teneatur ad solutionem termini, in quo ipse possidet, licet nullos perceperit fructus.
- 5 Præscriptio terminorum non præjudicat.
- 6 Dataria non solet reservare pensiones in moneta imaginaria, sed vera.
- 7 Describuntur variae species monetarum.
- 8 In dubio pensio censetur reservata in moneta loci beneficii.
- 9 Quæstiones circa monetam super quo cadant.
- 10 Quod augmentum monetæ veræ cedat commodo pensionarii.
- 11 Quid accedente longissimi temporis observantia in contrarium.
- 12 Si moneta, quæ est in obligatione non de facili haberi possit, admittitur solutio in æquivalenti moneta regionis.

C A P. XVII.

Super loco faciendæ solutionis, in diuturna mea forensi vita, occasio non præbuit disputare, neque ab aliis disputatum esse audivi, quia fortè pro frequentiori praxi in litteris reservationis id solet exprimi, atque designari locus Urbis; Ubi verò hæc expressa destinatio non habeatur, adeo ad juris dispositionem, vel rationem fit recurrentium, certum videtur, ut attendi debeat locus beneficii, in quo Titularis hanc fructuum portionem pensionario, tanquam quodammodo consorti, vel participi, & non alibi præstare teneatur, talisque est praxis. a

Super tempore autem, in quo solutio pensionis faciendæ sit, adeo de hoc solum fit quæstio inter pensionarium, & Titularem, an scilicet cessarit necne dies, ob quam pensionario aperta sit, & competat actio cogendi Titularem ad solutionem debiti maturati, pariter nullæ, vel nimium raræ solent esse quæstiones, quoniam illas dirimit lex in ipsis litteris reservationis adici solita statuentem scilicet cujuslibet annualitatis duos terminos, qui esse solent vel in diebus Nativitatis Sancti Jo: Baptistæ, &

Nativitatis D. N. Jesu Christi, vel in diebus Annuntiationis, & Nativitatis B. M. Virginis, ita dimittendo annum, adeo ut cuilibet terminus imporet spatium sex mensium.

Et quamvis istorum terminorum præscriptio non percutiat substantiam debiti, neque alteret illum ordinem, qui attendendus est in regulatione anni pensionarii, & in repartitione pensionis inter prædecessorem, & successorem beneficii, sive intermedium ejusdem beneficii administratorem, illius vacatione durante, aut inter Titularem, & hæredem pensionarii, cum de his agatur in cap. sequenti, ubi de supputatione temporum, & de modo regulandi annos fructuarios, vel recollectas, juxta singulorum fructuum diversas species, & qualitates, dum ista præscriptio terminorum, facta solum dicitur gratia commodioris solutionis, vel exactioris respectivè, atque ut tollantur lites quando fructus percepti sint necne, sed certò sciatur dies, quæ interpellat pro homine, & per quam Titularis sciat se effici debitorem, & è converso pensionarius sciat sibi apertam esse actionem ad petendam illam ratam, sive illum terminum; Nihilominus iste resultat effectus, ut post cessam illam diem pensionario detur jus, vel actio pulsandi, & cogendi Titularem, qui tunc sit beneficii possessor, quamvis brevissimi temporis ejus possessio sit, adeo ut nullos adhuc perceperit fructus, quoniam acceptando beneficium gravatum, ita quasi contraxisse dicitur, atque se implicite obligasse ad hanc solutionem, actione sibi remanente pro ejus indemnitate, & reintegratione adversus prædecessorem, vel alterum, qui percepisset fructus, ex quibus ea solutio faciendæ est. b

Ordo autem prædictus, qui statuitur in litteris, attendi quidem debet in genere pro futuris temporibus, ad effectum, de quo supra, sed respectu initiationis, vel maturationis primi termini non curatur ordo scripturæ, qui ex errore scriptoris litterarum, in dubio præsumendus, sit præposterè adjectus, quia nempe cum attento tempore reservationis, deberet primò exprimi terminus Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, exprimat primo loco terminus superveniens Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, quoniam hoc non obstante, attendi debet ille terminus, qui est primus post reservationem, nisi appareat de voluntate expressa, vel etiam tacita, & ex probabilibus argumentis deducta, quod id misteriosè factum sit, ad effectum eximendi Titularem ab illo primo semestri, qui alias debitus esset. c

Graviores itaque, & frequentiores apud nostros Majoris, ac etiam nostræ ætate consueverunt esse quæstiones circa monetam, in qua pensio solvi debeat, non quidem super genere monetæ, in qua facta sit reservatio, quoniam Datarie stylus non est reservare pensiones in moneta imaginaria, qualis præfertim in notabili parte Italie est illa, quæ litarum, vel librarum dicitur, & in qua majus esse solet commercium, sed solent pensiones reservari, vel in ducatis cameræ, qui constantur ex uno scuto auri stamparum novarum, & uno julio, ut ita supplicatur valor veri ducati Romani, vel scuti aurei larghi, seu solis, ex deductis in suis sedibus d vel in præfatis scutis auri currentibus, quorum valor est uno julio minus, quam sint prædicti ducati Cameræ, vel scuti aurei larghi, vel in scutis monetæ Romanæ, qui constantur ex decem julis, vel paulis vel in scutis, aut ducati monetæ regionis, seu loci beneficii gravati, qui solet importare circumcirca idem, quod scutum monetæ Romanæ, cum aliqua alteratione valoris, ut exempli gratia sunt Ducati Regni Neapolitani, qui constantur ex decem carolinis argenti, qui carolini important ferè idem ac julii Romani, cum aliquo minori valore intrinseco scutorum circiter quique pro centenariis atque in Civitate Mediolani sunt illi Ducatoni, qui dicuntur de cuneo g & similes, consistentes in moneta vera, non autem in imaginaria, ideo cessat omnis quæstio ex facto, ex tenore scilicet litterarum unam, vel alteram speciem monetæ specificantium, sed si litteræ dicant de scutis, vel ducatis simpliciter, intelliguntur de illis locis seu regionibus, ut quandoque practicitur solet, præsertim in pensionibus, quæ reservantur super Ecclesiis, quæ providentur ad præsentationem, vel nominationem Regum h ideoque super hoc puncto, in qua scilicet specie monetæ reservata sit pensio, non de facili cadere solent quæstiones, quæ tamen consueverunt esse frequentes ratione variationis pretii, seu valoris hujusmodi monetarum, adeo ut five agatur de moneta vera inferiori regionis, sive de dicta moneta imaginaria, præsertim litarum, seu librarum, ille scutus auri, vel ducatus Cameræ, aut scutus verus argenti regionis de tempore

post reservationem constituerentur cum minori numero juliorum, seu carolorum, vel respectivè librarum, quam constituatur de tempore, in quo faciendæ est illa solutio, quæ controversiæ occasione præbet, cujus scilicet damno, & respectivè lucro cedat hoc intermedium augmentum; Ut exempli gratia, scutus aureus stamparum antiquioribus temporibus valebat julis undecim, nunc autem valet julis quindecim; & aliquid plus, atque Ducatonus Cunei Mediolani valebat libris . . . nunc autem valet libris . . . idemque in scutis argenti Januæ, & similibus, de quibus plura in suis Sedibus; Potissimè verò dubium intrat quando de præterito servatum fuerit, per notabile tempus fieri solutiones in julis, aut libris, aliaque specie monetæ veræ, vel imaginariæ loci, quæ prius adæquaret valorem monetæ veræ, in qua facta est reservatio, de præfati autem non adæquet, sed importet longè minus.

Ita verò quæstio apud nostros majores visa est nimium difficilis, & involuta, adeo ut infinuatis locis mox citatis, aliqui moderni multas desuper dixerint simplicitates, Verum hodie res plana esse videtur, cum receptum sit, ut quoties agatur de moneta vera, quæ sit, & repariatur in rerum natura, in illa fieri debeat, & respectivè possit solutio, non curato augmento, vel respectivè decremento interim ex tempore, vel accidentibus supervento. Quemadmodum enim si casus dedisset, notabilem fieri diminutionem valoris illius monetæ, in qua facta est reservatio, utique Titularis dicere posset velle in ea solutionem pensionis facere, atque pensionarius id recusare non posset; Ita è conversò, ex regula secundum naturam &c. vel ex altera correlativorum. Idque adeò verum, quod etiam si in ipsa reservatione exprimeretur valor monetæ, qui tunc curreret, adhuc intelligendum esset demonstrativè, & ad exprimum id, quod tunc inerat, non autem taxativè, juxta casum in celebri Capuana pensio, quæ circumfertur tanquam magistralis, quod reservatio facta erat in scutis auri ad rationem carolorum 12. pro quolibet, quia tunc tanti in regione scuti auri crebarent, non per hoc tamen ad hanc summam pensio taxata, seu restricta censetur, nisi aliunde ex voluntate reservantis, vel ex conventionem partium constet de taxativa. l

Et quamvis ubi accedat longissimi temporis annorum triginta, vel quadraginta observantia continuata, & uniformis solvendi in diversa specie monetæ minoris valoris, dubitari possit, ex aliquorum canonum dispositione, an hæc diversa taxa inducta sit: nihilominus in pensionibus vitalitatis, & personalibus, de quibus agitur, casus videtur idealis, & non de facili verificabilis in praxi, ideoque inanis labor est super illo immorari, ejusque disputationem assumere, cum ista dubitanti ratio cadere solet in pensionibus perpetuis, in quibus longissima, & diuturna observantia uniformis est verificabilis, & tamen etiam in eis probabilis est, hanc dubitanti rationem non intrare, juxta deducta occasione casuum particularium in ejus consuetæ Sede, ubi videri poterit. m

Ubi verò casus præbet, frequenter quidem contingibilis, extra Curiam in pensionibus reservatis in ducatis cameræ, vel scutis auri, aut etiam in scutis monetæ Romanæ, vel similibus, quod difficile, nimiumque incommodum sit habere illam monetam in specie, utpotè in regione raram, tunc ex quadam æquitate, valde quidem rationabiliter est receptum, ut debitor admittatur ad solutionem in moneta loci, seu regionis, quæ tamen æquivaleret valori monetæ debitæ, tam in valore intrinseco, & accidentaliter quia nempe ob ejus inferioriorem qualitatem de facto minus valeat, quam fit valor, de jure, n & in summa tanti solvendum est quanti solvere oporteret promittendo illo scuto auri, vel alia specie monetæ debitæ. eo modo, quo practicitur in cambiis, quorum contractus propriè, & originaliter ista occasione, sive ad hunc effectum inolevit.

- a In casu de quo disc. 127. de regal. b disc. 26. de pensio.
- c Disc. 26. nu. 5. & disc. 29. n. 2. de pensio.
- d De benef. disc. 89. num. 1. 5. & seq. & de alien. & contrav. prohib. disc. 10. n. 3. & alibi.
- e De regal. disc. 126. f d. disc. 126. de regal. g disc. 10. de alien. & contrav. prohib. h de regal. disc. 127.
- i d. disc. 89. de benef. disc. 10. de alien. & contrav. prohib. disc. 140. de credito disc. 34. & seq. de pensio. in irrad. de locis montium cap. 4. & alibi sæpius.
- l d. disc. 34. & seq. de pensio. & in aliis locis prox. citatis. m d. disc. 34. & seq. de pensio. n eisdem locis mox citatis.

o de cambiis disc. 27. & in Florentina cambiorum, seu negotiationis inter varia vota.

De concursu, vel ordine prælationis plurium pensionario super fructibus ejusdem beneficii gravati. Et de alio concursu passivo, vel contributione prædecessoris, successoris, vel plurium possessorum beneficii gravati in solutione pensionum.

S U M M A R I U M.

- 1 Inter pensionarios diversorum temporum attenditur ordo temporis, & anterioritatis.
- 2 Inter illos autem ejusdem temporis concursus est æqualis.
- 3 Quid ubi adsit inæqualitas in nominatione, quia diversis temporibus sint nominati.
- 4 An conclusio, de qua num. 1. procedat pro pensionibus annorum decursum super fructibus anni currentis.
- 5 De casu, in quo pensionarius posterior sit anterioribus posterior.
- 6 Pensionarii vincunt creditores Titularis, quantumvis anteriores.
- 7 Ac etiam præferuntur Capitulo, vel Collegio habenti jus accrescendi beneficio vacante, vel beneficiato non inserviente.
- 8 De concursu, vel contributo in solutione pensionis inter Titularem prædecessorem, & Successorem, & de regulatione anni quomodo fieri debeat.
- 9 Et de concursu inter illum, ad quem pertinent fructus certi, & illum, ad quem pertinent distributiones quotidianæ, aliaque incerta remissivè.

C A P. XVIII.

Quando plures pensiones diversis temporibus, & per separatam provisionem reservatæ sint ad favorem diversarum personarum super eisdem Ecclesiæ fructibus, tunc ubi omnes æque concurrant pro eadem currenti annualitate, sive pro eisdem terminis illius anni, in quo recollecti sunt fructus, super quibus est concursus, planum, ac receptum est, ut procedendum sit cum vulgari regula qui prior &c. ut prior in tempore sit potior in jure. Ideoque attenditur ordo reservationum, ex regula apud Beneficialitas recepta, ut gratia anterior posteriori præferatur. a Ubi verò plures pensiones contemporaneæ sint, quia nempe omnes eodem tempore, & in eodem decreto sint reservatæ, tunc pariter de plano intrat id, quod habetur inter plures correos credendi, sive inter plures creditores hypothecarios in tempore, & in causa æquales, ut omnium sit cœqualis concursus, adeo ut si fructus omnibus non sufficiant, intret inter eos contributum, eodem modo, quo inter plures legatarios, ex eadem dispositione jus metientes, vel inter plures Creditores chirographarios, quando aliqua particularis circumstantia, inductiva limitationis istius regulæ, potioritatis privilegium non inducat.

In illis verò pensionibus, quæ super Ecclesiis provideri solitis ad Regum, & Principum nominationem, reservantur in unica summa pro pensionibus nominandis, quæ postea diversis temporibus ab eodem Rege, vel Principe nominantur, cum notabili temporis intervallo inter unam, & alteram nominationem; Cum apud Ministros cujusdam Regis nominantis, constans haberetur opinio, ut priores, & potiores esse deberent prius nominari, tanquam à Rege prædicti, & quorum conditionem potioris esse debere, in animo fuerit concedentis; Respondi, consultus veritate, contrarium videri probabilius, ut omnium æqualis esse deberet conditio, & concursus, dum pariformiter ex eadem causa, & ex eodem fonte; (qualis in subjecta materia est Papa, qui reservat, non autem ille, qui nominat, i) eorum jus metiuntur, ut istius materiæ consuetæ Sede comprobatur habetur, ubi curiosus poterit sibi satisfacere. b

Posta verò pensio diversitate cum temporum inæqualitate, adeo ut inter pensionarios intret præfata regula, qui prior &c. super fructibus illius annualitatis; pro qua assequenda omnes concurrant, ut supra, dubium cadit, quid dicendum sit ubi pensionarius anterior, cui pro anno currenti alii posteriores pacifice locum cedant consequi debeat aliquos terminos decursos annorum præcedentium quorum fructus consumpti sint, & non extent; an scilicet super fructibus anni currentis, pro terminis decursis, & præteritis eadem sibi competat anterioritas, atque in facti contententia justè pro pensionariis anterioribus judicanda fuit, ex solis facti circumstantiis, quia nempe fructus anno

annorum præcedentium à posterioribus habiti fuerant, si ve eorum factis, & culpa anteriores impediti fuerant ne obtinerent; Unde propterea articulus in puncto juris formiter examinatus non fuit; Quando tamen contingeret disputandus non probabilis videtur posteriorum præsentium ex fundamentis in eadem consueta Sede deductis ubi in casu contingentiã videri poterunt, cum (ex pluries protestatas,) occupaciones, quibus premor, tale non concedant otium, ut hujusmodi quæstionum peregrinarum, & raro contingibilium formalis disputatio assumi, atque maturum iudicium desuper efformari valeat, idèque aliis illud relinquatur, quando formalis disputationis occasio contingat.

Curiosa quoque in casu contingentiã pertractavi præsentionem, ex ingenio à me excitatam pro pensionario posteriori adversus anteriores super eius potioritate, in illa rata, quæ cadit sub congrua Conciliari Episcopo debita, ut potè potiori, ac privilegiata. Cum enim super quadam Ecclesia Cathedrali, valde pingues redditus alias habente, plures essent reservatæ pensiones, cum clausula dummodo remaneant mille pro Episcopo, sequuta verò ejus vacatione, ambitiosus quidam, ut illum obtineret, obtulisset consentire novæ impositioni pensionis, cum derogatione congruæ Conciliaris, ac etiam alimentariæ, quia se volebat sustentare de proprio, juxta alias recensitam præxim. d. Hinc in pensionariorum concursu super Ecclesiæ fructibus non sufficientibus ad omnia onera pro ultimo pensionario, ad cuius favorem ista nova pensio reservata fuerat, agnoscendo sibi obstare dictam regulam anteriore, dicebam, & quidem non improbabiler quod intra ratam congruæ Conciliaris esset omnibus potior, quoniam ista excepta est à pensionibus, usque debet percipi præcipua, tanquam privilegiata; Ideoque super ea pensionarii antiqui nullum haberent jus, quod ultimo pensionario tantum competeat ex persona Titularis ejus debitoris, cuius creditor est procurator in rem propriam, ut in consueta sede insinuat. e. Nullum tamen pro mea notitia desuper prodiit iudicatum, cum in casu quæstionis quædam concordia controversiæ finem dederit, motivum autem videtur solidum in stricto puncto juris, spero tamen, quod hujusmodi quæstionum occasio imposterum danda non sit, quodque Pontifices pro tempore, sequendo vestigia nostri legislatoris, abstinere ab hujusmodi gratiis.

Ad favorem item pensionariorum in genere, quicumque illi sint intrat absque dubio anterioritas, vel potioritas super fructibus Ecclesiæ gravatæ adversus creditores Titularis, quantumvis anteriores, & privilegiatos quoniam illa fructuum rata, quæ affecta est pensionibus, tanquam à reliquis fructibus abstracta, non est in, vel de bonis Titularis, ideoque illius creditoribus nullum super ea jus competit. f. Idemque dicendum ad favorem eorundem pensionariorum contra Capitulum, vel Collegium Canoniarum, seu Beneficiorum, quibus vacante beneficio gravato, vel illo etiam pleno, sed Beneficiato non inserviente fructus, & proventus accrescunt, quoniam istud jus accrescendi intelligitur in eo, quod superest, deductis pensionibus. g.

Alia item datur species concursus, vel contributi in solutione pensionum, de qua faciendum non dubitetur, inter prædecessorem scilicet, & successorem beneficii possessorem ac etiam Cameram Apostolicam pro tempore vacationis; quomodo scilicet ab istis contributo fieri debeat in solutione pensionum; Atque in hoc dignoscitur videtur apud nostros aliqua involutio; Siquidem aliqui nimium se involvunt in inspectione, an pensio sit anticipata, vel posticipata; Alii verò procedunt cum calculatione terminorum præniturorum pro solutione pensionis; Et alii insistent super calculatione anni, qui pensionarius dicatur. In omnibus tamen aliquod dignoscitur videtur æquivocum, errorum, & confusionum productivum.

Siquidem calculatio anni pensionarii non percipit istam quæstionem, sed illam, quæ cadit inter Titularem superstitem, & hæredem pensionarii defuncti, quid scilicet iste ad ejus hæredem, vel respective ad Cameram transmissit, atque de hoc agitur in cap. sequenti. Ordo verò terminorum nullatenus ad hunc effectum attendendus est, quoniam ut advertitur in capitulo præced. hodie certum, passimque receptum est assumptum, quod iste ordo in nihilo alterat substantiam, vel immutat naturam pensionis, sed solum adjunctus censetur gratia commodioris exactio nis, atque ut ad tollendas lites sciat Titularis, quando

efficitur debitor, & pensionarius quando efficitur creditor. Prout inspecto an pensio sit anticipata, vel pariter posticipata, pariter extranea videtur à puncto, de quo in præsentia agitur, cum percipiat eundem punctum, de quo in cap. sequenti, super repartitione residui pensionis, quæ remaneat exigenda post illam jam cessatam.

Ad effectum itaque, de quo agitur, his omnibus neglectis, cum illa regula procedendum videtur, quod cum pensio sit quædam portio, seu participatio fructuum ex quibus illa solvenda est, cum istud dicatur onus reale, & causativum, vel occasionale, eatenus debitum quatenus fructus percipiuntur, atque ad illorum mensuram, & proportionem; Hinc sequitur quod qui plus percipit, plus contribuere debet, & è converso nullatenus curato spatio temporis, vel cursu anni solaris, in quo unus, vel alter possederit; Nil enim refert, quod successor in beneficio pro modica parte anni illud possederit, si majorem recollectæ partem fecit, & habuit, & è converso cum attendi debeat effectus perceptionis fructuum, non autem cursus temporis in possessione; Unde propterea illa regulatio anni, quæ pendet à diversâ qualitate, vel natura fructuum, ad instar illius regulationis, quam legisse faciunt fructuum bonorum dotalium inter virum, & hæredem uxoris, & è contra post dissolutum, vel separatam matrimonium, quod scilicet in fructibus civilibus attendatur ordo anni solaris, in naturalibus verò attendatur qualitas, vel natura fructuum, desumendo initium anni ab eo tempore, quo maturatis, & perceptis fructibus præterita recollectæ natura incipit concipere fructus novos, juxta specificationem, de qua occasione casuum particularium latius, magisque distinctè in istius materiæ consuetâ Sede præpercutit modum dividendi fructus inter prædecessorem, & successorem, sed ad effectum, de quo agitur concursus, vel contributi in solutione pensionum, spectatur effectus cum calculo arithmetico, ad mensuram, & proportionem fructuum, quos eorum quilibet de facto habuit, quamvis jure, vel injuria si ve ex circumventione unus ex possessoribus plus, quam sibi deberetur haberit, ita procedendo cum regula, ut quot sunt recollectæ tot sint anni pensionis, & ex qualibet recollecta integra solvatur annualitas, vel integri duo termini, istaque videtur vera, & juridica regula, cum qua in hac materia procedendum est, neglectis tot ambagibus, cum quibus nostri se involvissent videtur.

De concursu autem inter illum, ad quem pertinent fructus certi, & illum, ad quem pertinent distributiones quotidianæ, aliaque incerta, actum est supra cap. 12. num. fin.

- a De pension. disc. 19. & 20. b d. disc. 20. de pension. c d. disc. 19. d Disc. 16. de pension. e d. disc. 19. de pension. in fin. f disc. 23. de pension. g cod. disc. 23.
- h De his disc. 24. cum plur. seqq. eod. tit.

De pensionibus inexactis, an transmittantur, & ad quem & quatenus transmittantur, pro qua rata sint debitæ.

S U M M A R I U M.

- 1 Quod Camera Apostolica percipiat pensiones inexactas, ad instar fructuum beneficiorum.
- 2 Magis rigorose proceditur in pensionibus, quam in fructibus beneficiorum.
- 3 Quid ubi non adst. ius Collectorum Apostolicorum.
- 4 Quomodo de jure calculari debeant anni, vel tempora, ut sciatur quid transmittatur.
- 5 Et qualis sit stylus Datarie.

C A P. XIX.

DUæ sunt inspectiones, una super transmissione pensionum inexactarum, & altera, posito quod sit locus transmissioni, quænam rata debita sit transmissario. Quatenus pertinet ad primam inspectionem transmissionis in genere; In illis locis, in quibus ad formam Constit. Apostolicarum ad sunt Collectores Apostolici, atque Beneficiorum fructus inexacti, vel aliis non effecti de privato dominio beneficiorum, applicantur Cameræ Apostolicæ, juxta deducta in Sede Beneficiali, a Inanis itaque labor videtur agere quænam opinio in puncto juris majorem habeat probabilitatem, quoniam cum, ex frequenter insinuat, istius materiæ pensionum principalis, & omnimodus regulator sit stylus, istique de facto vigeat, passimque sit receptus in praxi, ut in pensionibus inexactis idem servetur ad favorem Cameræ quod servatur in fructibus

fructibus beneficiorum, idcirco non videtur de alio quærendum, cum stylus sit antiquus, hodieque pacificus, qui propterea vim tacitæ legis habet, cui Doctorum opinionones cedere debent. Adeoque iste stylus inolevit, quod etiam in Cardinalibus, ad quorum favorem prodiit motus proprius Clementis IX. magis rigorose in compositionibus, fieri solitis cum hæreditibus Cardinalium, proceditur in pensionibus, quam procedatur in fructibus beneficiorum, dum in istis Camerales contenti esse solent tertia parte, in illis verò exigunt medietatem; Ideoque inspectio cadit in illis locis, in quibus dictus usus Collectorum non habetur, ut propterea fructus transmittatur ad hæredes beneficiati defuncti, vel respective cedant commodò Ecclesiæ, super quo etiam observantia deferendum videtur: Sed quando ratiocinandum discurrendum esset, videtur probabilius, ut procedendum sit cum distinctione, invicem pugnantium opinionum conciliativa, quod scilicet aut agitur de terminis jam maturatis, quorum non sequatur solutio imputari mereatur moræ, & culpæ titularis, & nunc pro transmissione ad hæredes pensionarii sit respondendum ne alias Titularis, ex ejus mora, & culpa commodum reportet; Aut verò agitur de termino adhuc non maturato, & tunc pro Ecclesiâ, & Titularis exemptione responderi debet, tanquam ob non factum casum obligationis faciendi illam præstationem; b

Quo verò ad aliam inspectionem super modo contribuenti pro rata ad favorem Cameræ, vel alterius, ad quem de jure, vel de consuetudine ista fiat transmissio, in puncto juris procedendum est, non curata qualitate fructuum, illoque diverso modo calculandi annos, de quo in cap. præcedenti, cum illo anno solari, vel naturali, qui pensionarius dicitur, ejus initium desumendo à die reservationis pensionis, ut annus terminet post cursum duodecim mensium, juxta ordinem anni naturalis, vel solaris, ut propterea in quolibet anno pensionarius percipiat integram summam pensionis reservatæ, vel duos terminos, & per consequens, si exempli gratia pensio durationem habuit per annos novem, & sex menses non poterit pensionarius, vel ejus transmissarius præterdere decem annatas, quamvis decem recollectæ factæ essent, sed solum novem annatas, & medietatem alterius, vel 19. terminos, & sic pro rata, si anni incæpti, & non completi menses sint plures, vel minores, atque adhuc effectum intrat inspectio, an pensio sit anticipata, vel posticipata, quoniam si initio primi anni habuit primum terminum, & successivè alterum, adeo ut intra primum annum de facto habeat tres terminos, tunc id, quod anticipatè percipit, excomputat debet in ultimo termino, & è converso. Igitur advertendum est ut non percipiat plus, vel minus, quam importent anni pensionarii, modo, quo supra, calculandi, sed in quolibet anno completo integram obtineat annualitatem, in ultimo autem incompleto participet cum calculo arithmetico pro rata temporis, non curato ordine terminorum, minusque curata qualitate fructuum, & an illi sint adhuc percepti, necne c. Atque ita in Rota, aliisque Tribunalibus judicandum est, quando causa in forma judiciali tractetur, in puncto juris judicanda. Verum apud Officiales Datarie stylus videtur diversus, præsertim in illis pensionibus ultra montes, quæ reservantur in faciem consuetudinarii, vulgò Testa di ferro, cum cautela cedulæ bancarie, ut supra in cap. 5. & alibi, quoniam cum cedulæ solent esse obligare ad solutionem tot terminorum, idcirco cum isti, quos Dataria, vel nominati ad pensiones, potius quam ipsos Titulares agnoscunt debitores, calculatur ad rationem terminorum, qualem quoque esse stylum Cameralium, præsertim in Nuntiatura Neapolis, habetur in consueta Sede, licet ad alium effectum. d

- a De benef. disc. 81. & seq.
- b De dictis opinionibus disc. 28. de pension. ubi habentur auctoritates de hoc agentes.
- c Disc. disc. 28. eod. tit. & in aliis præcedentibus ex disc. 24. ubi de materia, de qua etiam d. disc. 81. de benef.
- d Disc. 25. de pension.

An, & quando inter pensiones, & beneficia intret æquiparatio, atque à dispositionis in beneficiis arguere liceat ad pensiones, & è contra.

S U M M A R I U M.

- 1 Quod in hoc puncto non habeantur leges, vel antiquorum auctoritates.

- 2 Quomodo in eo procedi debeat.
- 3 De differentiâ inter beneficia, & pensiones.
- 4 Exequutio in plerisque intrat de stylo potius, quam de jure.
- 5 De etate, & ordinibus, quæ requiruntur in beneficiis, non autem in pensionibus.
- 6 Dispensari solet super beneficiis, non autem super pensionibus.
- 7 De argumento excludente exæquationem, quod resultat à Constitutionibus Pii V. & Sixti V.
- 8 Quod de stylo Camera sibi applicet pensiones inexactas.
- 9 Regula de infirmis non procedit in pensionibus.
- 10 Quare filii hereticorum priventur etiam pensionibus.
- 11 Pensio est titulus, ad quem quis promoveri potest ad Ordines.
- 12 Suffragatur æque, ac beneficium pro forti privilegio.
- 13 Declaratur quomodo, & quando pensio sit titulus sufficiens promotionis ad Ordines Sacros.
- 14 Et quando etiam beneficia dicantur titulus sufficiens.
- 15 De privilegio forti, pro quo pensio suffragatur.
- 16 Vi stylo potius id referendum sit.

C A P. XX.

CUM in subiecta materia pensionum aut nullam, aut ratam habeamus legum, vel Canonum, si ve antiquiorum Conciliorum auctoritatem necessariam, dum Concilium Lateranense sub Leone X. in sess. 9. & deinde Concilium Tridentinum illarum aliquam facit mentionem occasione referendi congruam Episcopo, vel Parocho, minusque habeamus graves, magisque probabiles auctoritates antiquorum Canonistarum, seu legistarum, aut Theologorum, quibus in articulis dubiis magis deferendum est, tum ob illam majorem reverentiam, quæ antiquitati, atque primis nostris præceptoribus debita est, tum etiam quia magis fundatè, & methodicè, per juris principia, & rationes, tanquam boni Theorici loquuntur, quam faciant plerique moderni, quorum stylus transcriptorum potius quam nobilium Auctorum videtur, uno alteram, absque alio discursu, vel ratiocinio referente, & insequentè; Hinc pro meo sensu nulla, vel satis modica existimanda videtur istorum auctoritas, potissimè quia ex eis liquet non parum se involvisse, arguendo de uno casu ad alterum, non reflectendo ad rationis diversitatem, ac procedendum est potius, cum parte discursiva, seu ratiocinativa, neglecta illa generali distinctione, cum qua præfati moderni, magis communiter, procedere videntur, inter odiosa scilicet, & favorabilia, ut in istis intret argumentum, non autem in illis, dum ex casibus, vel effectibus, qui inferius recensentur, contrarium dignoscitur, ut in aliquibus odiosis argumentum intret, in aliquibus autem favorabilibus non.

Procedendo itaque (ut faciendum est, quando legum necessariam auctoritatem non habemus, vel saltem, quando defuit jam firmæ, & receptæ propositiones à magnis Tribunalibus canonizatæ, & discursivo, vel ratiocinativo modo, sine dubio dicendum venit, istud argumentum nullatenus intrare, si ve agatur de favorabilibus, si ve de odiosis, ob omnimodam rationis diversitatem, quoniam Ecclesiastica beneficia sunt quid merè Ecclesiasticum, & spirituale, ideoque ob expressam Sacrorum Canonum dispositionem, non sunt illorum capaces, tam ad assensum, quam ad retinendum, & administrandum nisi Clerici, cælibes, sæculares in sæcularibus, & regulares in regularibus, certam ætatem, certoque Ordines, & alias qualitates habentes, pro ipsorum beneficiorum diversâ natura, & qualitate, quia sic expressè disponunt Sacri Canones, vel Conciliorum decreta, si ve Apostolicæ Constitutiones. E converso autem pensiones, ut dictum est in cap. 2. & 4. & alibi pluries, sunt quid merè temporale, dum non percipiunt substantiam beneficii, neque in eo aliquid jus tribuunt, vel administrationis, participationis, adeo ut ex insinuat dicto cap. 4. nisi obstaret inconcensus stylus Ecclesiæ, & 92. Constitutio Sixti V. essent illarum capaces de jure sæculares etiam uxorati, & milites, ac pueri, & infantes, omnesque alii, ac propterea nulla penitus ratio probabilis urgere videtur, cur ista exæquatio intret, & quare à beneficiis ad pensiones arguere liceat, ob omnino diversam naturam, & rationem.

Et licet antiquus stylus in plerisque superius enunciat, & in aliis istam doceat exæquationem, quando agitur de pensionibus Ecclesiasticis, quales non docto de con-

contrario, in dubio præsumuntur ubi reservata sint super Ecclesiis, vel beneficiis Ecclesiasticis, ut scilicet Clericatus Sæcularis cum qualitate cælibatus ita requiratur in pensionibus, ac in Beneficiis, ut propterea quemadmodum per matrimonium, vel per professionem in Religione, five per militiam sæculari, & officia sæcularia vacent beneficia, ita pariter vacant, vel amittantur pensiones, cum plerisque similibus exæquationibus jam receptis. Nihilominus, ut pluries animadvertimus, id non provenit ex aliqua juris, & canonum dispositione, vel ratione, five ex natura, & qualitate pensionum, eo modo, quo provenit in Beneficiis, sed provenit ab antiquo Curia: stylo, nec non ex Constitutionibus Apostolicis, ut infra dicitur; Unde per necessesse requiritur Clericatus sæcularis in statu cælibi, & per consequens præfata immutationes status per matrimonium, vel per professionem regularem, five per militiam causant amissionem pensionis in quamdam consequentiam cessationis clericatus, sine quo retineri non potest, exindeque manat, quod in iis tantum exæquatio, vel argumentatio admittenda sit, in quibus idem stylus, & Constitutiones Apostolicæ, id induxerunt, & non alias.

Hinc sequitur, quod in ætate, & in Ordinibus diverso vivitur jure, quoniam in Beneficiis simplicibus vel aliis non qualificatis, ex dispositione Sac. Concilii Tridentini requiritur ætas 14. annorum, major autem in qualificatis, quoniam in Canonicatibus in Cathedrali requiritur ætas apta illi ordine Sacro, qui sit annexus, vel saltem ubi nulla adsit annexio, illa ætas, quæ requiritur pro subdiaconatu, una cum obligatione ipsum Ordinem Sacrum suscipiendi, & in primis Dignitatibus, & Abbatibus, ac Patrochialibus requiritur ætas apta ad Sacerdotium, cum istius susceptione, & in Episcopatu requiritur ætas triginta annorum, cum tot aliis requisitis, & qualitatibus, atque in Canonicatu Pœnitentiario requiritur illa annorum quadraginta, ex iis, quæ in Sede Beneficiali habentur super hac materia ætatis, & tamen super omnibus hujusmodi beneficiis, etiam qualificatis, & majoribus puer septem annorum, qui sit prima cœnura initiatus, est capax obtinendi pensiones, cum tamen favorabile potius, quam odiosum sit, ut prædicta ætas, & Ordines respectivè in beneficiis requirantur favore Ecclesiæ, & divini cultus, abique alicujus odio, vel præjudicio, ergo præfusa vana hæc exæquatio.

Prout dispensari non solet, ut uxorati, etiam bigami, & milites, alique non incidentes in habitu clericali obtineant, & retineant Beneficia Ecclesiastica in titulum, & tamen passim dispensatur super pensionum capacitate, & retentione, ut supra Cap. 11. & 13. & alibi, cum plerisque similibus, quæ per illos, qui otio magis abundant, de facili possunt cumulari.

Et præsertim inter alia argumenta convincentia istius exæquationis omnimodam in subsistentiam, illud videtur convincentissimum, & ad evidentiæ, quod resultat ex Constitutione B. Pii V. obligant pensionarios ad recitationem Officii Beata: Virginis, & ex alia Constitutione Sixti V. obligant pensionarios, quando pensiones excedant summam sexaginta ducatorum auri de Camera, ad incendendum in habitu, & tonsura, & per quas Constitutiones esse immutatam fuisse pensionum naturam, illaque effectus esse quid Ecclesiasticum, & spirituale, plerique putant, exindeque inferunt ad hanc exæquationem, vel argumentationem, sed revera non videtur ex dictis Constitutionibus deduci posse omnimodam exæquationem, quoniam si ea intraret, deberent pensionarii teneri ad recitationem Officii divini, eo modo, quo tenentur Beneficiarii, ac etiam indefinitè abque differentia summæ, deberent teneri incidere in habitu, & tonsura: Unde propterea dictæ Constitutiones dicendæ sunt sequela dicti styli exigentis clericatum; ut scilicet tanquam participes de quadam portione fructuum Ecclesiæ, & sic de re quodammodo annexa spiritualitati debeant ita aliquid spirituale opus peragere, non autem firmari absolute potest, quod exinde pensiones naturam immutaverint, minuscque Camera habeat pensiones inexactas, juxta deducta in Cap. præcedenti, quoniam id antiquioris styli pariter est referendum, ut ibidem advertitur.

Atque si vera esset omnimoda exæquatio, deberet etiam in pensionibus habere locum regula de infirmis resignantibus, quæ vulgo de viginti dicitur, & tamen contrarium est verius, & receptum, ut supra Cap. 15. cum fi-

milibus. Et quamvis contra Hæreticos, eorumque filios pœna privationis beneficiorum extendatur etiam ad pensiones, juxta aliquorum Doctorum sensum b quod etiam ad alia atrocia crimina, pro quibus imposita est à jure pœna privationis beneficiorum, extendi videtur, at tamen id non provenit ab exæquatione, vel à licita argumentatione, sed à verborum amplitudine, quodque lato sumpto vocabulo pensio potius ex rationis identitate sub nomine beneficii veniat, non autem ut intret vera exæquatio, vel argumentatio.

Ad duos autem præsertim effectus, in praxi magis frequentes, hæc inspectio considerabilis videtur, unum nempe circa Titulum, ad quem possit quis ad sacros Ordines promoveri, ut quemadmodum id sequi potest ad Titulum beneficii, juxta Concilii Tridentini dispositionem, ita etiam sequi possit ad titulum pensionis c & alterum, quod sicuti Clericus in minoribus, qui obtinet beneficium Ecclesiasticum pro fori privilegio non indiget requisitis ab eodem Concilio Tridentino demandatis, in Clericis in minoribus, nempe in habitu, & tonsura, & servitii in divinis, ita non debeat indigere ille, qui Ecclesiasticam obtinet pensionem, beneficio exæquandam juxta plures declarationes Sacre Congregationis Concilii. d

Quatenus autem pertinent ad primum effectum promotionis ad Sacros Ordines, reflectendum venit, quod ad duplicem effectum agitur de hoc Titulo, ad quem, & non aliàs promotio ad sacros Ordines faciendæ est, unum nempe, ut promovendus provideatur de tuta congrua subintentione, ne aliàs in eo statu irretractabili constitutus cogatur cum dedecore Ordinis Clericalis medicari, vel fordidis vacare, pro victu sibi comparandò, cum præsupposito tamen, quod Ecclesiæ necessitas, vel utilitas de congruo exigat illa promotionem: Et alterum an sola possessio pensionis operetur, ut Episcopus abque obligatione inquirendi Ecclesiæ necessitate, vel utilitate licite possit illum promovere. Ad primum effectum bene procedit assumptum, ut pensio æqui valeat Beneficio, quoniam ad hunc effectum attenditur solum dictus finis congruè provisionis, five illa sit cum Beneficio Ecclesiastico, five cum pensione; aut cum illis Cappellanis, vel piis legatis, quibus nec nomen, necessitas beneficii congruit, vel etiam cum bonis prophanis patrimonialibus, vel aliàs obtentis, ut in suis sedibus advertitur; e Ideoque difficultas residet in altero effectu, in quo non modicus error, vel æquivocum dignoscitur videtur; etiam ubi de vero Beneficio Ecclesiastico agatur, multo magis ubi de pensione. Siquidem eatenus Beneficii titulus reputatur magis proprius, magisque legitimus, quatenus ita exigat Ecclesiæ necessitas, vel utilitas, ut verè, & propriè contingit in Canonicatibus, aliisque Beneficiis residentialibus, & servitoriis Cathedralium, Collegiarum, ac etiam Parochialium, annexos habentibus Ordines Sacros, unde propterea intret arctatio; Et quatenus etiam hæc annexio non adsit, adhuc tamen expedit, & laudabile est, ut hujusmodi beneficiorum possessores, qui jam illi Ecclesiæ addicti sunt, & inservire debent, ad sacros promoveantur Ordines, cum ita majus, & melius servitium præstare possint, dum hujusmodi beneficia ad hunc effectum erecta fuerunt, ut illius Ecclesiæ major, & melior sequatur cultus, ideoque verificatur Ecclesiæ necessitas, aut utilitas. Ubi verò non agatur de dictis beneficiis qualificatis residentialibus, & servitoriis, sed de Cappellanis aliisque beneficiis inferioribus, quæ veniunt sui generis simplicium, ex lege tamen fundationis sint Sacerdotalia, adeo ut possessor teneatur per se ipsum celebrare, illique Ecclesiæ, vel Altari inservire, & tunc intrat eadem ratio, de qua supra. Si verò non sint Sacerdotalia, habeant tamen annexum onus quotidianæ, vel frequentis in hebdomada celebrationis missarum in certa Ecclesiâ, vel Altari, absque dicta necessitate celebrandi per se ipsum, ei verò expedit hoc onus per se ipsum, non autem per substitutum adimplere, adeo ut pariter promotio directa sit ad ipsius Ecclesiæ, vel beneficii servitium, & tunc saltem ex æquitate, & congruentia, justum, & rationabile adeste dicitur motivum promotionis, atque verificari dicitur Ecclesiæ necessitas, vel utilitas. Sed quis obtineat simplex beneficium absque aliquo onere missarum, vel si aliquod onus annexum habeat, quod non potest à se ipso adimpleri, quia nempe Ecclesiæ, vel Altari, ubi onera adimplenda sunt, sit in diversa Civitate, seu loco, adeo ut prædicta ratio cultus, & servitii Ecclesiæ non verificetur, & tunc

gunc adeste non dicitur Ecclesiæ necessitas, vel utilitas, nisi ex aliis circumstantiis illa concurrat, & per consequens locus esse non debet promotioni, Igitur multo minus quando agatur de pensione, in qua nulla ex dictis rationibus, vel considerationibus intrat, ideoque stant simul, quod pensio sit quidem sufficiens, & legitimus titulus ad primum effectum congruè provisionis, quando Ecclesiæ necessitas, vel utilitas, aut alia congrua ratio exigat, & tamen quod non per hoc sine causa tali promotioni locus esse debeat, cum etiam in beneficiis id admitti non deberet.

Quo verò ad alium effectum privilegii fori, quando res esset integra, quod scilicet tot desuper non haberetur Doctores, & Sacre Congregationis declarationes, adeo ut discursivè, vel ratiocinativè punctus esset examinandus, tunc pro meo sensu, non solum probabilis, sed indubitanter contra istam exæquationem respondendum videretur, cum nulla probabilis ratio id suadeat, quinimò etiam in ipsismet beneficiis, ut supra consideratis, fortè Concilio Tridentino incongrua interpretatio data videtur, ut à me comprobatur in quodam discursu, seu voto desuper edito inter varia vota, quæ fortè calius præberit, ut publicam mereantur lucem, & alibi sed quoniam ita ma-

gis communiter per Doctores est receptum, ac etiam per Sacram Congregationem Concilii canonizatum, non videtur ab hac propositione recedendum, donec ab eadem Congregatione, cum oraculo, & approbatione Sanctissimi, aliqua, ut cuperem, & oportuum, imò necessarium censerem, sequatur reformatio, vel declaratio, ut latius in eodem voto. Interim autem ad instar eorum, quæ dicta sunt de spolio, five de transmissione ad Cameram Apostolicam pensionum inexactarum, aliisque similibus, id stylo potius referendum est, quam quod dicta exæquatio, vel argumentatio ex juris dispositione, vel ratione intret. Idemque in aliis casibus, in quibus magis receptum sit, ut quod in beneficiis disponitur in pensionibus quoque procedere debeat.

- a De benef. disc. 9. 5. b Spada Conf. 71. l. 1. n. 19. & seq.
- c In annot. ad Concil. Trid. disc. 14. n. 34.
- d Fagnan. in cap. cum in cunctis de Elect. n. 203. & in Cap. ad Audientiam 2. de Rescript. nu. 125. & seqq. Apont. com. 24. l. 1.
- e Diss. disc. 14. in annot. ad Concil. Trid. num. 33. & seqq. de alien. & contr. prohib. disc. 38.
- f In annot. ad Concil. Trid. disc. 24. n. 13. & seqq.

I N D U L T A V A R I A

Transferendi, & retinendi pensiones Ecclesiasticas.

I.
Pro Eminentissimis DD. S. R. E. Cardinalibus.
INNOCENTII PAPA XI.
Dilecti Filii Noster Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Circumspicientibus tunc in Nos, & Apostolicam Sedem, merita poscunt, ut ea tibi libenter concedamus, per quæ erga personas tibi gratas, & acceptas beneficium re exhibere possit, & liberalem. Volentes igitur re specialibus favoribus, & gratiis prosequi, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, mera liberalitate, maturaque deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tibi ultra alias similes, vel dissimiles facultates, tibi quancumque concessas, ut quicumque loci Ordinarius, vel Canonicus Metropolitanæ, aut alterius Cathedralis Ecclesiæ, vel alia persona in dignitate Ecclesiastica constituta, à te quancumque eligendis, vel eligenda, simul, vel successivè, unam, seu plures pensiones annuas super quarumcumque Cathedralium, Metropolitanarum, & aliarum Ecclesiarum, ac quorumcumque Monasteriorum, etiam Consistorialium, ac Abbatialium, nec non Conventualium mensurarum, ac Prioratarum, & Præceptoriarum, Dignitatum etiam Conventualium, ac majorum, & principalium, personarum, administrationum, & officiorum, etiam curatorum, & electivorum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, sæcularium, ac quorumvis Ordinum, & militiarum, ac Hospitalium etiam S. Joannis Hierosolymitani Regularium, ac aliàs quomodolibet; & qualitercumque qualificatorum, & quibusvis aliis Ecclesiasticis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univèrsis, nec non etiam distributionibus quotidianis, etiam solis presentibus, ac Divinis officis actu intererentibus dari, & præstari, ac per eos lucrari solitis, five eorum loco fructus, redditus, & proventus Apostolica tibi auctoritate reservatas, & assignatas, seu reservatos, & assignatos, vel reservandas, & assignandas, seu reservandos, & assignandos, aut in eadem auctoritate translatas, seu translatas, transferendas, seu transferendas pro summa, & quantitate mille scutorum monetæ dumtaxat, in uno, vel pluribus temporibus, & in una, vel pluribus partibus, ac etiam separatim, quancumque tibi placuerit, etiam in mortis articulo, de tuo consensu cassare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta, seu cassata, & extincta vel cassata, & extincta fuerint, etiam si pensiones hujusmodi pluries translatae fuerint, ac etiam si super fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, & emolumentis, ac distributionibus hujusmodi aliàs pensiones diversis personis Ecclesiasticis, dicta Apostolica auctoritate, reservatas existant, seu præstantur, quas etiam presentibus pro expressis haberi volumus, aliam, seu alias pensiones, utque ad præfatam summam 1000. scut. hujusmodi prioribus pensionibus cassatis, & extinctis, similem, vel similes, uni, vel pluribus personis Ecclesiasticis, etiam quancumque, quot-

cumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica sæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia, cum cura, & sine cura, & quomodolibet qualificata, ac quocumque nomine nuncupata, ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis, in titulum, commeadam, administrationem, aut aliàs quomodolibet obtinent, vel expectant, aliisque Clericali saltem caractere insignitis, aut aliàs pensionum hujusmodi capacibus, etiam tibi quocumque consanguinitatis, vel affinitatis gradu junctis, vel attinentibus, aut familiaribus tuis, per te, quancumque, etiam in mortis articulo nominandis etiam absque pensionem, seu pensiones hujusmodi solvere, aut dictos fructus Ecclesiasticos præstare debentium desuper præstandis, vel requirendis consensibus, imò ipsis invititis, & reclamantibus, nec non etiam litteris reservationum pensionum, & fructuum hujusmodi, non expeditis, & illis, ac etiam præsentibus non intimatis, nec exhibitis, vel ostensis, eisdem personis, quoad vixerint, vel earum legitimis procuratoribus per pensiones, seu fructus hujusmodi solvere pro tempore debentibus annis singulis, sub sententiis, censuris, & poenis, ac in loco, & terminis, ac cum omnibus, & singulis exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, obligationibus, renunciationibus, vinculis clausulis, & decretis in litteris reservationis, & reservationum hujusmodi contentis, & expressis, & juxta earum tenorem, & continentiam, servata tamen forma Constitutionis nostre super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, & assignare libere, & licite valeat, seu si tibi magis placuerit, & tu ita volueris, etiam litteris super reservatione pensionis, seu pensionum, & fructuum hujusmodi, ut prædictur, minime expeditis, illisque, & presentibus litteris etiam non exhibitis, vel presentatis, pensionem, seu pensiones, vel fructus hujusmodi pro summa, & quantitate mille scutorum hujusmodi in unam, vel plures personas supra expressas, aut aliàs Clericali saltem caractere insignitas, vel aliàs pensionis, seu pensionum hujusmodi, ut supra dictum est, capaces, etiam quarumvis consanguineos, vel affines, aut familiares tuos, aut prorsus extraneos, per te, quancumque tibi placuerit, etiam in mortis articulo nominandis, etiam coram solis notario, & testibus, etiam absque pensionem, seu pensiones hujusmodi solvere, ac fructus Ecclesiasticos præstare pro tempore debentium, desuper præstandis, vel requirendis consensibus illisque invititis, & reclamantibus, in Romana Curia vel extra eam, prout tibi videbitur, servata tamen forma prædictæ Constitutionis, transferre possis, dicta Apostolica auctoritate, tenore presentium, concedimus, & indulgemus, eisdemque loci Ordinario, seu Canonico, aut personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ pensionem, seu pensiones aut fructus hujusmodi pro præfata summa mille scutorum hujusmodi, ut præfatur, cassandi, & extinguendi, aliamque similem, vel similes hujusmodi cassarum loco reservandi & assignandi, sed tibi illas, vel illos coram solis Notario, & testibus transferendi, plenam, & liberam auctoritatem, potestatem, & facultatem tribuimus, & impartimur. Decernentes præfatas indulgentiam, ac extin-

rum Abbatium, Episcopatum, Archiepiscopatum, & Abbatium, necnon Dignitatum quarumcumque ac Monasteriorum, etiam per eisdem S. R. E. Cardinales ad præfens obtentorum, & imposterum quomodolibet obtinentur fructibus &c. Ac etiam distributionibus quotidianis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet eorum nunc, & pro tempore reservatarum & assignatarum, ac reservandarum, & assignandarum, habitum, & tonsuram Clericalem gestare, & in illis dummodo alias ipsi habitum decentem, & honestum, ac per milites prædictos gestari solitum deferant, necedere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minisque aliquas sententias, censuras, nec etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum penas, occasione prædictorum, incurrere possint, sed easdem pensiones usque ad prædictam summam ducentorum ducatorum hujusmodi ascendentes, & reservatas, & imposterum reservandas, ut præfertur, etiam si matrimonium quoad milites alicujus militiæ, videlicet cum militia compatible, jam contraxerint, vel post hac contrahere voluerint cum unica, & virgine tantum, recipere, & quoad vixerint, & quilibet eorum respectivè vixerint, retinere liberè, & licitè valeant, de specialis dono gratiæ dispensamus, & insuper Conclavistis prædictis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu dyarum insignium Urbis Collegiarum Ecclesiarum, aut personæ aliæ quæcumque Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus &c. juribus, obventionibus, & emolumentis universis, certis, & incertis quarumcumque mensurarum Episcopatum, Archiepiscopatum, & Abbatium, de etiam distributionibus quotidianis, etiam ratione servitii, & mercedis Dignitatum, & Canonicatum, & Præbendarum cæterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum reservatas, seu reservandas, seu fructus, &c. hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiam si femel, vel pluries translata, seu translata fuerint, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium, in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cessare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus &c. hujusmodi, usque ad summam præfatam centum ducatorum uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis, vel etiam Clericali characterè tunc temporis nondum insignitis, cum clausula characterè tunc temporis dicto characterè ritè insigniti fuerint, seu alias pensionum, seu fructuum hujusmodi capacibus, per eosdem Conclavistas, & illorum singulos nominandos, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis, eodem modo, & forma, quibus eisdem Conclavistis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque Beneficia hujusmodi obtinentium consensu, integrè persolvendas, & per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendas, exigendas, & levandas, reservare, constituere, concedere, & assignare possint. Ita ut præfati Translatarii in quasi possessione pensiones, seu fructus &c. hujusmodi exigendi, in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos vigore presentium faciendæ existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur concedimus, & indulgemus, etiam si similem gratiam à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerint, tam vigore aliorum privilegiorum Conclavistarum, quam etiam quocumque alio indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impedire nolumus, sed cumulativè concessam, & concessam esse volumus. Itaut quilibet eorum cumulativè, & ampliativè prædictis facultatibus, presentibus, & præteritis Privilegiis, hac in re concessis, uti, frui & potiri possint, decernentes novas reservationes, Constitutiones, concessionem, assignationes, & translationes pensionum, ac fructuum, &c. hujusmodi, ut præfertur, faciendas ex nunc, prout postquam factæ fuerint, plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficia, super quorum fructibus, &c. aliisque hujusmodi reservatæ fuerint,

obtinentes, ad illas persolvendas, efficaciter obligatos fore, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 8. Idus Decembris Anno Primo.

VII.

PRO DAPIFERIS.

Exat etiam in Bullar. tom. 6. Constitut. V. Clement. IX. & Constitut. 4. Clement. X.

AC Dapiferis præfatis, & eorum singulis, ut quicumque Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum insignium Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, obventionibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, certis, incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensurarum Episcopatum, Archiepiscopatum, & Abbatium, ac Dignitatum, & Canonicatum, & Præbendarum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum, & imposterum obtinentorum, cum cura, & sine cura, sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus, aliaque emolumenta, & distributiones hujusmodi reservatos, ac reservandos, etiam si alias femel, vel pluries translata, seu translata fuerint, usque ad summam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam, & distributiones hujusmodi per eosdem uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis, quotcumque, quæcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen pensionum hujusmodi capacibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis, eisdem modo, & forma, quibus eisdem Dapiferis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque Beneficia hujusmodi obtinentium consensu, integrè persolvendas, seu persolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, levandos, reservare, constituere, & assignare valeant, ipsique Translatarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi, tempore translationis per eos vigore presentium faciendæ, existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus & indulgemus, etiam si similem gratiam à Prædecessoribus nostris, alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerint, illius effectum cumulativè eos gaudere, & potiri volumus. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventus reservatæ fuerint, obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet nunc, & pro tempore reservatarum, habitum, & tonsuram Clericalem gestare, & in illis, dummodo ipsi habitum decentem, & honestum deferant, necedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minisque aliquas sententias, aut censuras, etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut præfertur, etiam si matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere &c.

VIII.

PRO MILITIBUS SS. MAURITII, ET LAZARI.

Facultas retinendi pensiones pro summa duc. 500. auri.

In Bullar. Constit. 95. Pii IV. §. 48. tom. 2. & reducta ad summam ducat. 400. per Constitut. 102. Clem. VIII.

§. 13. tom. 3.

ET insuper Militibus, ac Presbyteris, & Capellanis Hospitalis, & militiæ S. Lazari hujusmodi, nunc, & pro tempore existentibus, ac eorum singulis, tam Clericis, quam

quam laicis, etiam conjugatis, & bigamis, ut unam, vel plures pensiones annuas usque ad summam quingentorum ducatorum auri de Camera novorum super quorumvis Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & aliarum Ecclesiarum, ac earum mensurarum, etiam Patriarchalium, Archiepiscopatum, & Episcopatum, nec non etiam Monasteriorum, etiam Conventualium, Prioratum, Canonicatum, & Præbendarum, dignitatum, personatum, administrationum, & Officiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ac distributionibus quotidianis, aliis canonicè sibi reservatas, seu reservandas, vel loco pensionum annuarum, omnes, & singulos, ac quoscumque similes fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque, ac etiam distributiones quotidianas sibi reservatas, & reservandas, etiam post illarum, vel illorum reservationem uxorem duxerint, & bigami effecti fuerint, recipere, seu retinere, & ad vitam percipere, exigere, & levare, ac in suos usus & utilitatem convertere.

Ex Constit. 102. Clementis VIII. §. 13. tom. 3.

Facultatem tamen obtinendi pensiones militibus, Presbyteris, & Capellanis prædictis Hospitalis, & militiæ prædictorum, usque ad summam quingentorum ducatorum auri de Camera concessam, ad summam quadringentorum ducatorum similium, limitamus; reduci-mus, & moderamus.

IX.

PRO MILITIBUS S. STEPHANI.

Facultas retinendi pensiones pro summa ducatorum 400. auri.

In Bullar. ex Constit. 46. Pauli V. §. 5. tom. 3.

NOs &c. dicti Ferdinandi Magni Ducis nobis desuper porrectis supplicationibus inclinatis, facultatem, & indulgentiam percipiendi, & exigendi pensiones annuas usque ad summam ducentorum ducatorum auri de Camera hujusmodi Militibus prædictis, tam laicis, quam clericis, etiam conjugatis, etiam bigamis, aliisque etiam Presbyteris per Pium IV. concessa, & per Pium V. revocata, deinde per Sixtum V. Prædecessores prædictos adversus ipsam revocationem in integrum restituta, reposita, & revalidata, ac de novo etiam concessa, ut præfertur, ac singulas eorum Pii IV. & Sixti V. prædecessorum desuper concessas litteras, usque ad summam quadringentorum ducatorum auri de Camera, hujusmodi in totum: Ita quod omnes, & singuli Milites Militiæ nunc, & pro tempore existentes, tam laici, quam clerici, etiam conjugati, & bigami, alique etiam presbyteri, etiam illegitimi ex quovis reprobo, vel damnato coitu procreati, deinceps in perpetuum quascumque pensiones annuas usque ad summam præfatam quadringentorum ducatorum auri de Camera super quibusvis Cathedralium, & Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, Canonicatum, præbendarum, Dignitatum, personarum, administrationum, officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium hujusmodi fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ac distributionibus etiam quotidianis, alias eis canonicè reservandas, etiam accumulativè cum quibusvis aliis pensionibus annuis, quas ex quovis alio Privilegio, seu indulto, aut dispensatione Apostolica eis in genere, vel communiter, seu eorum cuilibet nominatim, & sigillatim, etiam in una non facta mentione de alia, vel aliisante, & post datam presentium, quancumque concessa, aut concedenda, usque ad quamcumque summam dictis quadringenti ducatis longè majorem de presentibus percipiunt, & pro tempore percipient, ad vitam retinere, percipere, exigere, levare, & in suos usus, & utilitatem convertere liberè, & licitè valeant, & ex iis tam laici, quam Clerici, & conjugati, ratione pensionum hujusmodi, quas sic pro tempore percipient, ad incedendum in habitu, & tonsura Clericali

Card. de Luca de Statut. Success.

li, deferendumque vestes talares, juxta præfatam Sixti Prædecessoris Constitutionem, minime teneantur, neque ipsarum pensionum, vel illarum loco fructuum, reddituum, & proventus hujusmodi reservationes, ob non delationem habitus, tonsuræ, aut vestis hujusmodi; seu per contractum matrimonii, seu per per bigamiam quamcumque, etiam supervenientem, aut per exercitium militiæ, & quoscumque actus bellicos Clericis, & Ecclesiasticis personis de jure, & per SS. Canones prohibitos, nimirum militares, & sanguinis effusione, membrorum mutilatione, & forte infidelium subsequuta, minime cessent, & expirent, aut cessatæ, vel extinctæ dici, aut censeri possint, sed ipsi Milites nihilominus ut prius pensiones, ac fructus redditus, & proventus hujusmodi percipere, & exigere possint, & valeant, dummodo habitum militarem, vestes nimirum laicales communes, cum insignibus crucis dictæ militiæ consuetis, juxta alias dicti Sixti V. prædecessoris super declaratione hujusmodi habitus militaris sub Datum videlicet pridie Kal. Februarii Pontificatus sui anno quarto, quæ incipiunt Passoralis litteras, deferant, utique Constitutioni ejusdem Sixti V. Prædecessoris plenè satisfacere intelligantur, & censentur, auctoritate Apostolica, tenore presentium extendimus, & ampliamus, & quatenus opus sit usque ad dictam summam quadringentorum ducatorum hujusmodi de novo concedimus &c.

X.

PRO MILITIBUS LAURETANIS.

Facultas retinendi pensiones pro summa duc. 200.

In Bullar. antiquo tom. 2. Constit. 35. Sixti V. fol. 103. Illa vero transferendi revocari solet in signatione supplicationis pro expeditione.

Sixtus Papa V. in Constitutione qua incipit Postquam Divina Clementina public. die 5. Julii 1586.

ET insuper cum dictis Militibus Lauretanis, tam in Romana Curia, quam extra eam residentibus, etiam merè laici, & conjugati fuerint, cum Militibus clericis quascumque pensiones annuas super fructibus, redditibus, & proventus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, vel ipsos fructus, redditus, & proventus loco pensionum similium percipientibus, etiam si eos pro tempore conjugatos heri contigerit, ut illis quamdiu officium Militis hujusmodi obtinuerint dumtaxat, quæcumque pensiones annuas, vel fructus, redditus, & proventus loco pensionum hujusmodi, summam ducentorum ducatorum auri de Camera non excedentes, quæ transeant ad successores in Beneficiis, & ad decimis, subsidii, & aliis oneribus ordinariis, & extraordinariis pro tempore impositis, liberè sint, etiam si sine reservatæ super Cathedralium etiam Metropolitanarum, & Patriarchalium Ecclesiarum, & Monasteriorum etiam Conventualium, Prioratum, Præposturarum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum sæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, etiam cura, & sine cura, etiam si Parochiales Ecclesiæ, vel casum perpetuæ vicariæ, canonicatus, & Præbendæ, dignitates etiam majores, & principales, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, quoscumque annui valoris, fructus, redditus, & proventus, qui pensio, seu pensiones annuæ hujusmodi fuerint, non tamen ultra summam 200. ducatorum similium in totum, pro unoquoque Milite Lauretano, etiam à Curia prædicta absente, etiam si is in eadem Curiam nunquam fuerit, nec ipsum ad eam venire contigerit, & quilibet Officio reservari, constitui, & assignari possint. Quodque ipsi Milites Lauretani unam, vel plures pensiones, seu illarum loco quoscumque fructus, redditus, & proventus mensurarum Episcopatum, vel Archiepiscopatum, etiam Patriarchalium, & Monasteriorum etiam Conventualium habentium super quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, ac beneficiis prædictis, illos, etiam si matrimonium contraxerint, usque ad summam ducentorum ducatorum hujusmodi, & non ultra, pro quolibet Officio, nulla com-

positione soluta, retinere, & hujusmodi pensiones, & quantitatem predictas eis reservatas, seu reservandas, consequi, & habere, ac quoad vixerint, percipere, exigere, levare, ac in suos usus, & utilitatem convertere, absque alia dispensatione, vel licentia desuper obtinenda, liberè, & licitè valeant, cum omnibus, & singulis Indultis, clausulis, & cautelis in similibus apponi solitis. Ita tamen quòd Laici Milites Lauretani pensiones, ac fructus predictos percipientes, in habitu armatae militiæ, viro equiti convenienti, Nos, & Romanos Pontifices pro tempore existentes, in expeditionibus Cruciatæ, & Conciliis absque alio dispendio, expensis tamen dictæ Sedis, cum uno equo, ratione dictæ pensionis sequi debeant, dispensamus; eisque ad hoc plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus. Militibus autem Lauretanis, qui Clerici fuerint, & Officium hujusmodi per biennium continuè obtinuerint, ut etiam quascumque pensiones annuas super quibusvis ex dictis secularibus, & Regularibus Beneficiis, eorumque proventus Ecclesiasticis, ac distributionibus quotidianis, & fructus Ecclesiasticos, loco pensionum eis hæctenus, & pro tempore quomodolibet assignatos, & concessos ac assignandos, & concedendos, non tamen summam ducatorum ducatorum similitum, nec medietatem fructuum, reddituum, & proventuum beneficiorum hujusmodi, super quibus dictæ pensiones, seu fructus reservati existant excedentes; in eadem Curia, vel extra eam, etiam in mortis articulo in Clericum, seu Clericos non conjugatos, per eos eligendos, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica, & pensiones obtinentes, in totum, vel in partem, etiam coram solis Notario, & testibus, etiam sine consensu easdem pensiones solvere debentium, etiam si illas aliàs transferendi facultatem non habuerint, regula Cancellariæ de consensu in pensionibus requisito præstando hæctenus, & pro tempore edita, ac stylo in similibus reservationibus hæctenus observato, & pro tempore observando non obstantibus, quodcumque transferre. Ac translationes sic factæ valeant, & debitores, eorumque successores ad folvendum illis, in quos dictæ pensiones transferentur, sub excommunicationis sententia, & privationis poena, ac accessibus, ingressibus, regressibus, decretis, & aliis clausulis in litteris priorum pensionum pro tempore contentis, omnino teneantur; perinde ac si dictæ translationes per nos de consensu debitorum, & aliorum interesse habentium cum prædictis, & quibusvis aliis in litteris dictarum pensionum contentis clausulis, quæ in ipsis translationibus habeantur pro repetitis, factæ fuissent.

Idem Sixtus V. in altera Constitutione qua incipit. Ad exequendum &c. public. die 26. Sept. 1587.

Declaramus nostræ voluntatis, & intentionis fuisse, & esse perpetuis futuris temporibus concessisse, & concedere Militibus Lauretanis predictis nunc pro tempore existentibus Laicis, et Clericis, aliisque qui aliqua dictorum Officiorum Militum Lauretanorum, etiam plura, etiam usque ad numerum viginti simul obtinent, et obtinuerint, quascumque pensiones annuas super quibusvis redditibus, & proventibus, ac juribus, & emolumentis mensurarum Episcopopalium, Archiepiscopopalium, vel Patriarchalium, ac Monasteriorum etiam Consistorialium, & quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum Regularium, ac eorumdem Beneficiorum distributionibus quotidianis, etiam manualibus, et aliis quomodolibet nuncupatis, etiam si vicariæ Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ Canonicatus, & præbendæ, dignitates etiam majores, & principales, personatus, administrationes, vel Officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, Regularia verò Beneficia hujusmodi, Prioratus Præceptoriarum, Præpositurarum, Præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, vel Officia fuerint, cujuscumque annui valoris illorum singulorum fructus, redditus, & proventus similitum mensurarum Episcopopalium, Archiepiscopopalium, & Patriarchalium, ac Monasteriorum etiam Consistorialium, aliorumque Beneficiorum prædictorum, etiam loco pensionum annuarum nunc, & pro tempore percipientibus, ut illis etiam si eos matrimonium contrahere contingerit, quamdiu Officia Militiæ Lauretanæ hujusmodi obtinuerint dumtaxat, quæcumque similes, vel dissimiles

pensiones annuas super similibus fructibus, redditibus, & proventibus, ac juribus, obventionibus, & emolumentis, nec non distributionibus quotidianis, vel quicumque fructus, redditus, & proventus mensurarum Episcopopalium, Archiepiscopopalium, vel Patriarchalium, ac Monasteriorum etiam Consistorialium, ceterorumque Beneficiorum prædictorum, etiam loco pensionum annuarum summam ducatorum ducatorum auri de Camera similitum, pro quolibet Milite Lauretano, & unoquoque, ac singulo Officio dictæ Militiæ Lauretanæ non excedentes: quæ quidem pensiones transeant ad successores in Beneficiis, & fructus, redditus, & proventus hujusmodi ad vitam, propria auctoritate, annis singulis percipi possint, ipsique pensiones, fructus, ac redditus, & proventus à decimis, subsidiis, & aliis oneribus ordinariis, & extraordinariis pro tempore impositis liberi sint, etiam Consistorialiter reservatæ, et assignatæ fuerint, non tamen ultra dictam summam ducatorum ducatorum similitum, in totum, pro unoquoque Milite Lauretano, & quolibet, ac singulo Officio ejusdem Militiæ Lauretanæ reservari, constitui, concedi, et assignari possint. Ita quod quilibet Militum Lauretanorum prædictorum tam Laicorum, quam Clericorum, omnesque & singuli alii Officia Militiæ Lauretanæ hujusmodi, etiam usque ad dictum numerum viginti pro tempore obtinentes, unam, vel plures pensiones annuas super similibus fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ac distributionibus quotidianis, seu earum loco quoscumque fructus, redditus, et proventus mensurarum, et Monasteriorum etiam Consistorialium, aliorumque beneficiorum prædictorum hæctenus, & pro tempore reservatos, & assignatos, tunc, & pro tempore habentes illas, & illos, etiam si matrimonium, ut præfertur, contraxerint, usque ad summam 200. ducatorum hujusmodi pro quolibet, et singulo Officio dictæ Militiæ Lauretanæ, nulla compositione soluta, ad vitam retinere; nec non pensiones, ac fructus, redditus, et proventus hujusmodi consequi, & habere, ac quoad vixerint, juxta illarum, et illorum reservationum, constitutionum, concessionum, & assignationum formam, continentiam, et tenorem percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere, absque ulla dispensatione, vel licentia desuper obtinenda, liberè, & licitè possint, et valeant. Ita tamen, quod dicti Milites Lauretani Laici in habitu armatae militiæ, viro equiti convenienti, Nos, et Successores nostros predictos in aliquibus expeditionibus, aut Conciliis sequi debeant. Militibus etiam Lauretanis Clericis nunc, et pro tempore existentibus hujusmodi, etiam si matrimonio, ut præfertur, contraxerint, dummodò licitè illud contrahere possint, ac omnibus, & singulis aliis etiam qui plura Officia Militum Lauretanorum hujusmodi, etiam usque ad numerum viginti simul, ut præfertur, obtinent, & obtinuerint, etiam si dicti Milites Lauretani. ejusdem S. R. E. Cardinales, ac Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi sint, vel fuerint, ut ipsi quascumque pensiones annuas super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus, ac etiam juribus, obventionibus, & emolumentis quarumcumque similitum mensurarum Episcopopalium, etiam Metropolitanarum, et Patriarchalium, ac etiam Monasteriorum, etiam Consistorialium, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, et quorumvis Ordinum Regularium, ipsorumque Beneficiorum distributionibus quotidianis, etiam manualibus, et aliis quomodolibet, ut præfertur, nuncupatis, etiam si beneficia hujusmodi ut præmittitur, vel aliis quomodolibet qualificata, et cujuscumque annui valoris, illorum singulorum fructus, redditus, et proventus fuerint, nec non etiam quoscumque fructus, redditus, et proventus similitum mensurarum, et Monasteriorum, aliorumque Beneficiorum secularium, et Regularium hujusmodi, etiam loco pensionum annuarum, sibi eadem auctoritate Apostolica nunc, & pro tempore reservatas, et assignatas, ac reservandas, et assignandas, non tamen dictam summam ducatorum ducatorum similitum pro unoquoque, et singulo Officio Militiæ Lauretanæ hujusmodi, nec medietatem fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, et emolumentorum Beneficiorum hujusmodi excedentes, in quoscumque Clericos per eos eligendos, vel nominandos, et quæcumque, quotcumque, et qualiacumque Beneficia Ecclesiastica, etiam ut præfertur qualificata obtinentes, nec non etiam quascumque pensiones annuas, et quof-

quoscumque fructus, redditus, & proventus, etiam loco pensionum annuarum percipientes, quodcumque etiam cum primis Officia Militiæ Lauretanæ hujusmodi affectu fuerint etiam nullo expectato termino dicti biennii, in nostris litteris prædictis expressi, & specificari, & aliàs etiam in mortis articulo, etiam in manibus nostris, vel Romani Pontificis, pro tempore existentis, seu alius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, etiam coram Notario Laico, & duobus, vel tribus testibus etiam Laicis, & in Romana Curia, & aliàs ubique locorum transferre. Ita quod dicti pro tempore existentes Romanus Pontifex, & personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ illas pensiones, ac dictorum fructuum, reddituum, & proventuum reservationes, & assignationes cassare penitus, & extinguere, ac illarum, & illorum loco aliam, seu alias cassatas, seu cassatarum similes pensiones, ac eisdem fructus, redditus, & proventus, quorum reservationes, & assignationes sic cassatæ, & extinctæ fuerint, cum omnibus, & singulis indultis, clausulis, obligationis, & Decretis, quibus prius reservatæ, & assignatæ erant, & aliàs juxta illarum, & illorum reservationum Constitutionum, concessionum, & assignationum formam, & tenorem, etiam absque consensu dictas pensiones solvere debentium, ac Ecclesiarum Cathedralium etiam Metropolitanarum, etiam Patriarchalium prædictarum Præsulum pro tempore existentium &c.

Idem Sixtus V. in alia Constitutione, qua incipit Solet Apostolicæ Sedis edit. an. 1588. Kal. Novemb.

Ac ulterius eisdem Milites, ac in hujusmodi Officiis, eorumque pro tempore futuros successores, amplioribus adhuc favoribus, & gratiis prosequentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus volumus, ac eis perpetuò harum serie indulgemus, ut facultas transferendi pensiones, seu fructus, redditus, proventus, aut bona, prædiæ Ecclesiastica prædicta eorum cuique pro tempore assignatos, seu reservatos, aut reservata, usque ad summam quantitas, & valores superius descriptos, eis ut præfertur, aliàs per nos concessa, non solum ad transferendum in favorem Clericorum non conjugatorum, prout in aliis prædictis nostris litteris expressum fuit, sed etiam ad transferendum in favorem Clericorum conjugatorum, vel Laicorum, etiam conjugatorum qui tamen translatarii, vel ipsi quoque Milites Lauretani existant, vel aliàs à Sede Apostolica sufficientem dispensationem obtineant, eis, & eorum cuique perpetuò suffragentur. Nec non tam prædictum, quàm etiam aliud Privilegium, & indultum, fructus, redditus, & proventus, aut prædiæ, bonaque Ecclesiastica hujusmodi recipiendi, aut retinendi, seu etiam transferendi pensiones Militibus Laicis, seu Clericis conjugatis, vel etiam non conjugatis, si post reservationes prædictas matrimonium contraxerint, aliàs ut supradictum est concessum, etiam ad Milites Lauretanos bigamos, qui scilicet cum duobus, tribus, aut pluribus virginibus, vel viduis, aut alias corruptis mulieribus, etiam successive pluries matrimonium contraxerint, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, extendimus, & ampliamus, ac cum hujusmodi Militibus Lauretanis, sic ut præfertur bigamis, & eorum quolibet etiam duplici, triplici, aut alia quavis multiplici, etiam vera, & reali bigamia notatis, nunc, & pro tempore existentibus, ut etiam si ante, vel post factas eorum cuique prædictarum pensionum, aut fructuum, reddituum, proventuum, seu

bonorum, aut prædiorum Ecclesiasticorum reservationes, & assignationes, cum duobus, tribus, vel pluribus virginibus, aut viduis, aut aliis mulieribus, pluries matrimonium contraxerint, nihilominus etiam absque alia à Nobis, vel pro tempore existente Romano Pontifice, particulari obtinenda licentia, aut dispensatione, pensiones, aut fructus, redditus, proventus, prædiæ, aut bona Ecclesiastica supradicta, eis, & eorum cuilibet reservari, & in eorum favorem, vigore Privilegiorum prædictorum transferri, & ipsi quoque vigore eorundem privilegiorum, easdem pensiones, fructus, redditus, proventus, prædiæ, aut bona Ecclesiastica percipere, exigere, & in suos usus, & utilitatem, convertere, ac in alias quascumque personas per se, seu vigore similibus Indulti, aut dispensationis capaces, quodcumque, etiam in mortis articulo transferre, ac si interim, & pluries successive matrimonium cum virginibus, aut viduis, vel aliis mulieribus contraxerint, nihilominus easdem pensiones, fructus, redditus, & proventus, prædiæ, & bona Ecclesiastica retinere ut prius, & percipere, bigamia hujusmodi etiam multiplicitas, & eorumque inhabilitate, & incapacitate inde resultante, & quibusvis aliis contrariis nequaquam obstantibus, liberè, & licitè valeant, gratiosè dispensamus. Decernentes quancumque bigamiam etiam multiplice supervenientem, privilegia prædicta eis, ut præfertur, concessa, ac reservationes eis factas, vel facultates transferendi, aut translationes ab aliis in eorum favores faciendas, recipiendi, nullo modo expirare, cassare, aut cassatas, vel extinctas fore, aut dici, vel censeri posse. Declarantes etiam quascumque pensiones, aut fructus Ecclesiasticos, aliæ prædicta, etiam aliàs, non semel tantum, sed sæpius vigore quarumcumque facultatum, aut privilegiorum quibusvis personis, in genere, vel in specie quomodolibet concessorum translatas, & translata, nihilominus de novo per ipsos Lauretanos Milites in vim prædictorum Privilegiorum, facultatum, & Indultorum, in alias personas eis bene visas, ut dictum est, transferri posse. Ac ea, quæ præsentibus nostris litteris continentur, de novo concessa, extensa, ampliata, & declarata privilegia, gratias, indulta, & dispensationes, non solum quadraginta, sic per easdem præsentibus erectis, sed aliis ducentis, & sexaginta prioribus Militum Lauretanorum Officiis, atque adeò Collegio universo, & cuilibet ex his quadraginta novis, & aliis ducentis, & sexaginta prioribus Militibus, nunc & pro tempore existentibus, ipsaque Officia obtinentibus, & obtenturis, ex nunc perpetuò suffragari, ejusdemque substantiæ, roboris, validitatis, & efficaciac existere, ac si ab initio in primæva erectione, & fundatione per Consistorium, de consilio, & assensu S. R. E. Cardinalium prædictorum concessa, & in primis nostris litteris, inserta, expressa, & contenta fuissent, &c.

XII

Cetera Indulta, si qua sunt, aliis Collegiis, Militibus, aut Officiis concessa, commode haberi non poterunt. Illa verò pro personis particularibus hic non registrantur, quia conceduntur diversimodè, secundum qualitates personarum, & aliàs circumstantias, & in translationibus pensionum præcepti attendi debet eorundem tenor.

F I N I S.

I N D E X R E R U M N O T A B I L I U M

Quæ in hoc Tractatu e Pensionibus Ecclesiasticis continentur,

A

ABBREVIATORES.

Majoris Præsentia habent Indultum transferendi pensiones usque ad summam decemcentum c. 15. n. 24. Ampla quamvis officium dimiserint, dummodo per quinquennium illud exercuerint, ibid. num. 24. Tenor Indulti ab Urbano VIII. eorumdem Collegio concessi, & à Clemente X. ampliat.

A G T I O.

Clara, exceptio turbida, qualiter verificatur, cap. 16. n. 5.

Æ T A S.

In Beneficiis simplicibus, vel aliis non qualificatis requiritur 14. annorum, cap. 20. num. 5. **I**n qualificatis illa requiritur, quæ est apta illi Ordini Sacro, qui est annexus, vel ubi non est annexus, illa ætas, quæ requiritur pro subdiaconatu, ibid. **I**n primis Dignitatibus, Abbatibus, & Parochialibus requiritur illa, quæ apta ad Sacerdotium, dicto cap. 20. sub eodem num. 5. **I**n Episcopatu, vel Archiepiscopatu triginta annorum requiritur, ibid. **I**n Canonatu Pœnitentiario illa annorum 40. dicto c. 29. num. 5.

A N N U S.

Quomodo de jure calculari debeant anni, & tempore, ut sciatur quid transmittatur, cap. 19. n. 4.

A P P E L L A T I O.

Ad utrumque effectum admittitur à declaratione, quam facit Juxta de probatione sufficientium diligentiarum, cap. 16. sub num. 16.

A R G U M E N T U M.

A feudis ad pensiones valet, cap. 2. num. 15. **A** beneficiis Ecclesiasticis ad pensiones non valet, præsertim in odiosis, & correctoriis, cap. 4. n. 4. & cap. 15. n. 14. Nec è contra, cap. 9. n. 10. & c. 10. sub n. 7. **A** similibus ob rationis identitatem deduci valet, cap. 7. n. 4. ad fin.

A S S E N S U S A P O S T O L I C U S.

Vide *Beneficium Apostolicum*. **A**n requiritur in extinctione pensionis, quæ fit per consensum pensionarii simpliciter, & quid sit cum recompensa. **V**ide *Consensus*, & *vide Pensio quoad extinctionem*. **S**ufficit sola supplicatio signata manu Pontificis, pro dicto assensu, ad effectum extinguendi pensionem, cap. 13. n. 2.

A S S I S T E N T E S.

Prælati, & eorum privilegia, vide in fine.

A U C T O R.

Hujus tractatus, ratione ministerii, habuit cooperationem in hac novissima Constitutione Innocentii XI. super facultate transferendi, sicut in alia Constitutione super statutariis successibus, c. 1. n. 15.

A U C T O R I T A S.

Auctoritatum cumulos querere amanuensium, vel scriptorum potius, quam Doctorum opus est, cap. 1. n. 15. in fine. **T**ranscriptorum modica, imò nulla existimanda, c. 20. ad nymmer. 1.

Ubi deest auctoritas, discursivo, vel ratiocinativo modo procedendum est c. 20. n. 1.

A U D I T O R G A M E R Æ.

Est generalis exequitor litterarum Apostolicarum, etiam si expressè nominetur, cap. 16. n. 22. **P**ropinas exigere non potest, nisi sit specialiter deputatus, ibid. **I**ntellige in prima executione litterarum reservationis pensionis, quæ adhuc effectum sortita non sit, secus si jam effectum habuerit, quo casu non intrat propina, dicto c. 16. sub num. 22.

B

B E N E F I C I U M.

Vigore particularium legum Hispaniarum, & Portugaliz, exteri sunt incapaces beneficiorum in illis Regnis, cap. 9. sub num. 1. **B**eneficiorum species numerantur, quorum prima est merè simplicium, non habentium residentiam, nec administrationem, c. 11. n. 9. **S**ecunda illorum, quæ sunt servitoria, & habent onus residentiz, licet in eis non consideretur spirituale conjugium, ut sunt Dignitates, Canonatus, & c. ibid. **T**ertia est in illis, quæ collata in titulum, vel in commendam habent aliquam administrationem adnexam, ibid. **Q**uarta species est Ecclesiarum habentium curam animarum, vel jurisdictionem, in quibus consideratur spirituale conjugium, d. c. 12. n. 9. **P**er quæcumque delicta, etiam gravia, & enormia non inducitur beneficiorum privatio, nisi in casibus dumtaxat expressis à jure, cap. 12. n. 14. **B**eneficium est quid merè Ecclesiasticum, & spirituale, ideoque laici non sunt capaces, cap. 20. n. 3. **V**acet per matrimonium, professionem, affectionem militiz, aliorumque officiorum secularium, c. 20. n. 4. **P**ena privationis beneficiorum, an extendatur ad pensiones. **V**ide *Pœna*. **Q**uando dicatur titulus sufficiens ad Ordines, cap. 20. n. 14. **B**eneficii collatio si sit invalida, an etiam pensio corruat, cap. 10. num. 19.

B E N E P L A C I T U M A P O S T O L I C U M.

Vide *Assensus Apostolicus*. **R**equiritur in cessione, vel translatione pensionis alicui quovis alio titulo facta, etiam gratuito, cap. 14. n. 3. **A**mplia in cessione, vel alia translatione commoditatis ipsius pensionis.

B U L L A.

Pii IV. alizque Pontificiz Constitutiones super confidentia Beneficiorum loci non habent in pensionibus, quoad effectus penales, cap. 9. num. 10. **S**ixti V. sancivit pensionis extinctionem per non delationem habitus Clericalis, quoties pensio excederet eorum valorem, cap. 13. n. 15.

C

C A M E R A A P O S T O L I C A.

Precipit pensiones inexactas, ad instar fructuum Beneficiorum, cap. 19. num. 1. **Q**uid ubi non adit usus Collectorum Apostolicorum, dicto cap. 19. num. 3. **D**e stylo sibi applicat pensiones inexactas, cap. 20. n. 8.

C A R D I N A L A T U S.

Vacare facit beneficia majora consistentia in Cathedralibus, & Metropolitanis actualis administrationis, & alia quæcumque habentia onus residentiz, & curæ Sacramentalis, non autem alia beneficia, neque pensiones, c. 13. n. 10. vers. super dignitate.

C A R D I N A L I S.

Pensiones, quæ à Cardinalatu solvuntur transferri non possunt, nisi illorum consensus accedat, cap. 15. n. 21. **I**ndulta eorumdem pro transferendis pensionibus, cap. 15. n. 24. **A**n ex ipso Cardinalatu habeant facultatem, & an cuilibet speciale Indultum concedatur, c. 14. n. 24.

C A U T E L A.

Moderno tempore introducta, ut si Titularis afferat se bene in formatum de valore, & capacitate, assumendo in se onus probandi contrarium, dirimit controversias super verificatione valoris, c. 11. n. 14. c. 12. n. 5. c. 16. n. 35. & n. 24. **E**jus vigore, licet non tollatur Titulari facultas probandi incapacitatem, nihilominus interim non retardatur via executiva litterarum Apostolicarum, donec intentio ejusdem Titularis terminetur per res conformes, d. cap. 16. n. 5. **N**on afficit novum Titularem successorem, cum quo non fuit praticata, dicto cap. 16. num. 6. **D**e ea noviter obtinenda per successorem solliciti esse solent Pensionarii mortuo primo gravato dicto cap. 16. n. 7. **A**n eam prælate ardentur noviter provisi, etiam inviti, ibid. **A**n eam prælate esse styllum concluditur. **Q**uæ fovet fraudes, & calumnias est abolenda, dicto cap. 16. sub num. 8. **E**x facti qualitatibus, & circumstantiis ejus rigorem æquum est, ut Pontifex temperet, remittendo causam alicui Congregationi, vel magno Tribunali, suspenso rigore processus executivi, cap. 16. n. 24.

C E D U L A.

Bancharia alicujus probati negotiatoris præstari solet per provivum pro securitate solutionis pensionis, cap. 9. n. 4. **L**ocum habet ubi agitur de pensionibus ultra montes adeo ut provivus non sit facilis coactionis, cap. 6. n. 9. **F**allit ubi exigatur ad effectum cogendi ad solutionem pensionis excessivam, cujus Ecclesia sit incapax, dicto cap. 16. sub n. 9. **A**d quantum tempus restringi solet, cap. 9. n. 7. **C**oncipitur duplici conditione resolutiva obligationis, una scilicet mortis provivi, altera mortis ipsius Commodatarii, cap. 9. num. 4.

C E D U L I S T A.

Ad hoc solvere tenetur, etiam si provivus nequeat possessionem capere ob aliquod impedimentum, cujus plena non adest probatio, cap. 9. n. 5. **A**mplia etiam quod detur plena, & concludens probatio, quoties adhibita fuerit cautela, hac clausula concepta *Habita, vel non habita possessione*, dicto cap. 9. n. 6. **A**ffignantur tamen aliquod congruum tempus Judicis arbitrio, usquequo constet, quod per provivum fuerit adhibita diligentia cum sinceritate, dicto cap. 9. n. 6.

C E N S U R Æ.

Quam faciliter relaxentur contra Titulares, & quid de præfenti tempore. **V**ide *Judex*. **A**d illas deveniri non debet, nisi in subsidium, & quando evidenter constat de protervia, & calumnia, cap. 16. n. 23.

C E S S I O.

Pensionis quando dicatur facta super ejus substantia, an potius super commoditate, cap. 14. n. 10.

C E D E N S.

Tenetur ad quanti interest pro factis voluntariis erga cessionarium, cap. 14. num. 7. **I**n præjudicium cessionarii, de æquitate, pensionem transferre non potest, dicto cap. 14. num. 9.

C L A U S U L A.

Dummodo remaneant mille pro Episcopo, vel centum pro Rectore, & si non adiciatur, tamen subintelligitur, nisi eidem expressè fuerit derogatum, cap. 6. n. 2.
Card. de Luca de Statut. Succes.

Limita in Ecclesiis Cathedralibus, ubi omittatur superior clausula, non subintelligitur, sed remanet Titulari jus petendi congruam alimentariam, non autem Conciliarem, dicto cap. 6. num. 6.

Contrarium verius, ibid. n. 4. **E**xpressè adjecta facit reservationem conditionalem, adedut pensionario incumbat onus justificandi, quod remaneat mille, vel centum, quoties non reperiretur in possessione exigendi, dicto cap. 6. n. 5. & c. 16. n. 2.

Intellige si percutiat ipsam reservationem, secus si percutiat diversum effectum, quia nempè præcedat clausula *etiam si alia &c.* & subsequatur clausula *dummodo omnes*, dicto c. 6. n. 7. **T**acite deducta transiundit dictum onus probandi in Titularem, dicto c. 9. n. 5.

Dummodo &c. apposta in Ecclesiis Cathedralibus, vel Parochialibus ad præsentationem Regum, vel Principum non dirigitur ad congruam Conciliarem, sed quotitativam, dicto cap. 6. num. 6.

Habita, vel non habita possessione quid operetur, c. 9. n. 6. **S**i, & postquam Clericali characteri insignitus fuerit apponatur, quoties pensio reservetur laico, c. 10. n. 4.

Dummodo &c. apposta in reservatione facta motu proprio causat reductionem, non verò nullationem, cap. 10. n. 4.

Limita si apponatur in reservatione super beneficio pleno, tunc enim, non justificato valore de tempore factæ reservationis, corruit reservatio, ibid.

Non alias &c. quid operetur, c. 10. n. 17. **U**s ultra alias similes, vel dissimiles facultates operatur, ut indulta transferendi non cessent supervenientem Cardinalatus dignitatem in personam pensionarii, cap. 15. n. 25.

Non retardata solutione plus importat, quam clausula *sine præjudicio*, cap. 16. n. 17.

C L E R I C A T U S.

Reputatur necessarius ad assequendas pensiones Ecclesiasticas, c. 4. num. 5.

Amplia ut adhuc justificari debeat in judicio summario retinentæ, ibidem.

Per militiam, vel alium actum incompatibilem amittitur, cap. 4. num. 6.

Ejus capacitas desideratur de tempore reservationis, & de tempore translationis, d. c. 4. n. 10. & 12.

Præsertim si in supplicatione pensionarius narretur Clericus, cap. 8. num. 4.

Intellige de illa pensione, quæ purè, & perfecte reservatur de tempore, quo beneficium vacat, secus ubi agitur de reservatione super beneficio pleno de consensu possessoris, tunc enim sufficit Clericatum adesse de tempore consensus Titularis, d. c. 4. n. 12. c. 7. n. 20. c. 8. n. 4. & c. 10. n. 5.

Requiritur de tempore signatæ supplicationis, nec sufficit illum supervenisse ante expeditionem litterarum, cap. 10. n. 5.

Intellige de reservatione pura, secus de conditionali, quæ expectat perfectionem ab aliquo actu subsequenti, ibid.

Implicitè censetur dimissus per assequitionem militiz, c. 13. num. 12.

Quo jure idem Clericatus requiratur pro pensionibus, cap. 10. num. 7.

C L E R I C U S.

Conjugatus quamvis habeat requisita pro fori privilegio, non tamen est capax pensionum Ecclesiasticarum, c. 4. n. 8.

In minoribus sicuti gaudet beneficio fori, dum habet beneficium, etiam si non habeat requisita Concilii Tridentini, ita si pensionem obtineat, c. 20. n. 12.

C O L L A T I O.

Beneficii si sit invalida, an per hoc reservatio pensionis corruat, c. 0. n. 19.

C O M M O D I T A S.

Pensionis cuicumque cedi potest, cum quilibet cujusvis status, & sexus illius capax existat, c. 14. n. 4.

Ejus cessionem reportare non prohibetur ipsemet Titularis, & possessor Beneficii, non obstante incompatibilitate actionis, & passionis in eodem subiecto, c. 14. n. 5.

Pertulit est cautela, ut Titularis se liberet ab onere pensionis cum acquisitione commoditatis, quam cum extinctione, dicto cap. 14. n. 6.

Creditores cedentes, an habeant actionem super ista commoditate, d. c. 14. n. 8.

Pro libertate commercii negativa opinio videtur usu recepta, ibidem.

C O N C L A V I S T Æ.

Quam facultatem habeant circa pensiones, cap. 15. num. 24. & in fine.

Scripta juxta temporum, vel morum qualitatem quandoque revocari, vel moderari solent, dict. cap. 1. num. 3.
 Odiosos, & de fraude suspectos reputat omnes actus, qui per infirmos, vel senes, vel minus validos fiunt favore juniorum, seu validiorum, quoties reperitur admixtum præjudicium tertii, cap. 15. sub num. 6.
 Adaptantur ad ea, quæ frequenter accidunt, cap. 1. num. 24. & dict. cap. 15. sub eod. n. 5. vers. quod autem.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

Reservationis pensionum habent viam executivam, cap. 16. num. 1.
 Non admittunt appellationem suspensivam, nec exceptiones dubias, & altioris indaginis, ibid.
 Limita si obstat defectus intrinsecus justificationis illarum, dict. cap. 16. sub eod. num. 1.

M

MILITES.

Vide verbo *Equites*.

M O N E T A.

Augmentum, vel decrementum monetæ in casu mutationis, cujus damno, vel lucro cedat, Titularis scilicet, in Pensionarii, cap. 17. n. 9.
 Si moneta conventa reperitur in rerum natura, an ille fieri debet solutio, non attendo illius augmento, vel detrimento, ibid. num. 10.
 Amplia si fuerit expressus valor, qui tamen demonstrativè, non autem taxativè intelligeretur appositus, dict. cap. 17. sub numer. 10.
 Ex æquitate admittitur debitor ad solutionem pensionis in moneta regionis pro moneta Romana, vel scutis Cameræ in specie conventis, dummodo inter utranque monetam æquivalcat intrinsecus valor, dicto cap. 17. n. 12.

M O T U S P R O P R I U S.

Vide verbo *Constitutio*.

Urbani VIII. circa facultatem transferendi refert, cap. 1. n. 6. & cap. 5. n. 3.
 Quæ dispendia, & incommoda gignere solebat, cap. 1. n. 8.
 Prorsus inutilis experiebatur, cum quilibet libentius eligebat licentiam non assumere, ibid. n. 9. & cap. 6. n. 8.
 Damnum, & gravamen potius augebat, quam relevabat, dicto cap. 1. n. 9.
 Damnum inferebat transferentibus, & translatariis, cap. 1. numer. 10.
 Theoricè, sive in abstracto videbatur utilis, practicè tamen, & in concreto damnosa experiebatur, ibid. n. 12.
 Innocentii XI. novissimè emanatus, quam salubris, & proficua sit, cap. 1. n. 13.
 Quid disponat? Et quam alacriter fuerit in Curia receptus, ibidem.
 Qualiter ex illo consultum sit Titularibus, & Pensionariis, cap. 1. num. 13.
 Clementis IX. ad favorem Cardinalium, cap. 19. n. 2.

N

NUNTIUS APOSTOLICUS.

Est ad instar Legati à Latere, ideoque non habet facultatem in collatione beneficiorum, nec in reservatione pensionum, cap. 3. sub n. 8.
 Aliqui Nuntii ad Reges, & Principes ultra montes, facultate Legati à Latere possunt conferre beneficia non excedentia valorem 24. ducatorum auri de Camera, dict. capit. 3. sub numer. 8.

O

O B S E R V A N T I A.

Spatio 20. vel 40. annorum continuata solvendi pensiones in diversa specie monetæ, an relevaret in casu mutationis monetæ, cap. 17. n. 11.

O F F I C I A.

In officiis vacabilibus popularibus, quæ nullam habent annexam administrationem, non potest Princeps denegare admissionem resignationis, cap. 15. n. 15. & seqq.
 Limita si resignatio fieri velit ab infirmo, vel à senes, aut alias de fraude suspecto, ibid. & seqq.

Scripturæ ex errore præposteratus non curatur respectu initiationis, vel maturationis primi termini, cap. 17. n. 5.
 Attendi debet qui est primus post reservationem, dicto cap. 17. sub n. 5.
 Ordinari quis potest ad titulum pensionis sicuti ad titulum beneficii, cap. 20. n. 11.

P

P A C T U M.

Initium cum Titulare, ut pensio in toto, vel in parte non possit transferri, quamvis habeatur Indultum, validum est, cap. 15. num. 23.

P A P A.

Vide verbo *Pontifex Summus*.

P A T R O N U S.

Quomodo disporre possit de Jure patronatus, cap. 3. n. 12.
 An pensiones ad ejus gratificationem reservandæ, dict. n. 12.
 Et usque ad quam summam, cap. 6. n. 12.

P E N S I O I N G E N E R E.

Apud grammaticos quid significet, cap. 2. sub n. 1.
 Quid apud Juristas, ibid.
 Ecclesiastica, de qua agitur, quid propriè sit, ibid. n. 2.
 Ecclesiasticæ, vel spiritualis eaditionis, quæ reservatur ad favorem Clerici, vel Ecclesiasticæ personæ, ibid. n. 3. & 4.
 Temporalis dicitur illa, quæ fit ad favorem personæ sæcularis, ibid.
 De per se considerata, sive sit ad favorem Ecclesiastici, sive sæcularis, est jus temporale, habetque aliquam annexionem spiritualitatis, dict. c. 2. n. 4. & c. 13. n. 1.
 Ex Constitutione Beati Pii, & Sixti Quinti, an sit immutata ejus natura, eaque effecta sit spiritualis, c. 2. n. 5.
 Ejus introductio commendatione digna convincitur, sed quandoque redditur damnabilis ex ejus abusu, quod pluribus exemplis exornatur, d. c. 2. n. 6.
 Initio habuisse probatur à S. Silvestro I. cap. 2. num. 7. & 31. & seqq.
 In quo antiquitus consistebat, cap. 2. n. 8.
 Ad obviandum fraudibus fuit postea introductus ejus usus in certa quantitate pecuniæ, d. cap. 2. n. 9.
 Quam rationabilis fuerit ejus origo, cap. 2. n. 11.
 Ejus licitus usus fit convertitur in abusum, quæ damna, & inconvenientia gignere soleat multis comprobatur exemplis, dict. cap. 2. n. 12.
 Tunc esset damnabilis ejus introductio, cum scilicet scinderetur beneficii substantia tam in temporalibus, quam in spiritualibus, puta adimendo à Titulari aliquam partem jurisdictionis, dict. cap. 2. num. 14.
 Ejus subjectum non est beneficium, neque ejus bona, sed sunt ejusdem beneficii fructus, cap. 7. n. 21.
 Pensio propriè dicitur ea reservatio, quæ fit in certa quantitate pecuniaria, cap. 5. n. 1.
 In quo differat à reservatione fructuum, ibid.
 Fiduciaria quæ fit, cap. 5. sub n. 6. in fine.
 Voluntaria, beneficio pleno, usque ad quam summam reservatur, cap. 6. n. 12.

Perpetuæ, vel temporales reservationes ad favorem manus mortuæ, quæ dicantur, cap. 5. n. 7. & c. 10. n. 10.
 Hujusmodi pensiones potius onera fixa, & perpetua, quam pensiones dici merentur, d. c. 10.
 Reservari non potest pensio ex privata partium conventionione, cap. 11. num. 7.
 Ejus materia regulanda est à stylo potius Curie, quam à jure communi, cui penitus est ignota, cap. 14. n. 1.
 Aliquæ propositiones legales, vel rationes juridicæ in hac materia non attenduntur, obitus, vel styli repugnantiam, cap. 14. num. 2.

Ipsi substantia non est in commercio, nec potest alteri cedi, vel ex alio titulo transferri, absque Beneplicito Apostolico, dict. cap. 14. n. 3.
 Non afficit substantiam beneficii, sed importat quandam portionem fructuum singulorum annorum, per speciem alimentariæ subventionis, cap. 16. sub n. 15. & cap. 20. n. 3.
 Magis rigorosè proceditur in pensionibus, quam in fructibus beneficiorum, cap. 19. n. 2.
 Est titulus, ad quem quis ordinari potest, cap. 20. n. 11.
 Equè, ac beneficium suffragatur quoad privilegium fori, dict. c. 20. num. 12. Vide verbo *Forus*.

Quomodo, & quando dicatur titulus promotionis ad ordines, dict. cap. 20. n. 13.

Quomodo, & quando dicatur titulus promotionis ad ordines, dict. cap. 20. n. 13.

Quomodo, & quando dicatur titulus promotionis ad ordines, dict. cap. 20. n. 13.

Pensionis reservatio, an invalida sit si collatio Beneficii corrumpatur, cap. 10. num. 19.

PENSIO QUOAD AMMISSIONEM.

Amittitur pensio per affectionem militiæ, aut alicujus actus incompatibilis cum Clericatu, cap. 4. n. 6.
 Per transitum conjugalem, cap. 4. n. 8.
 Per professionem in approbata Religione, cap. 4. n. 9. & c. 20. n. 4.

PENSIO QUOAD ASSENSUM TITULARIS.

In voluntaria reservatione intercedere debet assensus Titularis, cap. 3. num. 7.
 Consensus Titularis in prædicta reservatione debet esse præstitus de tempore, in quo verisimiliter fraus adesse non potest, dict. cap. 8. num. 9.
 Fraus adesse presumitur, si Titularis præstet consensum in statu infirmæ valetudinis, vel quando cogitabat statum conjugalem seu militarem assumere, vel si alius proxima erat vacatio, dict. cap. 8. num. 9.
 An idem dicendum in receptione unius, vel plurium terminorum cum actuali numeratione, si fiat ab infirmo, vel alias vacatione Beneficii imminente, cap. 8. num. 10.
 Consensus reservationem animat, & perficit, & sine illa deficit etiam voluntas Papæ, ibid.
 Titularis consentiendo hujusmodi pensioni, an habeat virtutem relevii contra illum, in cujus gratiam id egit, cap. 8. n. 18.

PENSIO QUOAD CAPACITATEM.

Quilibet absque status, gradus, ætatis, vel qualitatis differentia, est pensionum Ecclesiasticarum capax, cap. 4. num. 2.
 Infantes an sint pensionum capaces, cap. 4. sub n. 2. & cap. 20. n. 3.
 Ex stylo Curie Romanæ, nisi fiat expressè reservatio ad favorem sæcularis non sunt capaces, nisi Ecclesiastici, cap. 4. n. 3. & cap. 5. sub n. 1.
 Capacitas pensionarii in reservatione voluntaria, quæ fit intercedente consensu Titularis, requiritur de tempore præstiti consensus, cap. 8. n. 4.
 Capacitas quoad Clericatum quo tempore requiritur?
 Vide verbo *Clericatus*.
 In Regnis Hispaniarum, & Portugalliæ exteri sunt incapaces pensionum, cap. 9. sub n. 1.
 Quid tamen servatur in praxi, ad effectum ut pensiones reservari possint favore exteriorum.
 Vide verbo *Pensio quoad confidentiam*.
 Commoditatis pensionis quænam capax existat.
 Vide verbo *Commoditas*.

PENSIO QUOAD CONCURRENCIAM CREDITORUM, ET ALIORUM PENSIONARIORUM SUPER FRUCTIBUS.

Concurrentibus pluribus pensionariis pro pensionibus, diverso tempore reservatis super fructibus Ecclesiæ, militat Juris regula. *Qui prior in tempore potior est in jure*, cap. 18. n. 1.
 Amplia, ut adhuc præferatur anterior pro pensionibus annorum decursum super fructibus anni currentis, cap. 18. n. 4.
 Si eodem tempore reserventur pensiones in favorem plurium, tunc omnium coequalis est concursus, dict. c. 18. n. 2.
 Amplia si plures concurrerent diverso tempore nominatim ab eodem Rege, vel Principe in pensione ab eorum nominatione reservata pro personis nominandis, cap. 18. n. 3.
 Super fructibus Congruæ Conciliaris per Titularem derogatæ, ille pensionarius præferatur, ob cujus favorem fuit derogata, non obstante præexistente aliorum pensionariorum, dict. cap. 18. n. 5.
 Pensionarii super fructibus Beneficii præferuntur omnibus creditoribus Beneficii, sive Titularis, cap. 18. n. 6.
 Amplia ut præferatur Capitulo, vel Canonicorum Collegio, quibus fructibus accrescerent, gravato non interveniente Ecclesiæ vacante, cap. 18. n. 7.

PENSIO QUOAD CONFIDENTIAM, SIVE FIDUCIAM.

Hæc species reservationis solet praticari super beneficiis liberæ collationis Regnorum Hispaniarum, & Portugalliæ, cap. 9. n. 1.
 Cum nequeant exteriis dicta beneficia conferri, multòque minus pensiones reservari, usus innolevit, ut deputeret Nationalis vulgo dictus *Tesla di Ferro*, in cujus persona, quoad solum nomen, sunt reservationes favore exteriorum, capit. 9. numer. 1.
 In hac specie reservationis locum habet regula *Plus valere quod agitur*, quam quod simulatè concipitur, & quare, cap. 9. numer. 2. & 3.

Quomodo extinguatur.

Vide v. *Pensio quoad extinctionem*.
 Pro solutione hujusmodi pensionis præstat cedula bancaria probati negotiatoris pro affecutione solutionis, cap. 9. n. 4.
 An sit temporalis, vel perpetua, cap. 9. n. 7.
 Altera species est, quæ reservatur ad favorem personæ capacis, quæ tantum demonstrativè se habet, commodum autem est personæ incapaci, cap. 9. n. 8.
 In hoc nostro tempore praticari non solet, ibid.
 Tertia species verificatur in beneficiis liberæ collationis Ordinarii, & juris patronatus, cum scilicet per incapacem supplicat Papæ, ut reservetur pensio in sui personam, quoad effectum & quod imponatur in persona capaci, quæ nudum habet nomen, dict. cap. 9. n. 9.
 Quarta species, quæ respicit simulationem Titularis potius, quam personæ pensionarii, cap. 9. n. 12.
 Quinta species verificatur in translatione pensionis cum scilicet Titularis patitur ipsum transferentem in pensionis commodo continuare, ipse verò commodum obtineat post mortem transferentis, dict. cap. 9. n. 12.
 Hæc conditio, sive pactum esset species successionis, vel hæreditamentæ, ideoque adiaci non posse suadet, dict. cap. 9. numer. 13.
 An autem ipsa conditio solummodo vitietur, non autem ipsamet translatio, ibid.
 Quatenus translatio vitietur, an adhuc pensio continuari debeat penes transferentem, pro affirmativa concluditur, ibidem numer. 12.
 Dupliciter desumi potest tacite hujusmodi conditio, & plures conjecturæ enumerantur ad illam eliciendam, cap. 9. numer. 15.
 Sexta species est ea, quæ durat etiam post mortem transferentis, quæ omnino uti improba reiicitur, cap. 9. n. 16.

PENSIO QUOAD DIMINUTIONEM, REDUCTIONEM, ET ANNULLATIONEM.

De Potestate Pontificis, quoad illum effectum, an possit dabari.
 Vide v. *Pontifex*.
 Annullatur pensio voluntaria, beneficio pleno, quoties non doceatur de vera solutione omnium terminorum, cap. 11. numer. 1.
 Item annullatur quando exigatur ante expeditionem litterarum Apostolicarum, dict. cap. 11. n. 1.
 Post litteras tamen expeditas potest exigere terminos, intermedio tempore, post gratiam, & ante litterarum expeditionem decursos, cap. 11. n. 3.
 Limita si pensionarius assumat statum incompatibilem, & obtineat gratiam dispensationis cum supplicatione signata, tunc enim exigendo pensionem, etiam ante litterarum expeditionem, non incurrit in hujusmodi nullitate, dict. cap. 11. numer. 4.
 Ut incuratur hujusmodi pœna opus est, ut exactio fiat ab ipso pensionario, vel ejus procuratore, cum speciali mandato, secus si cum generali, cap. 11. n. 6.
 Pensio perpetua, an diminutionem pati debeat ob fructuum diminutionem, cap. 11. n. 8.
 In beneficiis simplicibus tenuitas fructuum non excusat à solutione pensionis, cap. 11. n. 10.
 Idem receptum est in dignitatibus, & Canonicatibus, ibid. num. 11.
 In gratiam tamen Ecclesiæ, ne Ministris desinita remaneat, assignari solet ad favorem possessoris beneficii quædam congrua, quæ certam non habet taxam, ibid.
 Idem praticatur in Abbatibus, seu Commendis, cap. 11. numer. 12.
 In Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus provium est per Concilium Tridentinum, ut remaneat congrua, videlicet mille pro Episcopo, centum pro Rectore, cap. 11. num. 13.
 Ad effectum annullandi pensionem, non falsam narrativam valoris per ascensum, attenditur tempus reservationis ad effectum verò diminutionis pensionis, ob deductionem congruæ attenditur valor de tempore præsentis, dict. cap. 11. n. 15.

PENSIO QUOAD EXACTIONEM, ET SOLUTIONEM.

Probatio solutionis veræ, & effectivæ, in specie reservationis voluntariæ, super beneficio pleno, potest fieri per testes, aliaque species probationis, quæ perfecta dici valeat, cap. 8. num. 12.
 An justificari debeat solutio illorum terminorum, in quibus Titularis nullos fructus percipit, cap. 8. n. 3.
 Hujusmodi solutiones fieri debent ab ipso Titulari, vel ejus Pro-

curatore ad id deputato, non à tertio, acetiam debet fieri ipsi pensionario, non autem tertio, cap. 8. n. 14.
 In specie reservationis, quoad confidentiam non fiduciarius, sed commodatarius jus habet exigendi pensionem, cap. 9. numer. 3.
 Provisus de beneficio quando arctatur præstare cedula bancariam pro allocatione solutionis pensionis, cap. 9. n. 4.
 Post litteras expeditas pensionarius licite potest exigere terminos intermedio tempore decurfos, cap. 11. n. 13.
 Sufficit quasi possessio exigendi pensionem, etiam mediante solutione unius termini, ad hoc gravatus possit cogi, ut in futuro continuet, cap. 16. n. 10.
 Intellige si solutio parvis facta sit in causam totius, secus ubi limitata illam partem, ibid.
 Pro exactione agi potest tam contra primum Titularem, quam contra alios successores, pro terminis decurfis tempore, quo ipse successor fuit possessio beneficii, dict. cap. 16. n. 15.
 Pro terminis decurfis tempore prædecessoris, & ab eo non exactis, competit actio contra successorem super fructibus futuris quoad tamen uti asperum, & nimis durum convincitur, d. c. 16. sub eod. n. 15.
 Limita dummodo constet prius de diligentis adhibitis contra prædecessorem, ibid.

PENSIO QUOAD EXTINCTIONEM, ET CESSATIONEM.

In specie reservationis fiduciariæ extinguitur pensio per mortem commodatarii, non per mortem fiduciarii, cap. 9. n. 3.
 Extinguitur per legitimum non vitiosum pensionarii consensum cap. 13. n. 1.
 Qualiter consensus requiratur, Vide verbo *Consensus*.
 Valida erit quoad favorem Ecclesiæ facta etiam absque beneplacito Apostolico, invalida tamen erit quoad ipsum pensionarium, ideò hic illam pecuniam ab eo avocare potest, cap. 13. eodem num. 1.
 Hæc extinctio per consensum pensionarii est favorabilis Ecclesiæ, & Pensionario, & odiosa non est Titulari, cap. 13. n. 3.
 Speciem aliam præferre videtur, sapiente negotiationem, ibid.
 Quæ inconvenientia gignere soleat extinctio, quæ fit per resignationem ad favorem, mediante certa pecuniarum quantitate, cap. 13. n. 4.
 Cessat pensio per obitum pensionarii, cap. 13. n. 5.
 Super hoc modo extinctionis quomodo irripit abusus, n. 6.
 Per statum conjugalem, quem pensionarius assumit, pensio ipso jure cessat, cap. 13. n. 7. & cap. 28. n. 4.
 Amplia quamvis quicum, & virginem ducat, vel in statu Clerici conjugati vivere velit, ibid.
 Amplia etiam matrimonium contractum sit ipso jure nullum, dummodo nullitas non proveniat ex defectu consensus, ibid.
 Cessat pensio per professionem emissam in Religione approbata per Sedem Apostolicam, cap. 13. n. 8. & cap. 20. sub n. 4.
 Quid dicendum de Religione Societatis Jesu, c. 13. n. 8. & 9.
 Adepto Episcopatus, an faciat cessare pensiones, cap. 13. numer. 10.
 Quid de Cardinalatu, dict. n. 10.
 Militia secularis per pensionarium assumpta, causat extinctionem pensionis, cap. 13. n. 11. cap. 20. n. 4.
 Vide verbo *Militia*.
 Idem operantur alia officia secularia exercitium alicujus jurisdictionis habentia, ibid.
 Non attenditur, quoad hunc effectum, distinctio an hæva exercuerit in causis capitalibus, vel non, ad instar incurris in irregularitatem, sed spectatur sola ratio cessantis Clericatus, cap. 13. num. 12.
 Reudum seculari an faciat cessare pensionem, c. 13. n. 13.
 Delicta quamcumque gravia, & enormia, nisi sint illa, quæ excipiuntur expressè à jure, non causant extinctionem pensionem in pensionario delinquente, immò nec etiam in Beneficiis, cap. 13. num. 14.
 Per non incesum in habitu Clericali, quando pensio excedit certum valorem, in Constitucione Sixti V. præscriptum, intrat illius extinctio, d. c. 13. n. 5.
 Excepto casu obitus pensionarii, & altero veræ Cessionis de consensu, raro reducitur ad proximum præarratæ species extinctionum, ob dispensationes Apostolicas desuper concessi solitas, cap. 13. n. 6.
 An cesset pensio reservata Cardinali, vel alteri habenti certam qualitatem ob istam cessatam, c. 13. n. 22.
 Et quid ob immutatum Ecclesiæ statum, d. c. 13. n. 23.
 Præsumitur extinctio, vel annullatio pensionis, si concurrat diuturnitas longi temporis, in quo pensionarius siluerit, cap. 16. num. 18.
 Pensionis extinctio ob dimissionem status Clericalis per matrimonium, & professionem, & affectationem nullitas ex parte naturæ pensionis, ut est in Beneficiis, sed à Christi stylo per quamdam consequentiam, c. 20. n. 4.

PENSIO, QUOAD IMPOSITIONEM VOLUNTARIAM, BENEFICIO PLENO.

An possit reservari per Papam sine causa, & sine consensu possessoris, cap. 8. n. 1.
 Voluntaria reservatio dicitur ea, quæ fit intercedente assensu Titularis, cap. 8. n. 3.
 Triplicem continere dicitur conditionem, primam scilicet, ut intercedat consensus Titularis, à quo gratia perfectionem recipit, cap. 8. n. 4.
 Secundam valoris justificationem, cap. 8. n. 5.
 Tertiam decretum annullativum, ut donec vivit Titularis sequi debeat vera solutio omnium terminorum, adeout defectus unius termini irritet gratiam, ibid. n. 6.
 Non sufficit confessio de recepto, nec solidatio computorum per publicum Instrumentum, sed aliunde justificari debet vera, & realis solutio ad obvium fraudibus ibid.
 Nec prodest præsumptiva probatio resultans ex l. quicumque C. de apoch. publ. lib. 10. c. 8. n. 7.
 Quomodo, & à quibus fieri debet solutio dictorum terminorum.
 Vide verbo *Pensio quoad exactionem, & solutionem*.
 Consensus Titularis in hujusmodi reservatione de quo tempore requiritur.
 Vide verbo *Pensio quoad assensum Titularis*.
 Probatio veræ solutionis an possit fieri per alios legitimos modos, quam per publicum Instrumentum realis numerationis, coram Notario, & testibus.
 Vide verbo *Pensio quoad exactionem, & solutionem*.
 An justificari debeat solutio illorum terminorum, in quibus Titularis nullus fructus percipit d. c. 8. n. 53.
 Qualis dicatur reservatio voluntaria, etiam beneficio pleno, seu cum causa, cap. 8. n. 15.
 Hanc speciem reservationis Dataria non admittit ultra medietaem fructuum beneficii resignati ibid.
 Qualis rigor attendatur in hac specie, dict. cap. 8. numer. 16.
 Hujusmodi reservatio quomodo annullatur.
 Vide verbo *Pensio quoad diminutionem, vel annullationem*.
 Quæ probatio requiratur circa valorem.
 Vide *Pensio quoad valorem*.

PENSIO, QUOAD NULLITATES RESERVATIONUM.

Nulla est reservatio, si fiat personæ incapaci, puta alicui, qui de tempore signatæ supplicationis non sit Clericus, cap. 10. num. 3.
 Vel si fiat Clerico, qui tamen effectus sit capax per solemnem, & validam professionem ibid.
 Limita si Papa expressè pensionem reservaverit pro laico, cap. 10. sub num. 3.
 Ex verisimili voluntate Pontificis nulla est reservatio, si fiat favore excommunicati vitandi, secus si favore tolerati, vel suspensi, vel irregularis, c. 10. n. 7.
 Expressa mentio aliarum pensionum, quibus gravata reperitur Ecclesia, fieri debet, alias reservatio nullitati subjacet, cap. 10. n. 8. & cap. 13. sub n. 21.
 Limita primò si antiquæ pensiones fuerint invalidæ, cap. 10. numer. 9.
 Limita secundò ubi antiquæ pensiones non essent temporales, sed perpetuæ juxta suam naturam, puta ad favorem Sacristiæ, cap. 10. num. 10.
 Limita tertio ubi reservatio contineret clausulam *Etiamsi alia*, vel aliunde constaret de Papæ voluntate, qui aliorum onerum conficius esset, d. c. 10. n. 11.
 Reservatio, quæ fit super Ecclesiæ, vel Beneficio curato, non facta mentione curæ, nulla est in radice, cap. 10. num. 14.
 Amplia in reservatione, quæ fit super Jurepatronatus laicorum, maxime Regio sine istius qualitatis mentione, saltem implicite cap. 10. n. 14.
 Intelligit de Beneficiis, quæ sunt principaliter curata, secus si cura sit eis accessoria ibid.
 Reservatio super beneficio pleno, vel quæ fit ad preces Ordinarii vel Patroni, corrumpit in totum, si non justificetur valor expressus, nec subinetur pro ea rata, cujus Beneficium sit capax, cap. 14. & 17.
 An id procedat in reservatione, quæ pariter ad supplicationem fiat ex causa resignationis ad favorem resignantis, vel alterius ejus intuitu, cap. 10. n. 17.
 Pro affirmativa quod corrumpit in totum ibid. remissivè.
 Contrarium de æquitate verius, si aliegetur nullitas ex parte Titularis, contra pensionarium resignantem, tunc enim, præcisò dolo, hujusmodi nullitas non intrat in totum, cap. 10. sub eod. tum. 17.

In praxi cessant questiones hujusmodi, dum passim Titularis consensus præstat pensioni cum assertiva se esse informatum de valore, suscipiendo in se onus probandi contrarium, & per consequens ob magnas difficultates raro Titulares hujusmodi lites excitant, cap. 10. n. 18.
 Reservari non potest ex privata partium conventionem, cap. 12. num. 7.
 Nulliter reservatur super beneficio curato, nulla mentione specialiter facta de cura, nec super beneficio de Jurepatronatus sine consensu Patroni, cap. 13. sub n. 21.

PENSIO, QUOAD PERSONAS CAPACES, ET INCAPACES.

Quilibet est capax pensionum, cap. 3. numer. 4. & cap. 4. num. 3.
 De stylo Curie, quoties Papa expressè non faciat reservationem ad favorem secularium, non sunt alii capaces, ut nisi Clerici, cap. 4. n. 3.
 Ampliat probatio Clericatus requiratur etiam in Judicio summario retinendæ, cap. 4. n. 5.
 Clericus conjugatus, an fit capax pensionum.
 Vide verbo *Clericus*.
 Quid de Regulari professo.
 Vide verbo *Regularis, & Verbo Pensio quoad nullitates reservationum*.
 Quo tempore requiratur capacitas Clericatus.
 Vide verbo *Clericatus*.
 Censuris Ecclesiasticis innodati an sint capaces pensionum, cap. 4. n. 13. & cap. 10. sub n. 7.
 Vide *Pensio quoad nullitates reservationum*.

PENSIO, QUOAD RESERVATIONEM EVENTUALEM.

Quis sit modus, & usus reservationis eventualis, cap. 5. sub n. 6. & cap. 7. n. 1.
 A quo tempore inoleverit, d. cap. 7. n. 1.
 Questiones super hac specie reservationum cadunt mortuo Papa, qui eas fecit, antequam sortiantur effectum.
 Ipsæque cadunt etiam in Investituris feudalibus, & emphyteuticis, pro ut in concessionibus Officiorum, cap. 7. numer. 5.
 An hujusmodi reservatio reddatur illicitè ob Votum captandæ mortis.
 Vide verbo *Votum*.
 Dicitur concessio pura, & ab initio perfecta, ejus tamen effectus ad certum casum protrahat, dicto cap. 7. num. 12. & num. 29.
 Ista species reservationis fieri nequit per Prælatos inferiores, sed singulariter pertinet ad Papam, privativè quoad omnes, cap. 7. n. 13.
 Ratione prohibet supplantationis Successoris non causat invaliditatem ab initio, cap. 7. n. 16.
 Vivente Prælato, alioque inferiori dicitur esse in statu validitatis ibid.
 Habet successor justum motivum illam, re integra, revocandi, ibid.
 Quamplurima inconvenientia subreperere solent in hujusmodi reservationibus, cap. 7. n. 18.
 Quandoque accidit ut magis expedit Titulari pensionarium non fuisse mortuum, cap. 7. n. 18.
 Non sequitur absurdum quod res eadem duobus, eodem tempore concedi non possit, dum reservatio hujusmodi fit per fructibus maturatis post decessum primi pensionarii, cum tunc dicantur anni quot sunt collecti fructuum, cap. 7. n. 22.
 Sortitur effectum in parte, si in parte antiqua pensio cesset, cap. 7. num. 23.

PENSIO, QUOAD RESERVATIONEM, ET PERSONAS RESERVANTES.

Cardinales resignando aliquam Ecclesiam, vel beneficium solent reservare omnes fructus, assignata certa congrua beneficiato, vel tituli Resignatorio, cap. 2. n. 10.
 Talis reservatio quando commendabilis, & quando abusiva, cap. 2. num. 11. & n. 15. in fine.
 Reservare pensiones non est imponere servitutem ipsi Ecclesiæ, sed solummodo addere onus personæ possessoris pro tempore, & solos fructus auferre, cap. 2. num. 14. & cap. 3. numer. 3.
 Legati à Latere an habeant facultatem reservandi pensiones, & quid si fuerint extraordinarii.
 Vide verbo *Legatus à Latere*.
 Nuntii Apostolici an habeant dictam facultatem?
 Vide verbo *Nuntius Apostolicus*.
 Si verò Episcopi, alique Prælati habentes ordinariam potestatem conferendi Beneficia Ecclesiastica?
 Vide verbo *Episcopus*.
 Quid de Magno Magistro S. Joannis Hierosolymitani? cap. 3. num. 10.
 Reges, & Principes sæculares quomodo disponant de pensionibus Ecclesiasticis, cap. 3. n. 1.
 Quid de patronis privatius, cap. 3. n. 12.
 Prælati inferiores habentes facultatem reservandi pensiones, quomodo eas reservant, cap. 5. n. 4.
 Frequens est reservatio illa, quæ fit per Papam motu proprio, & purè super Ecclesia liberæ collationis vacante, ante ejus provisionem, vel in actu providendi, ad favorem certæ personæ, vel pro incertis postea nominandis, cap. 5. numer. 6.
 In Cathedralibus reservatur pensio cum clausula, *Dummodo remaneant mille pro Episcopis* ibid.
 In Parochialibus verò, *Dummodo remaneant centum pro Rectore*, ibid.
 In Ecclesiis, quæ providentur ad Regem, vel Principum præsentationem, vel nominationem, *Dummodo pensiones tertiam partem fructuum non excedant*, cap. 5. n. 6.
 In Regno tamen Portugaliæ, & in Indiis, dummodo quartam partem fructuum non excedant, d. n. 6.
 In illis verò Ecclesiis, quarum præsentatio, vel nominatio ex concordatis, vel Indultis ad Regem Christianissimum spectat, non prædicatur dicta Clausula, vel restrictio, d. cap. 5. num. 6.
 In aliis demum Ecclesiis Regnorum Hungariæ, Boemiæ, & Poloniæ non viget usus reservandi pensiones, dicto numero 6.
 Nec in aliis Principibus Septentrionis ibid.
 Qualiter reservetur pensio ad supplicationem, cap. 5. sub num. 6. ad fin.
 Speciem reservationis conditionalis habet illa, quæ non fit motu proprio, sed ad supplicationem explicitam, vel implicitam cap. 6. n. 12.

PENSIO, QUOAD REGRESSUM, ET INGRESSUM.

Regressus ad ipsummet beneficium datur illi, qui prius idem beneficium obtinuit, & illud resignavit cum reservatione pensionis.
 Non prodest aliis pensionariis, qui beneficium non possederunt ibid.
 Quandoque practicabilis non est in ipsomet resignante ob assumptionem status incompatibilis, puta conjugalis, vel regularis, cap. 16. sub eod. n. 20.
 Est duplicis speciei hujusmodi regressus, una scilicet juxta formam antiquam, altera juxta modernam ibidem vers. quandò tamen
 De antiqua dicitur quando pensionarius de isto remedio sollicitus non fuit, sed ad illud recurrit ex juris dispositiones, vel æquitate d. n. 20.
 Difficile reducitur ad proximum, cum exigat tres conformes, vel rem judicatam, & quælibet causa colorata Titularem excuset, d. n. 20.
 De moderna dicitur illa, quæ expressè concipitur ibid.
 Ubi regressus verificabilis non est, quia nempe pensionarius nunquam beneficium possedit, tunc intrat remedium ingressus, moderno tempore adinventus, cap. 16. n. 21.
 Non tamen hoc casu pensionaris beneficium assequitur, sed solummodo simplicem tenentam, ut sibi possit satisfacere, d. numer. 21.

PENSIO,

Quoad requisita.

Ad hoc ut Ordinarius, alique Prælati ordinariam potestatem habentes possint reservare pensiones, requiritur. Primò ut nulla præcedat pactio, vel adjectura conditio, quæ respiciat substantiam collationis beneficii, quæ alias non fieret, cap. 3. num. 9.
 Secundo ut fiat in certa quantitate, non in quota, secundum aliquos Doctores, sed verius tale requisitum improbat. d. num. 9.
 Tertio ut fiat in parte exuberante, quæ foret eroganda in subventionem pauperum ibid. vers. tertio.
 Quarto concurrere debet justa causa de futuro, vel etiam de præterito, respectu pensionarii, ibid. vers. quartum.
 Quinto ut pensio non imponatur in perpetuum, ut super Præbenda, vel Beneficio, sed solum gravetur persona provisi, ibidem vers. quintum.
 Sexto ut nec etiam sit perpetua, respectu pensionarii, sed duret durante indigentia, & cesser ea cessante, Versic. Et quòd.

Regulæ Conciliaræ renovari solent initio Pontificatus, cap. 7. num. 17.
Conciliaræ in ordine 53. statuit, ut litteris non expeditis dispensatio non suffragetur, cap. 11. n. 5.

REGULARIS.

Professus in aliqua Religione approbata non est capax pensionum, & si eas in sæculo habuerit, per professionem amittit, cap. 4. n. 9. cap. 10. n. 3.

RELIGIO.

Societatis Jesu, respectu professorum cum tribus simplicibus votis, ante emissionem quarti voti, non causat vacationem pensionem prout nec beneficiorum, curam animarum non habentium cap. 14. n. 8. & 9.

REMIIDIUM POSSESSORIUM.

Proficuum est in eo, quod pendens iudicio ordinario super justificatione, non retardatur solutio pensionis, cap. 16. sub n. 10.
Est magis proficuum, quam expressa obligatio Titularis, ex quo afficit etiam successorem ibid.

In hoc remedio attenditur persona possessoris, & actoris, cap. 16. num. 10.

An competat Translatario?

Vide verbo *Translatarius*.

Pro isto proficuo remedio obtinendo solliciti esse solent pensionarii in initio reservationis reportare solutionem unius termini, vel eius partis, quamvis anticipatam, cap. 16. n. 14.

Competit tam contra primum, quam contra alios successores, pro terminis tamen decursis tempore, quo ipse successor fuit possessor beneficii, cap. 16. n. 15.

Quid de terminis decursis, & non exactis de tempore antecessoris.
Vide verbo *Pensio quoad exactiorem, & solutionem*.

RES.

Eadem non potest infolidum eodem de tempore pluribus concedi, cap. 7. n. 22.

RESERVATARIUS.

In quo differat à pensionario, cap. 1. n. 10. & cap. 5. n. 2. & 3.

Habetur loco Titularis ex dispositione Bullæ Urbani VIII. d. cap. 5. num. 3.

Opponere poterat de invalidatione translationis, tanquam principalis interessatus, quamvis Titularis non curasset opponere, juxta declarationes factas ab Urbano VIII. in plena Signatura, d. cap. 5. sub num. 3.

RESERVATIO.

Fructuum potius quam pensio dicitur ea, quæ fit de omnibus Ecclesiæ fructibus, videlicet de quota, cum reservatione Congruæ in quantitate, vel in aliqua parte, seu quota fructibus Titularis, cap. 5. num. 1.

Quoad certos effectus habet speciem pensionis, maxime ad effectum eam transferendi super fructibus, ibid. n. 2.

Quoties fit in fructibus, non autem in usufructu, quamvis universalis, in reservatione, vel alio actu, non est prohibita, cap. 5. num. 4.

Limita si adit speciale Indultum ibid.

REUS.

In exceptione dicitur actor, cap. 6. n. 5.

REX.

Et Princeps sæcularis, quomodo disponant de pensionibus, cap. 3. num. 11.

S

SIGNATURA.

Justitiæ, & quandoque illa Græcia, cum adest aliqua turbiditas rescribere solet de *Appellatione*, sive cum clausula translativa executionis, cap. 16. n. 17.

SIMONIA.

An inducatur ex consensu pensionarii in extinctione pensiones cum aliqua recompensa, cap. 3. sub n. 1.

Impropriè circa pensiones adhibetur etiam terminus Simonie, ibid.

SOLUTIO.

Terminorum per veram pecuniarum numerationem, non autem per confessionem de recepto, vel publicum Instrumentum quietantiæ, probari debet in reservatione voluntaria pensionum super beneficio pleno, cap. 8. n. 6.

Amplia ut non sufficiat præsumptiva probatio, deducta Ex *1. qui cumque C. de apoc. publ. l. 10. cap. 8. n. 7.*

Non sufficit triennialis observantia, ibid. n. 7.

Pensionis non retardatur, pendente iudicio ordinario super justificatione, cap. 16. n. 10.

SPORTULÆ.

Vide verbo *Auditor Camerae*.

In Curia sub vocabulo propinæ solent explicari, cap. 16. n. 22.

De jure communi, & vigore Reformationis Pauli V. debentur Judicibus commissariis, non autem Ordinariis ibid.

STYLUS.

Est lex non scripta, & sæpè à casu initium sumit, cap. 1. n. 2.

Relinqui debet, cognitis inconvenientibus ex illo resultantibus, cap. 1. n. 4.

In hac materia pensionum, maxime attendendus, nec ab eo recedendum, cap. 16. n. 7. cap. 19. n. 1. & cap. 20. n. 4.

Convertitur in abusum, & corruptelam, quoties fraudes, & calumnias, fovet, cap. 16. n. 8.

Tacitæ legis vim habet, eique cedere debent Doctorum opiniones cap. 19. n. 5.

Datarie qualis sit quoad calculationem annorum, vel temporum, ut sciatur quid transmittatur, cap. 19. n. 5.

SUCCESSOR.

Remedium possessorium afficit etiam successorem, cap. 16. n. 10.

SUMMUS PONTIFEX.

Vide *Pontifex Summus*.

SUPERFLUITAS.

Quando excusabilis, cap. 7. n. 4.

T

TITULARIS.

AD Titularem spectabat justificare valorem, & excessum juxta Constitutionem Urbani VIII. super facultate transferendi, & interim non retardabat executio, cap. 1. n. 8.

An possit offerre pensionariis administrationem bonorum Ecclesiæ, detracta congrua pro seipso, cap. 11. n. 2.

Rota, & Curia contradicentibus pensionariis id non solet admittere, ibid.

An prætere posse ut pro ejus congrua sibi assignari debeant tot bona, per se ipsum administranda, cap. 11. n. 22.

Tenetur justificare valorem, ex moderna cautela, afferendo se bene informatum de valore, & capacitate, assumendo in se onus probandi contrarium, cap. 11. n. 14. cap. 12. n. 5.

Riducapax est reportare cessionem solius commoditatis ipsius pensionis, nec ulla consideratur incompatibilitas actionis, & & passionis in eodem subiecto, cap. 14. n. 5.

Acceptando beneficium gravatum quasi contra xisse dicitur cum Pensionariis, ideoque maturatis terminis tenetur solvere, quamvis fructus non perceperit, cap. 17. n. 3.

Remanet tamen actio pro ejus indemnitate adversus prædecessorem, qui fructus percepit, d. cap. 17. n. 4.

TRANSLATARIUS.

Potitur anterioritate ex tempore reservationis, eodem modo, quo transferens portebatur, cap. 15. n. 16.

Eidem competit via executiva, aliæque actiones, remedia, & Privilegia, quæ transferenti competebant, præterquam circa possessorium manutentionis, & circa regressum, d. cap. 15. n. 17.

Juvatur eadem possessione transferentur ad plures effectus ex illa producti solitos, cap. 15. n. 18. & cap. 16. n. 11.

Potissimè beneficio tricennialis possessionis, quæ relevat ab onere justificationis gratiæ, & litterarum ibid.

Contra exceptiones, quæ competunt adversus transferentem, etiam illi competunt, cap. 15. n. 19.

Illi competit remedium summariissimum, de stylo tamen practicitur illud remissionis, cap. 16. n. 12.

TRANSMISSIO.

Jus petendi excessum pensionis translatae, juxta Constitutionem Urbani VIII. non transmittatur ad hæredes, sed cadebat sub spolio, ad commodum Camerae, vel Ecclesiæ, cap. 1. sub n. 9.

V

VERBA.

DE servire debent intentioni, & non intentio verbis, potiusque inhærendum substantiæ veritatis, quam formalitati verborum, cap. 15. num. 24.

VIA EXECUTIVA.

Competit litteris Apostolicis super reservatione pensionum, cap. 16. num. 1.

Proficua est in pensionibus motu proprio, & purè reservatis, secus in illis, quæ aliquam explicitam habent conditionem, cap. 16. n. 2.

Experibilis non est in pensionibus conditionalibus, stante verificatione valoris, super qua datur appellatio suspensiva quoad utrumque effectum, cap. 6. n. 8. & cap. 16. n. 3.

Exercibilis est super fructibus beneficii, non autem in persona, nec in aliis bonis propriis gravati, cap. 16. n. 4.

Amplia quamvis fructus beneficii sint consumpti ibid.

Non retardatur pendente iudicio Ordinario super justificatione, cap. 16. n. 17.

Non de facili experibilis est contra successorem super fructibus futuris, pro terminis maturatis, & non exactis de tempore antecessoris, stante probatione diligentiarum, quas adhibere tenebatur Pensionarius contra prædecessorem Titularis, cap. 16. num. 15.

VOTUM.

Captandæ mortis attendi debet solummodo in causis, & actibus de Jure Civili cognitis, cap. 7. n. 8.

Non habet locum in feudis, ibid. n. 9.

Multò minus in beneficiis, & Pensionibus Ecclesiasticis, de Jure Civili omnino ignotis, ibid. n. 10.

Etiã in materiis civilibus, vel profanis aliquando non attenditur, & plura recenseantur exempla, cap. 7. n. 11.

USUFRUCTUARIUS.

Alienando, vel cedendo alteri usumfructum, irrequisito proprietario non solum nulliter alienat, vel cedit, sed etiam illum amittit, cap. 9. sub n. 52.

Contrarium verius de æquitate, ibid.



F I N I S .